

BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
10
3 G
81



Ex Lib: Jo Allemand 1875

Navigatio SALOMONIS Ophiritica illustrata

a

M. Martino Lipenio Gymn: Hall: ConR.


SALOMON HIRAM


Chersonesus Aurea

Anno 166

Impensis Andreæ Hartmanni Bibliop. Wittebergæ

VIRIS,
Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, Multo Rerum Consiliorumq; usu Præclarissimis
REIPUBLICÆ HALLENSIS
Proceribus Gravissimis,
DNN.
CONSULIBUS,
SYNDICO,
ORATORIBUS,
CAMERARIIS,
CÆTERISQ; SENATORIBUS, Spectatissimis prudentissimis,
Dnn. meis Patronis & Fautoribus summa animi submîssione venerandis,
Salutem & observantiam!





Magnifici & Amplisſimi Dni. Patroni.

SÆpe mihi ante oculos ponere ſoleo SALOMONEM ſapientisſimū iſtum & florentisſimū Populi Judaici Regem, ejusq; ætatem & opera cum ſecundo Romani Pop. Rege NUMA POMPILIO tranqvuillo, & ſacrorum gentilium ſtudioſisſimo conferre, utpote in qvorum DOCTRINA, SACRORUM CURA, & REGIMINE SECULARI PACATO magnam deprehendere licet convenientiam. Nam de Numa Romanarum rerum ſcriptores tradunt, qvod ob literarum ſtudium & inſigne eruditionis Decus peregrinus ex gente Sabina ad Imperium Rom. fuerit elatus. *Inclyta juſtitia*

(inqvit

(inqvit Livius) *religioq; eâ tempestate Numæ Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir, ut in illa qvisqvam ætate esse poterat, omnis divini atq; humani juris.* Sic Salomonem in studio pietatis sub ductu *Matris & Patris, Prov. IV. I.* in studiis literarum, qvibus ætas puerilis impertiri debet, sub manu *NATHANIS prophetæ divinissimi* tantū profecit, ut ipsum *Spiritum S.* præconē suæ *Sapientiæ* invenerit, qvi *I. Reg. IV. 29. seq.* ita de eo inqvit: *Dedit DEus Salomoni sapientiā & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, qvasi arenam, qvæ est in littore maris, & superabat sapientia ejus sapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus, sapientior Ethan, Ezrahite, & Heman, & Chalcol & Dorda,*

filiis Mahol, & erat celebratus in universis gentibus undiqvaq; &c. Hunc suo tempore populus Judaicus habuit *peritissimũ Poëtam & Musicum*, qvod inter alia testatur *Alphabetarium ejus Carmen*, qvod in *Proverb. XXXI.* 10. legimus, agnovit *Dialecticum subtilissimum*, qvi τὰς ϛροφὰς τῶν λόγων κ̀ λύσεις αἰνιγμάτων perfectè tenuit *Sap. VIII.* 8. depraedicavit *aenigmatistã*, *Deuterotam*, & *Parabolistam*, qvod ex *Eccles. XLVII* 17. & *Prov. XXV.* 11. constat, *Historicum eminentissimum*, *Sap. VIII.* 8. *Astronomum summum* *Sap. VII.* 19. *Geometram* & *Arithmeticũ* praestantissimum, *1. Reg. VI.* 7. *Cosmographum*, *Geographũ*, *Hydrographum*, *Architectonicum absolutissimũ*. *Sap. VII.* 17. *Physicum excelsum*, *Medicinae principẽ & Magiae Naturalis scientis*

entissimum. Sap. VII. 13. optimum Ethicum, Politicum & Oeconomicum admirata est *Sabaa Regina*, qvi non tantum publica Sapientiæ *acroateria & Gymnasia Academica* in arce Sion juxta domum regiam erexit, qvod eruditi supputant ex *Prov. IX. 1.* sed etiam *publicè docuit Sap. VII. 13. & varios libellos* cõsignavit sua manu. *Josephus* enim, præter libros Biblicos, qvos habemus, etiam meminit *l. VIII. c. 2.* eum composuisse *libros Odarum, & Carminũ quinq; mille & parabolarũ ac similitudinum libros mille. Et cuilibet speciei plantarum suam adhibuisse parabolam.* Et qvo minus dubitari eâ de re possit, Canonica qvoqve scriptura id ait *1. Reg. IV. 32.* qvæ *tria millia parabolarum & canticorum qvinq; millia* citat. Nunqvid autem præterea *Librum Exor-*

cismorum & Incantationum, qvem *R. D. Kimchi Comm. in 3. Reg. cap. 4.* inscripsit *de Morborum Curationibus*, qvo majores usi sint instar *Hippocratis ac Galeni*, item CLAVICULAM *Salomonis*, qvam *Baptista Segnius lib. de vero studio Christiano c. 7.* valde insectatur, & *Nicolaus Eymericus in suo directorio p. 2. q. 28.* proscriptam ait, item ANNULUM Arabicè scriptū, item CONTRADICTIONEM *Salom.* apud *Gelasinm cap. Sancta Roma dist. 15.* notatam, item *Hygromantiam ejusdem ad filium Roboam*, cujus exemplar in *Bavarica Bibliotheca l. 1. de Jur. probib. lib. Mal. c. 10.* se vidisse *Gretserus* dicit, & alium istum de UMBRIS *Idearum*, cujus *Chicus Æsculanus* mentionem fecit *2. & 4. capit. de Sphærâ.* & alterum istum de *Neomeniis Salomon.* in qvo perpetuū

qv. Sa-

qv. Sacerdotibus Calendarium tradiderit, confecerit, id omne ego in dubio & medio relinqvo; aliorũ ea esto cura, qvorum hæc est professio, falsos & supposititios libros à genuinis discernere.

Deinde, *Numa Pompilius* à Romulo primo Rege, animo dissidens, non ARMIS, ut ille, sed SACRIS & cura Religionis tuitus est Remp. Romanam. Ideoqve *ab armis ad sacra* suum animum appulit, & *à militiâ* ferocem populum *ad religionem* reduxit, *sacros ritus edocuit, sacerdotes ordinavit, stipendia iis & vestimenta, curulem regiam sellam & ancilia constituit, perpetuum ignem instituit, templum & aram dicavit, Deos consuluit, sacrificia dedicavit, cum Dea Aegeria congreßus nocturnos sibi esse simulavit*, exemplo *Græcorum*, *Minöis Cre-*

tensis, *& Lycurgi Lacedamonii*, qvorum ille cum *Jove Dictao*, hic cum *Apolline Delphico* se de præscripto legum contulisse prædicabant. Et ne qvæ ceremoniæ aut ritus memoriâ exciderent, *Numa octo libris totidem Sacrorum classes complexus est*, qvos *Dionysius Halycarnassæus*, *à p. 120.* perseqvitur usqve ad finem. *l. 2. Antiq. Rom.* Sed longè *divinioribus sacris Salomon operatus*, longè sanctiore religione suos subditos continuit. Neqve enim *Deastro cuipiam fictitio aras* lapideas aut *ædes* suis cogitationibus dimensas fecit, sed *æterno & vivo Numini, conditori cæli & terræ 1. Reg. VIII, 20.* Proh hominum fidem! qvam stupendi & immensi operis templum, *in monte Moria sacratissimo*, divinitus ad id loco designato, statuit atqve confecit! Neq; opus

opus habebat *nocturnos qvospiam congressus* cum diabolico qvodam spectro comminisci , sed habebat *Deum in somno loqventem, divitias & pacem promittentem, conferentem inenarrabilem Sapientiam, majestatica suâ præsentia dedicatum templum opplentem, Regemq; coram toto populo glorificantem* 1.*Reg.III*, 5. *& seqq.cap*, *IX*, 2. 2.*Paral.VII*, 12. 1.*Reg.VIII*, 11. 2.*Paral.V*, 13.c.*VI*, 1. c.*VII*, 2. *& seqq.* Neqve gentiles Sacerdotes ex ima plebe aut patriciis civilibus legit, sed *ordinem Levitarum sacerdotalem, ab ipso* DEO, *ministerio Mosis, institutum per sanctum Davidem in certas ἐφημερίας relatum retinuit, & qvemq; suis muneribus defungendis præfecit Exod. XXVIII*. 1. *Chron. XXIV*. 2. *Chron. V*. Neqve ineptis tunicis ἱερομύστας suos induit, neqve Pompilianis Ancilibus

cilibus oneravit, sed *ornatissimo pectorali, Ephodio hyacinthino, super humerali gemmato*, aliisqve sacratis vestibus, Levitico ordini præscriptis, decoravit, *Exod. XXVIII. 2. Paral. V.* Neqve lapide ignem qvempiam ex silice, sed *precibus ex cælo eliciebat divinam flammam, qva victimas depasceret, & divini Numinis præsentiam contestaretur. 2. Paral. VII, 1.*

Tertium, deniqve collationis momentum *tranqvillus Reipublicæ status* est, qvem uterqve Regum, divino moderante Numine, vidit. De *Numa* Patavinus Historicus *Omnium*, inqvit, *maximum ejus operum fuit, tutela per omne regni tempus haud minor pacis qvam regni. Ita duo Reges* (Romulus & Numa) *alius aliâ viâ, ille bello, hic pace civitatem auxerunt. Hic Janum ad infimum Argiletum*

letum indicem pacis belliq́ fecit. Et ut qvisqve ſuas poſſeſſiones in qviete teneret, lege cavit de *terminandis prædiis, terminalia ſacra Jovi Terminali dicavit.* Similiter qvos *David* variis præliis & victoriis circum circa domuerat populos, eos *Salomon in pace regebat & tenebat* ſub poteſtate ſuâ: Ideoq́ve ſpecialiter nomen PACIFICI in *ſacra hiſtorica* gerit, *1. Reg. IV, 24. Syr. XLVII, 14.* Et ut qvisqve ipſius circum circa ſubditorum *ſub vite & ficu ſuâ* (ut phraſi Scripturæ loqvar) *ſecurè habitaret*, peragravit *omnes fines ſui Regni*, & *terminales urbes communivit, commeatu & neceſſariâ armaturâ inſtruxit, & per omnes vitæ ſuæ dies tranqvillus fuit.* Et qvanqvam longè plura alia ediderit PACIS PUBLICÆ OPERA, nullum tamen vel *laudum*

gloriâ

cilibus oneravit, ſed *ornatiſſimo pe-ctorali, Ephodio hyacinthino, ſuper hu-merali gemmato*, aliisqve ſacratis ve-ſtibus, Levitico ordini præſcriptis, decoravit, *Exod. XXVIII. 2. Paral. V.* Neqve lapide ignem qvempiam ex ſilice, ſed *precibus ex cœlo eliciebat divinam flammam, qva victimas de-paſceret, & divini Numinis præſen-tiam conteſtaretur. 2. Paral. VII, 1.*

Tertium, deniqve collationis momentum *tranqvillus Reipublicæ ſtatus* eſt, qvem uterqve Regum, divino moderante Numine, vidit. De *Numa* Patavinus Hiſtoricus *Omnium*, inqvit, *maximum ejus ope-rum fuit, tutela per omne regni tempus haud minor pacis qvam regni. Ita duo Reges* (Romulus & Numa) *alius aliâ viâ, ille bello, hic pace civitatem auxe-runt. Hic Janum ad infimum Argi-*

letum

letum indicem pacis belliq; fecit. Et ut qvisqve suas possessiones in qviete teneret, lege cavit de *terminandis prædiis, terminalia sacra Jovi Terminali dicaverit.* Similiter qvos *David* variis præliis & victoriis circum circa domuerat populos, eos *Salomon in pace regebat & tenebat* sub potestate suâ: Ideoqve specialiter nomen PACIFICI in *sacra historica* gerit, *1. Reg. IV, 24. Syr. XLVII, 14.* Et ut qvisqve ipsius circum circa subditorum *sub vite & ficu suâ* (ut phrasi Scripturæ loqvar) *securè habitaret*, peragravit *omnes fines sui Regni*, & *terminales urbes communivit, commeatu & necessariâ armaturâ instruxit, & per omnes vitæ suæ dies tranqvillus fuit.* Et qvanqvam longè plura alia ediderit PACIS PUBLICÆ OPERA, nullum tamen vel *laudum*

gloriâ

gloriâ copiosius, *vel sumptibus & reditibus annuis splendidius*, vel *Magnificentiâ Pacifici Monarchæ dignius* fuit, qvam iſta *Gloriosissima*, *Splendidissima & æternis temporum* [illegible] *commemoranda* NAVIGATIO IN OPHIR, qvæ tunc ſine exemplo, ſine more, ſine lege, & qvod majus, citra ullam felicis ſucceſſus opinionem erat ſuſcepta; Sed felicitas ſeqvebatur divinum Regem, & proſperitas Sapientiæ ejus erat comes. Hæc iſta *Navigatio*, qvæ *Hiramum in societatem traxit*, *& omnes Judæos pariter*, *Aegyptios ac Tyrios*, *alioqvin non abjectæ sortis nautas*, *in admirationem*: Qvæ *priorum & nostrorum seculorum eruditis* ferè *omnibus Theologis juxta ac Philologis* immenſas ſemper difficultates peperit; Qvæq; noſtro ſeculo inter *duas potentissimas & laudabili*

imperi-

imperiorum ac inventionum æmulatione incenſas nationes, Hiſpanos pariter ac Luſitanos, qvaſi in apertam litium atq; diſceptationum materiã propoſita eſt. Poſtqvam enim *Hiſpani*, auſpiciis *Chriſtoph. Columbi*, *novas Americani orbis Inſulas auri argentiq; feraciſſimas* reperiſſent, *viſi ſibi ſunt*, *Columbo* dicente, (teſte Petro Martyre Dec. 1. Ocean.) SALOMONIS OPHIRAM detexiſſe: *Luſitani* contra, qvi hanc qvoq; detectionis laudem ſuam facere potuiſſent, ſi ita Dei nutus tuliſſet, hanc Hiſpanis terram concedentes, Ducibus *Vaſco Gama*, *Petro Alangverio*, *Nicol. Cælio*, aliisqve *Maritimæ fortitudinis & experientiæ nauticæ inclytis heroibus* in ORIENTEM converſi, INDICAS *Inſulas & Continentes Terras omnes* aggreſſi ſunt & tractu temporis ſub ſuã

pote-

potestatem BENGALAM, PEGUSIAM, MALACHAM, SUMATRAM ZEILAN, & qvicqvid deniqve *Insularum sinu Gangetico* continetur, redegerunt, ut verius & rectius gloriari potuerint, se CHERSONESUM AUREAM Josephi, se CHRYSEN & ARGYREN Ptolomæi & Strabonis, se OPHIRAM SALOMONIS invenisse & obtinuisse. Hic jam non minores altercationes Eruditorũ, qvam digladiationes popularium de inventis terris audisses. Et fateor, anceps dubitationum bilanx me diu qvaqve ancipitem tenuit, cui contradicentium parti subscriberem. Aggressus sum immensi laboris opus: ingressus sum Oceanũ ipsum, & *qvid qvæq; terra ferat, qvas merces mittat, qvæ vestigia veteris* OPHIRÆ habeat, ἐπιμελῶς perqvisivi. Nimirum *Naviculâ levis armatura,*

maturæ, & *chartaceæ molis* tot anfractus & circuitus erant adeundi, superandi. *Primum* itaqve CLASSE SALOMONEA *cum omni apparatu & cõmeatu nautico in ipso navali & portu* ASIONGABER, *ad emporii Arabico-Indici*, ELANÆ, *continentem constructâ*, *& Tyriis Salomonæisq; nautis in conjunctionem classicam reductis*, navigare decrevimus. Ingressi MARE SUPH *seu* RUBRUM, *ab Edomo seu Esavo ita* dictum, anteqvam THARSIS seu OCEANUM ipsum attingeremus, de INSTRUMENTO NAUTICO *sollicitè eramus*, qvod *cum ignorarent Tyrii, nescirent Salomonæi nautæ, littora legere, & diversarum partiũ ac opinionum autores seqvi decrevimus*, auriferam qvæsituri OPHIRAM, ubicunq; etiam terrarum hæreat. Cum amplissimum *Sinus Elanitici* campum

emensi essemus, svasu *Nihusii* ad MELINDEN in ZANGIBAR eminentissimam regionem; instinctu *Volaterani, Stackii, Lopezii, Beroaldi, Barros, Joh. Dos Santos* aliorumq; classiariorum Africanorum, in ZOPHALAM, porro *alterius cujusdã obscuri erronis* in ANGOLAM, *presbyterio S. Johannis* incorporatam, appulimus. Sed cum horum auctoritate nos deceptos comperiremus, aliũ ductorem secuti præter vehebamur totam *Abyssinam Monomotapam, Aethiopicam Libyam & Barbariã*, donec ad ipsam CARTHAGINEM devenire-mus, ibiqve à veterano *R. D. Kimchi*, & *tyrone Corneliano*, qvasi in *ipsissimo* OPHIRÆ *portu* qviescere juberemur. Sed *inani eorum* λογοδαιδαλίᾳ illusi, cum, qvam qværebamus, non inveniremus regionem, *VORSU-*

RAM

RAM *faciebamus*, & ex *freto Gaditano* *in* OCCIDUUM *orbē* emigrabamus. Hic *Hiſpani caduceatores* ſeſe nobis comites jungebant. *Columbus* primum, *Genebrardus*, *Vatablus*, eminus HISPANIOLAM monſtrabant. Alteri *Arias Montanus*, *Becanus*, (alioqvin diſcordes fraterculi) *Poſtellus*, *Marinus*, *Poſſevinus*, *Bozius*, aliiq;, PERU: Tertii Malvenda, Garzias, & qvi, cum primum ferè omni fide excidiſſent, denuo ſuam operam deferebant, *Genebrardus & Vatablus* in MEXICO, ſeu HISPANIAM NOVAM & PERU conjunctim ſumtas, *tanqvā omnium rerum copia abundantiſſimas terras*, iter monſtrabant: Sed cum *nulla Navigationis Salomonææ rudera*, *nullas Merces Indicas, præter aurū & argentum*, ibidem deprehenderemus, ipſæ qvoqve in *Mari pacifico*,

INSU-

INSULÆ SALOMONIS cum *Herm. Fabronio* nobis erant adeundæ, visuris, nunqvid *nomen aliqvid ominis* haberet: Sed nihil minus invenimus. Non habebamus nisi infidos & *nostræ Nationi ac Navigationi* plane adversos Comites. In *Insulas Salomoneas Alvarus Mendanius* præcurrerat, præterea nullus. In *Hispaniolam Columbus: In Peru* animi navigium fecerant multi auri cupidi *Hispani*, qvos ante dixi, aliiqve, in theoriâ navigantes eò, qvo Salomonis classis nunqvam pervenerat. Cum itaqve his erronibus repulsam dedissemus, novum *hodogetam nauticum* à *Genebrardo*, insigni alioqvin *Chronologo & Geographo* poscebamus, sed accipiebamus talem, qvi ancipitiores meatus prioribus monstrabat. Hoc misso *Antvverpianum Ariam* com-

compellabamus, cujus alioqvin fidâ opera multoties usi eramus, hic tamen uti non poteramus, qvia *viam longè patentissimam ex Oceano in Oceanum, ex Orbe in Orbẽ, ex Mari Americano in Moluccarum & immensæ abyssi æqvor* delineabat. Omnium ineptissimus erat *Pineda, Hispanicæ & Jesuiticæ Sectæ primipilus* qvidam, qvi *qvò tutior primum videbatur, eò in exitu & eventu deprehendebatur inconsideratior.* Tantos, tam difficiles & adversos exantlavimus casus, tot rerum discrimina subiimus, ex tot eluctati syrtibus & periculis, tandem PORTUM OPHIRITICUM cominus videre gestiebamus. Et vidimus certè, cum ex ATLANTICO in INDICUM reversi *Oceanum* ad ZEILAN penetrare vellemus. Occurrebant *sævi Arabes* ex

urphen,

Urphē, Versipelles Persæ ex *Ormuziâ*, avari & tenacissimi *institores* ex *Apharâ*, qvi, qvantum poterant, nostram velificationem sufflaminare, omnem nostram negotiationem ad se transferre conabantur. Qvid faciendum? animus obdurandus, & aures ad fallacium hominum voces cerâ Herculeâ obturandæ erant, ne suaves *Arabicarum & Persicarum Sirenum* cantus perciperent. Viri eramus. Passis velis præternavigavimus. Appulimus ZEILAN seu TAPROBANAM veterum, ibiqve jussi sumus à *Bocharto* qviescere. Commoratum est paululum. Opinione citius missis remis transitum est in BENGALANUM, & mox ex eo in PEGUANUM & SIANUM regnum, in qvo *Bomferrus, religiosus ex Galliis Vir aurifodinas Salomonaas* ostentabat,

&

& *Metalli-fossores ex Judaâ à Salomone eò relegatos esse,* contestabatur. Cum qvo dum transactum est, *Joh. Tzetza*, item *Barradas* è *ripâ Sumatræ* nos apud *Malacenses* stagnantes conspiciebant, & ad se in *Sumatrã* avocabant. Cujus *divitias & opes cum contulissemus cum finitimorum Orientalium regnorũ bonis*, tunc demum *OPHIRAM SALOMONÆAM nos invenisse intelligebamus*. Hæc CHRYSE ista, & ARGYRE veteribus decantata; hæc CHERSONESUS ista AUREA: hæc OPHIRA SALOMONEA. In cujus portu, cum appulissemus, hanc Tabulam Mnemoneuticam erigebamus:

Auriferam Salomonis Ophiram
in venimus: Ophir
Nomencui gnatus Jectanis *hocce dedit.*

Non

Non *locus incertus* noſtra eſt Ophi
ra vocanda,
Nam *certum* nautæ conſtituêr
ſcopum.
Non *Sophale*, aut *Angola* fuit, ne
culta *Melinde*,
Nec *Carthago* potens *aurea terr*
fuit.
Non *Cuba*, non *Peru*, non *Eſpannol*
Columbi,
Mexico non Ophir *Veſputian*
fuit.
Indica ſed *tellus*, Aſiæ ſatis *inclyta*
tellus,
Ultra qvæ ſpectat *littora Gang*
tica:
Qvam *Bengala*, *Sian* qvam *Peg*
qvamq; *Malaca*
Et nova qvam *Zeilan*, priſca *S*
matra tenet,
In his *Inſulis & Orâ Maritima* cu
al

aliqvantulum temporis consumsissemus, memineramus *TRIENNALIS spatii*, qvod à *Pacifico Hierosolymorum Rege* huic *EXPEDITIONI OPHIRITICÆ* erat destinatum, & conqvisitis *mercibus, qvas sacra pagina habet*, Navigium nostrum *Auro & ARGENTO, GEMMIS & Unionibus, Bdellio & Ebeno, Ebore & Elephantis, Simiis Pavonibus & Psittacis* versicoloribus oneravimus, & ita domum reversi Navigationem nostram absolvimus. Hæc *Magnifici & Ampliss. PATRONI summa atq; epitome totius hujus opusculi* est, qvod, ut novistis, cum adhuc in almâ Leucoreâ viverem, *duabus dissertationibus Philosophicis* unâ *de NAVIGIO* in genere, alterâ *de OPHIRA* editis, mediatabar. Ex qvo illustri loco, cum vestrâ *Authoritate & consilio*,

ad *Functionem* vestram *Gymnasiasticam* evocarer, istas *nauticas* non deposui *cogitationes*, sed à lectionibus publicis & privatis qvicqvid remissionis dabatur, *Navigationi meæ Salomoneæ* tribuendũ esse duxi, ut qvantum alii ad suas res obeundas, qvantum ad ludos celebrandos, qvantum ad alias voluptates, & ad ipsam reqviem animi & corporis, qvantum alii tribuunt tempestivis conviviis, qvantum deniq; aleæ, qvantũ pilæ, tantum egomet mihi ad hanc *Navigationem* absolvendam sumpserim. Eundem autẽ meum laborem, *subcisivis horis* confectum, *Amplis. & Splend. vestro Nomini inscribere, & Patrocinio dicare*, tãto minus dubitavi, qvantò *vestræ in me benevolentiæ* sum certior. Recipite igitur *Domini Patroni & Mæcenates submissè veneran-*

di,

benevolâ manu, & sereno vultu re-
cite, qvod jam ante est vestrum. Ac-
ite qvod vestro in loco, vestris auspi-
, maximam partem est absolutum.
ccipite in perpetuum *observantiæ*
debiti obseqvii τεκμήριον, ut qvam
oqvin animi promptitudinem,
m velim, declarare non possim,
s hic certissimum aliqvod docu-
entum habeatis. *Valete Viri Nobi-*
. Ampliss. Consultiss. in bonum Civi-
is, Ecclesiæ, Scholæ, familiarumq; ve-
arum incolumes diutissimè, felicissi-
vivite, & favete.

ib. Hallis Saxonum è museo meo
pso Barthol. die n. XXV. Augusti
An. Chr. M.DC.LX.

Magnif. Nobil. & Ampliss. Vrr.
Dignitatum observant.
MARTINO LIPENIO,
Gymn. vestri Con-Rect.

Præfatio ad Lectorem.

IN Frontiſpicio huju
opuſculi de *tribus*, te, *Ami*
ciſsime Lector, commoner
volo. *Primum* eſt, de *procraſtina*
tione Tractatus, & *Sphalmatum Ty*
pographicorum enormitate, qv
neutiqvam mihi, ſed tarditati & mo
roſitati Typothetæ noſtri imputabi
Alterum eſt *de imaginationis, aut no*
vitatis alicujus affectata ſuſpicione de
clinanda, qvam qviſpiam mihi fo
taſſis imputaret, ſi obſervaret, qvo
litem inter tam eruditos diverſaru
nationum viros nondum debellat
mihi dijudicandam ſumſerim, &
capite REI OPHIRITICÆ *à no*
nullis probatiſſimorũ noſtratium Th
logorum & Philoſophorum diſceſſeri
Utrumqve *præſumtionis & ſuſpicio*
genus ante omnia deprecor. Ni
enim magis à meo ingenio abh

re

ret, qvam dictatoriam in alios exercere auctoritatem: Et viciſſim nihil mihi magis convenit, qvam patientem animum, & aurem æqvo rerum æſtimatori præbere. Qvod autem inter diverſas de OPHIRA SALOMONÆA opiniones *veroſimiliorem & documentis, ut credo, firmioribus ſtabilitam* de INDICA OPHIRA ORIENTALI non OCCIDENTALI aut MERIDIONALI elegerim, in eo ſecutus *libertatem Geographorum Philoſophicam*, non puto me cuiqvam gravem aut moleſtũ fore. Neq; enim, cũ *aliqui Theologi, aliqui Geographi* in eã, qvã *Columbus* primus in laudẽ repertæ à ſe terræ, & poſt eũ plures Hiſpani in *honorẽ ſuæ nationis* aſſumſerũt, abeũt ſentẽtiã, *ideo ſtatim omnes Theologi, omnes Philoſophi in eã ivere, aut ituri ſunt*. Qvid enim fiet de iis *& Patribus, & Theologis*, qvi prio-

 res

res *Columbo*, *Aria Montano*, *Gorepio*
Becano, *imo qui post eos* OPHIRAM
pro ORIENTALI non OCCI-
DENTALI *terra* habuere? *Nun-*
qvid istorum omniũ veneranda cani-
ties cum dedecore sepelienda, *&* *omnia*
novitatibus Goropianis dimetienda?
Nulli invideo suam laudẽ, sed neq;
istud cõcedere possum, ut antiqvitas
invita omni honore spolietur. *Ma-*
gnum fateor, *lumen ista Theologorum*
Thesis de OPHIRA AMERICANA
lucratur universali omnium hominũ
ad Ecclesiam vocationi: Sed nec mino-
rem isti lucem hæc nostra de OPHIRA
INDICA conciliat. Namqve *Primò*
Catholicæ istius vocationis veritas &
sinceritas sibi constat, etsi Salomonis ex-
peditio nautica fuisset intermissa. Ea
enim nititur *expresso* DEI *verbo*; Et
tribus separatis temporibus in *Ada-*
mo, in *Noacho*, & per *Apostolos*, *Catho-*
licos

licos totius orbis, ignoti pariter ac noti præcones, & *vivos omniũ omnino hominum Evangelistas*, facta est. *Sive* igitur *Salomonis ætate per Ophiriticos istos nautas prædicatio publica in extima Ophira facta fuerit, sive minus, nihilominius tamen universali isti omniũ gentium & populorũ ad Regnum Christi vocationi nihil hinc decederet*, utpote qvæ aliis, qvam *Salomonis temporibus* facta est. *Deinde* tamẽ *omnino credimus*, *Tyrios & Hierosolymitanos Navarchos*, qvia nõ tantum negotiatores, sed & religiosi viri erant *fidem Judaicæ Ecclesiæ publicam jussu Salomonis in OPHIRAM transplantasse*. Si jam evidenter constaret, OPHIRAM, AMERICAM *esse*, *Americanorum etiam vocatio Salomonis tempore* facta fuisset, præter priora ista vocationis intervalla. Sed cum id certò non constet, imò de ORIEN-

 TALI

TALI *certiora & probabiliora sint colligendi fundamenta*, qvidni hic qvoqve *sedulam Judæorum*, & præprimis *Salomonis Curam in Evangelio in Orientem usq; extimum propagando, prædicanda, & istis Orientalibus populis de Evangelii Luce*, qvæ illis noviter illa mundi ætate extra ordinē affulsisset, *gratulandum esset? Non minus est beneficium, qvod Deus per Salomonem INDIS ORIENTALIBUS præstitit, annunciādo iis suum verbū, quā præstitisset* (si OPHIRA esset OCCIDENTALIS) *Americanis*. Et fortassis *INDIS magis necessaria erat, qvam Americanis: Et facilior qvoq; Judæis prædicatio Evangelii inter eos, qvam inter hos*: Qvorum illi itinere pedestri & navali littorali; Hi non nisi periculosissima per anfractuosissimū Oceanum velificatione adiri poterant: Illi ex Genio Solis & Soli mansvetiores,

ores,

ores hi efferatiores & longè asperiores erant. *Tantum itaq; abest, ut mea assertio de OPHIRA ORIENTALI obfuscet, ut potiùs eâdem ratione illustret Orientales populos, qvâ altera illa (de OCCIDENTALI OPHIRA) Americanos illustrat.* Si qvæsiveris: *Nunqvid igitur Americanis Evangeliū non est prædicatum?* Resp. *Quidni prædicatum sit?* Cum *Apostoli prædicarint in universo mundo.* Et qvò non pervenit eorum *pes*, eò tamen *sonus verbi* penetravit. Imo non obscura sunt *prædicationis Evangelicæ ab Apostolo Thoma factæ vestigia passim in Americanis istis locis* obvia, aliaqve plura documenta qvæ *Lerius, Hornius, Gutzmannus, Vossius, Malvenda,* & ex nostratibus qvoqve *Ampl. Dn. D. Dannhaverg. Hodom. Calv. Phant. IX. p.m. 857. seq.* Et *B.D. Röberg Disp. Solenni de Univers. Vocat.* adduxerunt. Sed


)()(5 ma-

manum de Tabulâ! *Tertiũ* qvod te B.L. cõmovere volebam, est de *aeqvo tuo judicio*, ne vel me præconceptis opinionibus ductũ esse tibi persvadeas, vel iis ipsemet ducaris. *Lege, judica.* Ea qvæ *minùs eleganter* dicta sunt, meæ balbutiei, qvæ *minùs apertè*, intricatis rerum controversiis & locorum discrepantiis, qvæ *minùs elaboratè*, scholasticis meis occupationibus imputa. Si qvid autem *prorsus à veritate alienum* deprehenderis (qvod uti non spero, ita nec ejuro: *Quis enim, etsi Argus fuerit, in omnibus satis circumspectus* erit?) *benevolè commone & plurimam tibi pro isto amicitiæ officio gratiam à me pollicere, cum simili amoris & favoris declaratione.*

Vale feliciter in DEO!

Qvi





QVid Salomonis opes? pulvis. qvid gaudia? ſomnus.
qvid currus? ventus. nauta qvid? umbra fuit.
O cœcas hominum mentes! qvos *vana voluptas*,
qvos ventus, pulvis, ſomnus, & umbra tenet!
Haud ea, *Lipenio*, mens, dum mare, littora, nautas
luſtrat, & in dubiis qværere certa docet.
Spernit opes, verum ſectatur, negligit aurum,
Hoc præſtat *Virtus*, hoc *Pietatis amor*!

Cl. Dn. Autori
de egregio labore gratulab.
f.
Johannes Olearius, D.

FActa virum referunt, ostendit linea Apellem,
Cultum opus artificem, noscitur ungve leo.
Qvod de navigio Salomonis, Clare LIPENI,
prodit, idem an faciat non meletema tuum?
De sapiente etenim, de doctis nemo loqvetur
Docta, nisi & sapiens doctus & ipse siet.
Sic de navigiis qvæ classica turba sophorum,
scripta dedit, trutinat rectius ipse sophus.
Imò Philologus, polyglottus, ut & polyhistor,
Talia Philosophus, Philotheusqve parit.
De tanto ingenii fœtu & conamine docto

Gratu-



Gratulor, utqve ferat commoda mille precor,
Mille tibi, noſtræq́; Scholæ, turbæq́; piorum,
Qvò capias ſtudii digna brabéa tui!

Gottfridus Olearius, D.
Eccl. Hal. Sax. Superint.

Cl. Viro,
DN. M. MARTINO LIPENIO,
Gymnaſii Halenſ. Con-R.
De
Navigio Salomonæo feliciter emenſo,
gratulab.
JOHANNES DURRIUS, D.
Concionator Aulicus & Superint.
Servestanus.

TRansportaſſe rates Regis Salomonis ab Indis
Extremis aurum, Pagina ſacra docet.

Auro

Auro qvid melius? veneranda scien-
tia certè,
Sint licet Ophirii, pondera mill[e]
soli. (menti[s]
Ergò qvæ classis studiosâ indagin[e]
Advehit ingenii sunt pretiosa Tu[i]
Applaudunt omnes docti, clamant-
qve: LIPENI,
Sint tibi Fortunæ floridioris opes.

NAvita de ventis, de navigiisqv[e]
referre
Multa solet; verum parvulus ist[e]
liber (lectu[...]
Multo plura refert nobis dignissim[a]
Qvæ indubiè Auctoris nomen a[d]
astra vehent.

*In honorem Clarissimi Dn. Auctori[s]
Amici sui honorandi scrib. hæc*
Sixtus Bertram/S.S.Th.D.
Pastor ad D. Ulrici & Scho-
larcha. An. 1660. d. 15. Aug.

Dum

DUm Tuus Ingenii prodit labor, ecce Lycæi
Hallensis famã perpetuare studes:
Perge bonis avibus tales producere fætus, (erit.
Sic Tua, sic Patriæ fama perennis
Navigium (*a*) tandem navi ventoq; per undas
Felici, salsas dirige: tempus adest.

(*a*) Navigare, h e matrimonium contrahere, can. non novimus. Caus. 17. Qvæst. 2. ibiqve Gl.

Johann-Andreas Ockell/
J. U. D. & Scabinatus Hallensis Assessor.

DUm *Solymæ Naves*, LIPENI, nôsse laboras, (fert.
Navigium palmæ docta Minerva re-
Affectu inclinato scrib.

M. Andr. Chr. Schubartus,
Pastor Hall. ad D. Maurit.
Gymnasiiq; Inspector.

Quæ

❧ o ☙

QUæ sibi tunc peperit Salomon encomia famæ,
Cōcredēs magno nautica vela mari;
Hæc Tibi *Lipeni*, nunc cōciliare valebis,
Qui Salomonéas ſcis recitare vias.
Quod fuit in tenebris opus hactenus, eruis illud,
Et facis ut fiat poſteritatis amor.
Si mihi vera licet fari, præconia laudū
Majora acquiris quā Salomonis erāt.
Navibus ille ſuis potuit cognomen habere,
Hiſce quod in terris Rex *opulentus* habet.
Tute Viri poſthac *Sapientis* nomē habebis,
Quod magis auguſtum jugiter eſſe ſolet.

Dno. Conſalino & Amico ſuo nunquam recōciliato gratulabundus app:
M. Fridericus Wilh. Lyſerus,
ad B. Virg ap: Hall: Archid:

SCriptis de *Salomone* libris *Pineda* celebris:
Navigium Regis *Lipenius* recolit.

Quæ

Qvæ manet æternæ *Pinedam* gloria famæ,
Lipenio classis Regia conciliat.
L. M. Q. f.

M. Joh. Christ. Ludecus,
Ecclesiæ Francofurt. ad Viadrum Archi-Diac.

כְּבִקַּרְתָּ בְּקָרִים יְהוָֹה
וְהִלְבַּשְׁתָּ כְּמַלְבּוּשׁ לְתוֹרָה׃
כְּבֵן כָּפִיק מְאֵל אֶת־סְגֻלָּה
אֲשֶׁר חָכְמָה בְּקִרְבְּךָ כְּלִילָה׃
וְקַיֵּם יָהּ בְּרֹאשְׁךָ אֲרוּכָה
וְיוֹסֵף תֵּת לְנַפְשְׁךָ יְשׁוּעָה׃
בלא לב ולב

M. Martin Lubath,
Ecclesf. Berol. Marian.

NAvigium ex Ophir Aurũ Argentumq́, ferebat:
Verùm eadẽ Liber hic, vel meliora, dabit.

Quan-

Quantùm etenim Gemmas Sapi
vincit & Aurum:
Tantum iſtis præſtat Navibus l
Liber. (dib
Illæ poſt ternos Annos (res tarda
Hîc quôvis Aurũ Menſe Dieve l
Invitâ Minervâ, non Anim
Chriſt. VVerne

COrpore cœrulei transire pe
qvora ponti,
Viſere delicias miraq́;, dulce de
Dulcius aſt ponti transire per æq
mente,
Rimariq́; pio pectore mira De
Id qvod *Lipenius* fecit, *Salomonis* am
Navigium libro qvẽ decorâſſe ju
Annõ *Lipenii* non ſolùm pectus am
Sed qvoqve nunc nomen pontu
pertus habet?
Ita Clariſſimo Dn. Auct
Collegæ atq́; Amico ſuaviſ
deproper.
Valentinus Berger/

IMpiger extremos currit mercator ad Indos
Pauperiẽ fugiens, ditior inde redit.
Lipenius noster calamo duce navigat Indos,
Desidiã fugiens, clarior inde redit.
Qvi præter vulgus sapit, is qvoq; præterit Indos,
Ingenio vegeto, qvæqve remota petens.
Tædia nempe scholæ cõspergunt pulvere doctos,
Delitiis opus est, atqve refrigerio.
Sed qvæ majores illis, qvas porrigit Histor,
Cosmograph⁹ sapiẽs, pagina qvæq; sacra.
Gratulor hos ausus, sed nec mea Musa tacebit,
Dulce refrigeriũ, si tibi Jova dabit.

Gratulabundus scribebat
suo Amico
M. Tilemannus Olearius.

Non

NOn secus ac auri fossor penetralia terræ
Qvi perscrutatur, tandẽ tamen invenit aurum
Præstans; sic magno qvoqve Tu conamine scripta
Volvisti doctûm, Vir clare, abstrusa virorum,
Nec labor iste fuit vanꝰ: Namq; Ophir in istis
Excellens regio, qvæ fert qvoq; pondera magna
Auri, necnon in verbo qvæ clara sacrato,
Est inventa Tibi, næ res dignissima laude est
Hîc qvam tractasti! Te pennâ præpete sursum
Fama vehat, nomen qvoq; laudis vividum habebis.

M. Johannes Berger/Lub.
Diaconus in Templo Arcis Servestanæ.

Ad

Ad Præ-Clariss. Dominū Autorem, Fautorem atqve Amicum suum dulcissimum.

אהב בצר גנז די ש
ההוא וחר זבל חי ש
טרחת יזע כה לט ש
מגר נער ספר עץ ש
פרח צלחת קר ש
ררר שמך שתים תל ש

M. Joachimus Otho,
Pritzvvalco March

SAcra fames auri nimia dulcedine multos
Usq; premit, pressitq; ferè, tamen excidit altâ
Mente Loci tractus (mirū est!) auriq; feracis
Littus humi, qvam tunc Salomonea Vela triennis
Viderunt proræ, qvæq; Alma recepit, anhelis
Haud tenuem pretiosi auri, gemmæq; venustæ
Suppeditans dotē, reliqva & jucunda Dynastæ
Tam celebri; Verùm minimè sentisce. re, causæ

Quid

Qvid subsit, valeo, volitans qvod Fama recondat
Frugiferam Terram; num culpa reprendat Apellæ
Degener ingenium, laudem qvod deleat hujus, (dedisse?
Splendida se Divo Templo tegumenta
An populis aliis reticēs Ebræa fodinā
Gens facilem invideat? num crebra piacula Judæ (acerbam
Justitiam celebrent *Summi* infligentis
Telluris Lethen, (vero hoc simile esse videtur), (gittas,
Prævia qvò *Justi* pharetræ delicta sa-
Ut comites fidas, nosset? nam Terra relata
Intereà multos fructu, Gazaq; beavit
Percupidos auri, calidumqve refecit amorem.
Attamē hæc remanens distorsit qvæstio Doctos, (ta?
Qvænā sit Regio toties Ophira voca-
Sed tandem à dubio solidè docteqve seqvestras, (Gemmam
Lipeni, certum, èqve penu depromere

Non

on dubitas caram soboli sociisqve Minervæ. (benigna,
ne Sapiens sapiet, Tibi qvã Natura
viqve labor fuerit, qvam sit Tib i larga Supellex.

Amica manu & mente
Servestâ mittebat

M. Otto Helle, Lubec.
S.S. Theol. Stud.

Um *Salomone* ratem solvisti, littora longa
Lecturus æqvoris Rubri.
usus es *Ophiræ* peregrinam qværere
Non imperitus Navita. (terrã,
nc huc, nunc illuc ventis discordibus actus,
Ad patrias redis domus.
mortale refers nomen, qvod fama per omne
Mactabit ævum laudibus
ita sæpe ratẽ solvas! faciles Tibi Nautæ
Docto precor favonios!

Amoris & honoris causâ Witteb. f.

M. Henr. Moltzan, Lub.


Ad

❧

AD ultimos Mercator Indos advol
Vastumq; pinu Ponticâ secet mar
Et copiam sibimet auri comparet!
Tecum, *Lipeni*, navigem, siet licet
Hic totus orbis æqvor. Ecce naviun
Vicem subibit illa longa annalium
Series, & id qvod docta liqvit dexte
Se subseqventibus per ævum poster
Modo sis, *Lipeni*, Tiphys, & navim r
Virtute, viribusq; doctis Ingeni (g
Acutioris, haud ego popularium
Auras morer vel Africorum, vel Not
Prætervehemus nos *Ophir*, qvi esce
hîc,
Salomoneis cum navibus nostram rat
Fas haud erit; tantilla non via suffici
Feliciter qvā nunc, *Lipeni*, emensus e
Hinc navigabis porrò per vastissim
Æternitatis æqvor, en! remi loco
Calamum Tibi scriptoriū, pendent
Inflabit ultrò fama velox suppara:
Iter Tibimet opto felicissimum.

Witteb. scrib.

M. Andreas Offner
Northusanus.



INDEX I. GENERALIS.

in Dispositionem Tractatus.

* CAP.

CAP. VII. DE TEMPORE NAVIGATIONIS SALOMONEAE.
cujus sectiones Tres.

CAP. VIII. DE MERCIBUS NAVIG. SALOM. 606
cujus sectio

INDEX II.

ALIQVOT LOCORVM BIBLI CORUM, QUÆ INCIDENTER ILLUSTRANTUR.

Deu

Ezech.

INDEX III.

INDEX III. SPECIALIS QVÆSTIONVM IN HOC LI-BELLO PERTRACTATA-RVM.

I. Quæstiones Biblicæ.

An

An

II. Qua-

II. *Quæstiones Philologicæ.*

An

III. Quæstiones Physicæ.

An

A

An

IV. Quæstiones Geographicæ.

An

An

V. Qua-

V. Quæstiones Nauticæ.

An

VI. Quaestiones Historicae.

An

An

VII. Quæstiones Politicæ.

*****:****************

INDEX IV.

AUTORUM ADHIBITORUM.

A

Christ.

** Ari-

Caro

Richard.

Fast

Galenus

G

D. Sa-

|Home-

K D. Kim

K

L

Ioh.

Nic.

Abr.

Persius

Ant.

Fr. Ru-

Seneca

Sue-

V. Ioh.


V

Flav

FINIS.

SOLI DEO GLO-
RIA





I. N. J.

CAP. I.

DE NAVIGATIONE ET NAVIGIIS IN GENERE.

Summaria Εισόδου.

1. *Ingressus.*
2. *Navigatio & Navigium differunt, & conveniunt.*
3. Schiff/ schiffen à Schaf; & *Scapha.* σκάφη *est alveus, cunæ.* σκαφία *Numa.*
4. Schif *à Scyphus. Carchesium, Cymbia, Scyphus sunt pocula & navigia.*

5. Navigatio Salomonis Ophiritica.
6. Ejus propria Sedes.
7. Illustratio.
8. Votum.

Εἴσοδος.

§. 1.

SUb ingressum nostræ hujus Commentatiunculæ, meritò à Navigatione & Navigiis exordimur, non quod omnia, quæ hic ὡς ἐν παρόδῳ dici possent, attingere, sed aliqua saltim ex tam copiosa dicendorum copiâ præmittere velimus. Istis enim tanquam generalioribus præcognitis, in specialioribus eo minus remoræ objicientur.

§. 2. NAVIGATIO autem & NAVIGIUM ita vulgò ab invicem distingvuntur, ut illa sit claßis vectio & in amplum maris sinum excur-

cursio; *Hoc* verò sit istud genus navium, quo navigamus, ideoque etiam Græci πλοῖον vocatur. Breviter: *Navigatio est cursus marinus*, uti *Cæsar. l. V. de Bell. Gall.* Ventus, inquit, Navigationem impediebat, i.e excursionem in altum. *Navigium* autem Navem ipsam, ac *Classis* magnam navium manum significat. Uti *Cicero l. 2. de Nat. DEorum* inquit: Arborum sectio magnos usus adfert ad navigia facienda. Interim diffitendum non est, quod aliquando etiam *Navigium pro ipsa Navigatione adhiberi* soleat *L.122. Qui Romæ §.1.ff.de Verbor.obligat.* In hac itaque dissertatiuncula utramq; significationem conjungimus, & non solum *ipsam navium Excursionem Regis* Hierosolymitani consilio & jussu factam, sed etiam *integrum navium onerari-*

arum, portemiarum, ac mercatoriarũ apparatũ indigitamus. Utrumq; enim in Salomonis expeditione nautica concurrebat.

§. 3. Teutonicum nostrum Schiff/ Schiffen/ non incongruè Clarissimo ac Doctissimo Dn. *Andrea* Senfftleben *in Sylva var. Naviũ veter. c. 2. p. m. 23* derivatur à Silesiacæ dialecti nomine Schaf/ & Schäfflein/ i. e. vase seu vasculo, quod Græcis σκεῦος dicitur. Et cum Latino *Scapha* convenire videtur, Cum Cardinales Linguas harmonicè potius concordare, quàm se invicem generâsse certum sit. Nam *Scapha* vas concavum est, quod dicente *Laz. Baysio Jcto Parisiensi, & apud Venetos commorante in suo de Re Navali libro p. m. 105.* etiamnum apud Venetos nomen suum tenet, dum *Scipho* & *copano* appellant.

Lati-

Latinum autẽ *Scapha* ex gr. σκάφη est, quam Plutarchus ἐφόλκιον appellat, quasi *excavatum aliquod vasculum*, qualis fuit *alveus ille*, in quo Romulus cum Remo expositus est. Quod enim *Livius alveum*, eam *Plutarchus* σκάφην notat in sua de Romulo vitâ. Et quia etiam labra balneatoria, concava sunt, & ad modum cunarum efformata, eâ de causâ *Athenaeus l. XIII. Hist. Anim. de* φιλοστοργίᾳ *Elephanti* εἰς παιδίον loquens, cunas ab Elephanto motas σκάφην vocat· Ὃς ἂν ἡ τροφὸς ἐμπλήσειεν αὐτὸ τοῦ γάλακτος, ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν τοῦ θηρίου ἐτίθει αὐτὸ ἐν σκάφῃ. ὅτι δὲ κλαίοι, τῇ προβοσκίδι τὴν ΣΚΑΦΗΝ ἐκίνει. *Nutrix infantem lacte saturatum ad Elephanti pedes in vase concavo ponebat. Cum verò ploraret, proboscide cunas istas movebat.* Ab eadem etiam Cavâ

figura σκαφία ita dicta sunt *vasa illa igni concipiendo idonea, quæ NVMA Pompilius virginibus VESTÆ dedit*, ut iis, si ignis sacer extinctus esset, eundem rursus accenderent. Ita enim excavata erant, ut radiis solaribus hinc inde dispersis & in centrum conjectis, arida materia apposita, confestim ignis emicaret. Quo de locus extat in *Plutarcho in vita Numæ p. m. 121.* Quod si forte extinctus fuerit *ignis æternus*: (*ut e Aristionis tyrannide sacra lucerna Athenis, & Delphis templo à Medis accenso, belloque Mithridatico, atque Romanorum civili una cum ara ignis deletus fuit* :) negant *eum fas esse ex alio accendi igne, sed recentem parandum, eliciendamque puram & liquidam ex sole flammam. Succendunt eam ex SCAPHIIS CAVATIS in æqualia latera orthogonia trigonalia, quæ ex circumferentia in unum*

centrum

entrum sunt devexa. His solis obversi radij undique flagrantes coguntur, & contrahuntur ad centrum. Ita cũ ipsum aëra dividunt attenuatum, cum levissimum quodque atque aridissimum appositum fomentum inflammant extemplo, quod accipiant reflexione radij corpus & ictum igneum.

§. 4. Secus de involucro nominis sentit *Fridericus Taubmannus ad VIII. Æneid. Virgil. v. 279.* Schiffen nimirum ex Latino *Scyphus* diduci. *Scyphus*, inquit, *Liberi patris & Herculis Cantharus est, quem & multibibum fuisse, & poculo interdum per maria vectum docet Macrobius l. V. c. 21. Certè apud Venetos hodieq; navigiolo nomen est Scipho, & verbum Schifar.* Nec abludit *nostrum* Schiff & Schiffart. Et verum est, quod *Macrobius c. l. & c. Saturnalium* doceat, veteres Græcos multa poculorum genera â re Navali denomina-

minavisse; utpote *Carchesium*, cujus *Pherecydes* in libris Historiarum meminit, dicitque Jovem Alcumenæ pretium concubitus *carchesium aureum* dono dedisse. Malè igitur *Plautus* apud eundem dicitur reddidisse *pateram* : Cum *patera sit* planum ac patens ; *carchesium verò procerum & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter ansis à summo ad infimum pertingentibus.* Item *Cymbia*, cujus *Anaxandrides & Demosthenes* meminerunt, proceium scil. & navibus simile poculum. Ita & *Scyphum* poculum esse ait ad similitudinem alicujus navigii fabrefactum. *Ego* enim (subdit. ad finem cap.) *arbitror non poculo Herculem transvectum sed navigio, cui Scypho nomen fuit, ita ut supra Cantharum &* CARCHESIUM, *& à cymbis derivata Cymbia, omnia hæc asserimus esse navigiorum vocabula.*

Hinc

Hinc â *Scypho* Schiff & Schiffen *rtum est.*

§. 5. *Nostram autem* Navigatio-*nem* SALOMONIS in specie quod *ttinet*, eam *OPHIRITICAM seu OPHIRANAM* vocamus â termi-no ad quem, utpote quâ *SALO-MONIS* auspiciis ex portu *Asion-Gaber* in Ophir seu Auream Cher-sonesum (quanquam aliis aliter vi-deatur) est navigatum. Cum quâ certe navigatione nulla alia vel ce-lebritate, vel difficultate, vel utili-tate, quæ in totum Hierosolym. im-periû redundavit, est comparanda.

§. 6. Eam profecto ipse Sp. S. tanto honore dignatus est, ut, cum nullius alius ex professo in sacris meminerit, hanc tamen primam in *Annalibus Judaicæ Gentis Regiis* descripserit, & ejus non tantum commodam *stationem & portum*, sed etiam *terminum*, ad quem te-

tendit

tendit, *merces* quas attulit, *autoresq;* qui instituerunt, annotari jusserit *1. Reg. IX. 26. c. X. 11. & 22. 2. Paralip. VIII. 18. c. IX. 10. & 21.* Ex quibus locis scripturæ tanquam *genuina sede* tota hæc res est conficienda & dijudicanda.

§. 7. Cætera sive *Geographica*, sive *Chorographica*, *sive Chronologica*, sive *Physica* & *Historica*, quæ ad illustrationem locorum & materiarum aliarum faciunt, ex prophanis adjicienda erant autoribus, & commentatoribus Biblicis, quorum hic non sugillanda sed commendanda est diligentia. *Boni enim viri est, fidelis prædecessoris & manuductoris agnoscere merita, & non difficeri, sub quibus tanquam haut pœnitendis magistris profecerit.* Quod quidem nos eo, quo potuimus & debuimus candore ubique fecimus.

§. 8. U

§. 8. Ut itaque hoc noſtrum In-
itutum benè cedat, & proſperos
ccesſus habeat, Divinum ſuppli-
s invocam9 Nomen & NUMEN,
io ſua nobis gratia adeſſe, verita-
m docere, & in ejusdem glorioſa
oſſesſione nos conſervare velit.
t autem μεθοδικωτέρως proceda-
us, quatuor Sectionibus hoc ca-
it expediemus, quarum prima
NTIQUITATEM; ſecunda
ARIETATEM, tertia MATERI-
M, quarta DIFFICULTATEM.
UTILITATEM navigationum
ontinebit.

****:****:****:*******

SECTIO I.
DE
IAVIGATIONUM
ORIGINE & ANTIQVI-
TATE.

Sum

Summaria.

§.1. Navigatio prima Tyriorum. Tyrii non tam autores quàm cultores Navigationum.

§.2. Minoïs in Creta: qui potius sibi maris Dominium asseruit.

§.3. Neptuni: á quo negotiatio maritima.

§.4. Samothracum.

§.5. Mysiorum & Trojanorum.

§.6. Argonautarum, & Jasonis.

§.7. Promethei & Minervæ.

§.8. Corinthiorum.

§.9. Atlantis in Gadibus.

§.10. Anglorum.

§.11. Ægyptiorum & Danaï.

§.12. Jani i. e. Noachi, cujus Arca dicitur Navis. Noachus bis in Italiam navigavit.

§.13

§. 1.

PRimam *Navium & Navigationum Originem* multi cum *Pomponio Mela Cosmogr celebratissimo lib. 1. de Situ Orbis c XII. p. m. 68. Phænicibus* Syriæ populis vindicant, de quibus is ita inquit: *Phænicen Phænices*

nices illustravere, solers hominum genus, & ad Belli, pacisque munia eximium. Literas & literarum operas, aliasque etiam artes, mare navibus adire, classe confligere, imperitare gentibus, regnum præliumque commenti. Quibus subscribunt. *M. Annæus, Lucanus l. III. de Bello Civili p. m. 67. Stephanus Forcatulus ICtus & Philos. Gallus l. 1. de Imper, & Philosoph. Gallorum p. m. 48. Sic Rufus ex Dionysio*

Phœnicum regio est; hi rubro gurgite quondam
Mutavére domum, primique per æquora vecti
Lustravére salum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, sidera primi
Servavere poli - - - -

Nominatim autem inter Phœnices *Tyrÿ* hac laude, etiam præ Sidoniis

is condecorantur, utpote qui-
us & inventio purpuræ & navi-
andi, & Aſtronomiæ vulgò acce-
tò feruntur. Unde ſic Tibullus:

*Utq; maris vaſtum proſpectet tur-
ribus æquor*
*Prima ratem ventis credere docta
Tyrus.*

ed hic omninò diſtinguendum,
nter *primam Navigationis inventi-
nem, & ſubſecutam culturam.* Uti
ſtam Phænicibus impertiri nequi-
nus, ita *hanc* iisdem faciles damus,
ræprimis, quia antiquisſimus Ge-
ographus *Strabo l. XVI.* περὶ τῆς Γεω-
γραφίας iſtam laudem iis vindicet,
his ferè verbis: *Tyrus has calamita-
tes* (à terræ motu & Alexandro M.
illatas) *omnes evicit,* καὶ ἀνέλαβεν
αὐτὴν τῇ ναυτηλίᾳ, καθ' ἣν ἁπάντων
τῶν ἀεὶ κρείττους εἰσὶ κοινῇ Φοίνικες,
& ſeipſum navigando reſtauravit.
Nam

Nam in ea re Phœnices semper omnibus præstitere. Quibus paulo post subdit. Τῆς δὲ περὶ τὰς ναυστολίας δυνάμεως τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἀποικίδων ἐστὶ πόλεων τεκμήριον. *Navalis potentiæ & apparatus signum est & multitudo & magnitudo coloniarum &c.* Et certè propter commodissimum navigandi & negotiandi usum imperitare finitimis populis & insulis cæperunt Tyrii & Sidonii. Eoque luxuriarum propter invectas divitias devenerant, ut à vicinis in Judæa Prophetis severissimè corrigerentur, quemadmodum *Esaiæ & Ezechielis vaticinia & oracula* edocent. Et certè coloniæ in toto mari mediterraneo, imo etiam extra Herculis columnas plantatæ, eorum navigandi peritiam collaudant, quas omnes ὡς ἐν συνόψει videre est in *Sam. Bocharti*

p. I.

.l *Geograph. Sacræ* per multa Capp.
Sed tamen *Tyria Navigatio prima*
non fuit. Nam *Tyrus Sidonis colonia*
longo tempore post fundationem
in tantam accrevit potentiam, ut
cum Sidone de principatu conten-
dere, maribus imperitare, & colo-
nias diducere posset. Prius igitur
Sidoniis id conveniet. *Sidon* autem
à *SIDONE primogenito CANAAN*
seu CANÆ (ut Berosus vocat) orta
longè posterior fuit Noacho, aliis-
que in oriente navigantibus. Imo
Tyrus creditur condita tempore
belli Trojani in millenario à con-
ditu mundi tertio, *anno circiter M.*
2268. cum *Phœnices ab Ascalonis*
Rege nimiopere vexarentur, in ma-
re egressi sunt, ut ibi ab incursioni-
b⁹ fidam sedem haberent. Tandem
si quid iis tribuendum, esset *concin-*
natio trabium seu ratium in mari
mediterraneo, ut expresse Tibulli
verba

verba sonant Eleg. 7.

Prima ratè ventis credere docta Tyrus

§ 2. Alium Inventorem *Strab*[o] substituere videtur, quem is *MI*-*NOA* vocat, *Jovis & Europæ filium* eundemque vel *Cretæ* advenam, vel certè *Regem*. Ita enim *l. X. Geogr. infit f. m. 458.* ἱςόρηται δ' ὁ μίνως γενέσθαι σπουδαῖος θαλαττοκρατῆσαι τε πρῶτος *Literis traditum est, Minoem solertiss. Legislatorem extitisse, primumq; maris imperium sibi vindicasse.* Veruntamen ut apertissimũ est ex Verbis Græcis, Distingv. hic est inter θαλαττοκρατίαν & ναυτιλίαν. *Imperii maritimi primam vindicationem Strabo Minoi arrogat,* non autem *primã navigandi artem.* Imo *Creta* istâ Minoïs ætate jam tum ita erat habitata, ut Homero teste, *nonaginta de integro conditæ urbes* essent, quæ ante Minoa efta-

bre-

retactæ navigationibus non ca-
uerunt. odyss. T.

- - - ἐν δ' ἄνθρωποι
πολλοὶ, ἀπειρέσιοι καὶ ἐννήκοντα
πόληες.

§.3. Hinc ulterius progreditur *Diodorus Siculus l.V. Bibl. Histor.* & Originem primam accersit à *Neptuno f.m.337. edit. Hanov. Laurentij Rhodomanni opera edita.* τῶν δ' ἄλλων θεῶν τῶν ἐκ Κρόνου καὶ Ῥέας γεγενημένων φασὶν οἱ Κρῆτες Ποσειδῶνα μὲν πρῶτον χρήσασθαι ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις, καὶ στόλους συστήσασθαι. *Cretenses dicunt Neptunum inter alios DEOS ex Saturno & Rea natos primum usum esse operibus* nauticis & classes constituisse. Et hæc quidem ex Cretensium relatione Diodorus habet, veriusque *negotiatio Nautica, & classium commentumq;*

instru-

instructio bellica, quam ipsa *prim* *navigandi inventio* Neptuno attr buitur. Στόλος enim *classicum n* *vium apparatum*, & ἐργασία κτ̀ θα λασσαν *negotiationem maritima* important, quam diu Cretense tenuerant, à quibus ideo proverb um fluxit: ὁ κρὴς τὴν θάλασσαν, *Cr tensis nescit pelagus*: in eum pronun ciari solitum, qui ea, quæ novit, s ignorare dissimulat.

§.4. Ex *Creta in Samothracia* pedem transfert *Eusebius*, atque e hac primum Navium ortum pete re amat, quando *l* 1. *de Præpar. Evan* *Samothracibus* istam gloriam pri mæ scil. inventionis assignat. At qui Trojani priores Samothraci bus, & Trojanis priores Mysii, & Mysiis Græci priores navigarunt Ideoque Cretensibus ista laus à *Sa* mothracibus minuenda non est.

§.5. Hin

§.5. Hinc alii in *Hellespontum* ogressi *Mysis & TROJANIS* ibuunt, quod primi Navigia ex-gitarint, *cum adversus Thracas ansirent* apud *Plin.l.VII.c.56.* Sed nge ante *Græci in Ætolia* & passim *mari Ægæo* fretarunt, ut frustra ud à Trojanis repetas. Nam ho-m regnũ demum à *Dardano con-tum est A,M.2471.seqq.* Et cum ad-rsus Thracas pugnarent, longius atium intercessit. confer eam in m *Genealogiam Reg. Trojan.* apud *ticral.Synt.Polit.l.1.f.3.p.110.* con-r.Strabon.l.VII. Geogr. f.288.

§.6. Hinc *Ovidius Lib.VII Me-m. & Manil. l.1. Astron.* Ad *Argo-uticam expeditionem* transfugi-it, atque *Jasonem* primum navi-n conditorem fuisse ajunt. Hinc sonis - - *nobilis Argo*

In cœlum sublata, mari quod prima cucurrit.

Quo



Quo etiam inclinat *Arrianus* in P
riplo Maris Euxini, cum inqui
ἄυται δὲ καὶ κυάνεαι εἰσιν, ἃς λέγου
οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι: κ
διαπλεύτων πρώτην ναῦν περᾶσαι, τ
Ἀργὼ, ἥτις ἐς κόλχοις Ἰάσονα ἤγα
i.e. *Hæ sunt Cyaneæ istæ Insulæ, q*
Poëtæ olim finxerunt vagas atque e
rrantes fuisse, per quas prima n
Argo transierit, qua Jason in Colch
vectus fuit. Hinc etiam *Ovidius*
brum *VI.Metam.* ita claudit:

Vellera cum Minyis nitido radia
tia villo,
Per mare non notum PRIMA pe
ère carinâ.

Eandem laud... quoq
Argói d... quit:
Ill... mbuit A
...ten,
...am inter pris
...at, qui JASON

am *conditorem & inventorem*, quàm *lassis istius ducem & directorem* fuisse malint. Nam structorem faciunt Argum, *uti* Valerius Flaccus l. 1. *Argonaut.* ait:

- - ad charum Tritonia devolat Argum
Moliri hunc puppim jubet & demittere ferro
Robora - - - -

dem quoque *Josephus Iscanius l. 1. de Bello Trojano* asserit

- - author ratis Argus, & Argo
Navis erat, sed uterque rudis -

Diodorus verò *Siculus l. IV. Biblioth. Histor. f. m. 171.* addit, *Argum* una ... *Jasone & aliis Nobilibus Græcis* ... *us descendisse in navem, ut re-* ... *si quâ carinæ dehiscerent.* ... *ῶν* ... *ευθῆναι κῇ μὲν* ... *μ* ... *ἀπὸ τȣ͂ τὸ σκά-* ... *Ἄργȣ, καὶ* ... *συμ-*

συμπλεύσαντος ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νεώς. Incidit autem hæc expeditio in *Annum Mundi* 2727. Sed quis credat tum demum mare transiri cęptum esse? Profecto ante *Jasonem Phryxus & Helle, Athamantis Thebanorum Regis & Nepheles liberi* Thebis aufugerant navi, quam aut ob insigne arietis aurei, aut ob auri gazam *arietem aurei velleris* nominarunt. Hinc Diodorus c. l. fatetur & ipse, *ista tempestate* (scil. ante Argo sub *Pelio monte* fortassis in *sinu Pegasico* in Thessalia, unde *Argo* ab Ovidio & Silio Italico etiam *Pegasea ratis* cognominatur, ad urbem nimirum *Pegasam* ædificatam) ratibus tantum & parvis cimbis navigatum esse: Διὰ τὸ σχεδίαις πλεῖν τοὺς τότ' ἀνθρώπους, καὶ μικροῖς παντελῶς Ἀκατίοις, *Tunc ratibus & par-*

vi

uis Acatiis (*parvis actuariis*) *undas sulcabant homines.* Porro etiamsi concederemus, Jasonem (si modò non *verius fabula, quam historia* sit, quod de Argonautis traditur, uti videtur *Arriano in Periplo Ponti Euxini ad Imperat. Trajanum Adrianum apud Turnebum Reg. Lutetiæ Professor. in T.2. oper.f.m.147.*) Primum in mari Euxino circa Ann. mundi 2227. navigasse, Inde tamen non conficere-tur; alibi navigationes non fuisse frequentatas. Imò cum *Apollonii Scholiaste* rectius statuitur, quod *Argo prima saltem longarum navium* fuerit, non verò *omnium navium* ut ipsa *Andreæ* Senffilebens *Argo* se explicat cap. 3. p. 34. idemque *Plinius ex Philostephano* confirmat l.7.c.56.

§. 7. Parem certitudinem ha-

bet, quod *Prometheus* apud *Æschy-lum* gloriatur, à se navem esse primum inventam; aut quod ex alio-rum relatione. *Tertullianus in lib. de Militis Corona* habet, *Minervæ* hunc honorem esse deferendum. Poëtica enim & tabulis immixta hæc sunt, parumque firmitatis habent.

§.8. Ideoque ex prioribus recessib⁹ *Corinthum* se conferunt *Thucydides & Libavius*, quorum hic in *dissertatione* quadam ex isto *Corinthiis* primam navium concinnationem attribuit: eò quod & potentes maris essent, & quasi in maris faucibus hærere viderentur. Quomodo verò hæc cum *Ætolorum*, *Thebanorum & Cretensium priori maris imperio* conciliari possint, equidem augurari non possum.

§.9. Hinc ad *Gades* decurrit

Clemens

lemens Alexandrinus, & *Atlanti* unc honorem defert, qui inter *fricam*& *Hispaniam* vicinum ma- eratibus coëgisse, & interjectum retum trajecisse creditus est. ed ita hæc credenda ut *Atlantica xpeditio non superet Tyrios.* Nam horum quidẽ hæc laus esse vulgò creditur, quod fretum istud ape- ruerint, & eò colonias suas tradu- xerint.

§.10. Quod alii *columnas Herculis* egressis in *Oceano Britannio* pri- mum conditas& inventas esse pro- dunt *naves corio circumsutas*, *quas* postmodum in ligneas longas ef- formarint, parem cum priori sor- titur fidem. *Si* enim ita est, quod demonstrare annititur *Bochartus*, quod Tyrii etiam in Angliam suas colonias diduxerint, utique nega- ri nequit, priores Anglis navigasse Tyrios.

§.11. Sed ad *Ægyptum* reverta-
mur, ex qua *Danaus* cum nave i
Græciam venitasse commemora
tur à *Plinio l.VII.c.56.* cum ante Ra
tibus tantum navigatum esset, in
ventis in mari rubro. Nimirum
Danaus à fratre suo *Sethosi*, regn
pulsus, *Ægypto profectus Argos na*
vigavit, ibique pulso *Gelanore se*
Helanore, Argivornm regnum *An*
mundi 2474. occupavit, qui Græ
cos docuit *puteos fodere & aridan*
regionem fecit abundare aquis. Ve
runtamẽ & eo prior *Xanthus Crotop*
Octavi Argivorũ Regis frater, Ar
gis *in Lesbum*, & *Phorbas*, alter Cro
topi frater in *Rhodum* delati ibi
dem sedes ceperunt. Quomod
autem delati nisi per naves ? Im
iis superior *Phoroneus Inachi* filiu
secundus Argivorum Rex edomit
Peloponneso arma in *Rhodum* trans
tulit, certè *non equis aut armenti*
se

ed navigiis. Primus denique Ar-
ivi Regni conditor, *Inachus*, ideo
Oceani & Thethyos filius creditur,
quia peregrinus per mare huc ad-
ectus est. Seriem Regum & Re-
um Argivorum ex Berosi, Pausa-
iæ, Siculi, aliorumque Annalibus
ontextam videsis apud *Ubbonem*
Emmium in Append. Genealog. ad
Chronol. & apud B. D. Micrælium
n Synt. Polit. l. 1. Sect. 3. fol. 67. &
seqq.

§. 12. Rectius isti mihi videntur
acere, qui JANUM statuunt in-
entorem artis nauticæ, *Janum in-*
erpretantes de Noacho, qui gemino
culo præditus, recte *BIFRONS*
lici potest, *quia uno oculorum an-*
trorsum in mundum antediluvia-
um, altero retrorsum in postdilu-
ianum mundum verso poterat utri-
sque faciem res atque ætatem digno-
B 3 *scere.*

instructio bellica, quam ipsa *prim* *navigandi inventio* Neptuno attr buitur. Στόλος enim *classicum na vium apparatum*, & ἐργασία κατὰ θα λασσαν *negotiationem maritiman* important, quam diu Cretense tenuerant, à quibus ideo proverbi um fluxit: ὁ κρὴς τὴν θάλασσαν, *Cre tensis nescit pelagus*: in eum pronun ciari solitum, qui ea, quæ novit, s ignorare dissimulat.

§. 4. Ex *Creta in Samothracia* pedem transfert *Eusebius*, atque e hac primum Navium ortum pete re amat, quandò *l* 1. *de Præpar. Evan* *Samothracibus* istam gloriam pri mæ scil. inventionis assignat. At qui Trojani priores Samothraci bus, & Trojanis priores Mysii, & Mysiis Græci priores navigarunt Ideoque Cretensibus ista laus à *Sa mothracibus* minuenda non est.

§. 5. Hin

§.5. Hinc alii in *Hellespontum* progressi *Mysiis* & *TROJANIS* tribuunt, quod primi Navigia excogitarint, *cum adversus Thracas transirent* apud *Plin.l.VII.c.56*. Sed longe ante *Græci in Ætolia* & passim in *mari Ægæo* fretarunt, ut frustra istud à Trojanis repetas. Nam horum regnũ demum à *Dardano conditum est A. M. 2471. seqq.* Et cum adversus Thracas pugnarent, longius spatium intercessit. confer eam in rem *Genealogiam Reg. Trojan.* apud *Micræl. Synt. Polit. l. 1. s. 3. p.* 110. confer. Strabon. l. VII. Geogr. f. 288.

§.6. Hinc *Ovidius Lib. VII Metam.* & *Manil. l. 1. Astron.* Ad *Argonauticam expeditionem* transfugiunt, atque *Jasonem* primum navium conditorem fuisse ajunt. Hinc

Jasonis - - *nobilis Argo*
In cœlum sublata, mari quod prima cucurrit.

Quo



Quo etiam inclinat *Arrianus* i
riplo Maris Euxini, cum in
ἄυται δὲ καὶ κυάνεαί εἰσιν, ἃς λέ
οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶνα
διὰ τούτων πρώτην ναῦν περᾶσαι
Ἀργώ, ἥτις ἐς κόλχοις Ἰάσονα ἤ
i.e. *Hæ sunt Cyaneæ istæ Insulæ*
Poëtæ olim finxerunt vagas atq
rantes fuisse, per quas prima
Argo transierit, qua Jason in Co
vectus fuit. Hinc etiam *Ovid*
brum *VI. Metam.* ita claudit:

Vellera cum Minyis nitido ra
tia villo,
Per mare non notum PRIMA
êre carinâ.

Eandem laudem *Catullus* qu
Argói defert, quando inquit

Illa rudem cursu prima imbui
phitriten.

Quanquam etiam inter pr
Autores sint, qui *JASONEM*

am *conditorem & inventorem*, quàm *lassis istius ducem & directorem* fuisse malint. Nam structorem faciunt Argum, *uti* Valerius Flaccus l.1. *Argonaut.* ait:

- - ad charum Tritonia devolat
Argum
Moliri hunc puppim jubet & demittere ferro
Robora - - - -

dem quoque *Josephus Iscanius l.1. de Bello Trojano asserit*

- - author ratis Argus, & Argo
Navis erat, sed uterque rudis -

Diodorus verò *Siculus l. IV. Biblioth. Histor. f. m.* 171. addit, *Argum* una cum *Jasone & aliis Nobilibus Græcis Juvenibus descendisse in navem, ut reparaet, si quâ carinæ dehiscerent.* ὴν δὲ ναῦν προσαγορευθῆναι κατὰ μὲν ινας τῶν μυθογράφων ἀπὸ τοῦ τὸ σκάος ἀρχιτεκτονήσαντος Ἄργου, καὶ συμ-

συμπλεύσαντα ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νεώς. Incidit autem hæc expeditio in *Annum Mundi* 2727. Sed quis credat tum demum mare transiri cęptum esse? Profecto ante *Jasonem Phryxus & Helle, Athamantis Thebanorum Regis & Nepheles liberi* Thebis auffugerant navi, quam aut ob insigne arietis aurei, aut ob auri gazam *arietem aurei velleris* nominarunt. Hinc Diodorus c. l. fatetur & ipse, *ista tempestate* (scil. ante Argo sub *Palio monte* fortassis in *sinu Pegasico* in Thessalia, unde *Argo* ab Ovidio & Silio Italico etiam *Pegasea ratis* cognominatur, ad urbem nimirum *Pegasam* ædificatam) ratibus tantum & parvis cimbis navigatum esse: Διὰ τὸ σχεδίαις πλεῖν τοὺς τότ' ἀνθρώπους, καὶ μικροῖς παντελῶς ἀκατίοις, *Tunc ratibus & par-*

vis

vis Acatiis (parvis actuariis) undas sulcabant homines. Porro etiamsi concederemus, Jasonem (si modò non *verius fabula, quam historia* sit, quod de Argonautis traditur, uti videtur *Arriano in Periplo Ponti Euxini ad Imperat. Trajanum* Adrianum *apud Turnebum Reg. Lutetiæ Profeß. in T.2. oper. f.m.147.*) Primum in mari Euxino circa Ann. mundi 2227. navigasse, Inde tamen non conficeretur; alibi navigationes non fuisse frequentatas. Imò cum *Apollonii Scholiaste* rectius statuitur, quod *Argo prima saltem longarum navium* fuerit, non verò *omnium navium* ut ipsa *Andreæ* Senfftlebens *Argo* se explicat cap. 3. p. 34. idemque *Plinius ex Philostephano* confirmat l.7.c.56.

§. 7. Parem certitudinem ha-

bet, quod *Prometheus* apud *Æschilum* gloriatur, à se navem esse primum inventam; aut quod ex aliorum relatione. *Tertullianus in lib. de Militis Corona* habet, *Minervæ* hunc honorem esse deferendum. Poëtica enim & fabulis immixta hæc sunt, parumque firmitatis habent.

§. 8. Ideoque ex prioribus recessib⁹ *Corinthum* se conferunt *Thucydides & Libavius*, quorum hic in *dissertatione* quadam ex isto *Corinthiis* primam navium concinnationem attribuit: eò quod & potentes maris essent, & quasi in maris faucibus hærere viderentur. Quomodo verò hæc cum *Ætolorum, Thebanorum & Cretensium priori maris imperio* conciliari possint, equidem augurari non possum.

§. 9. Hinc ad *Gades* decurrit

Clemens

Clemens Alexandrinus, & *Atlanti* hunc honorem defert, qui inter *Africam* & *Hispaniam* vicinum maretatibus coëgisse, & interjectum fretum trajecisse creditus est. Sed ita hæc credenda ut *Atlantica expeditio non superet Tyrios.* Nam horum quidé hæc laus esse vulgò creditur, quod fretum istud aperuerint, & eò colonias suas traduxerint.

§.10. Quod alii *columnas Herculis* egressis in *Oceano Britannio* primum conditas & inventas esse produnt *naves corio circumsutas*, *quas* postmodum in ligneas longas efformarint. parem cum priori sortitur fidem. *Si* enim ita est, quod demonstrare annititur *Bochartus*, quod Tyrii etiam in Angliam suas colonias diduxerint, utique negari nequit, priores Anglis navigasse Tyrios.

§.11. Sed ad *Ægyptum* reverta-
mur, ex qua *Danaus* cum nave in
Græciam venitasse commemora-
tur à *Plinio l.VII.c.56.* cum ante Ra-
tibus tantum navigatum esset, in-
ventis in mari rubro. Nimirum
Danaus à fratre suo *Sethosi*, regno
pulsus, *Ægypto profectus Argos na-
vigavit*, ibique pulso *Gelanore* se-
Helanore, Argivornm regnum *An.
mundi* 2474. occupavit, qui Græ-
cos docuit *puteos fodere & aridam
regionem fecit abundare aquis.* Ve-
runtamē & eo prior *Xanthus Crotop*
Octavi Argivorū Regis frater, Ar-
gis *in Lesbum*, & *Phorbas*, alter Cro-
topi frater in *Rhodum* delati ibi-
dem sedes ceperunt. Quomodo
autem delati nisi per naves ? Imò
iis superior *Phoroneus Inachi* filius
secundus Argivorum Rex edomit
Peloponneso arma in *Rhodum* trans-
tulit, certè *non equis aut armentis*
se

sed navigiis. Primus denique Argivi Regni conditor, *Inachus*, ideo *Oceani & Thethyos filius* creditur, quia peregrinus per mare huc advectus est. Seriem Regum & Rerum Argivorum ex Berosi, Pausaniæ, Siculi, aliorumque Annalibus contextam videsis apud *Ubbonem Emmium in Append. Genealog. ad Chronol. & apud B. D. Micrælium in Synt. Polit. l. 1. Sect. 3. fol. 67. & seqq.*

§. 12. Rectius isti mihi videntur facere, qui *JANUM* statuunt inventorem artis nauticæ, *Janum interpretantes de Noacho*, qui gemino oculo præditus, recte *BIFRONS* dici potest, *quia uno oculorum antrorsum in mundum antediluvianum, altero retrorsum in postdiluvianum mundum verso poterat utriusque faciem res atque ætatem dignoscere.*

scere. Hinc *Berosus* Chaldæus histo-
ric9 *Noæ Arcam NAVEM* appella-
quia ista nihil aliud, quàm *aptati*
navigiū & condendorū diversigene
navigiorum primum ac unicum pos
ris exemplar fuit, sunt verba *Polyd*
ri Virgilii Urbin. de Inventoribus I
rum l. 3. c. 15. p. 286. Nam *Noach*
perdiu ante *Danaum, Neptunum*
omnesque alios vel Ægypti vel Græ
Reges & populos fuit, qui quide
multis retro annis lapsis scil. *CVI*
primùm in Italiam creditur desce
disse, ibique Imperium pro suo
Japheto nepote, *Gomero* regnu
condidisse; Et non ita multo po
secundâ vice, cum hactenus ra
bus mare mediterraneum lutr
set, eò advolasse, & regnum *Abo*
ginum, â *Chameseno seu Chamo* co
ruptum, *SATURNO SABATI*
regnum constituisse, ex quo *Sab*
(*unde Sabini & Samnites*) *Zabel*

seu Curetus aliique plures nati. Hic itaque *Noachus* sicut in Maris Mediterranei occupatione & distributione filios navigationes docuit: ita istam *navigiorum construendorum rationem etiam primus jussu & instructione DEI est aggressus. Gen. VI. v. 14.* Cum enim vir sanctus & innocens â DEO *diluvium* ad perniciem generis humani futurum esse cognovisset, ut aquarum vim evaderet, *arcam* sibi *ligneam* divinitus delineatam fabricavit: â quâ ejus quoque post diluvium *posteri*, dum alii alias orbis regiones ad habitandum peterent, *navium usum* didicerunt.

§. 13. Huc omninò spectat, quod *DEI MANUS ratem Noachicam*, ad quam spes orbis confugerat, dicitur *gubernasse*, universali isto mundi Cataclysmo durante *Sap. XIV. v. 6.* Et vere quidem *gubernas-*

se: quomodo enim, quantumlibet ex roboribus & firmissimis cedris compacta fuisset, tantam vim imbrium, & procellas ventorum, & tempestates fluctuum per integrum añum sustinere, tantamque tot animalium molem ferre valuisset, si eam altipotens Dei manus non sustentavisset & gubernasset.

§. 14. Siccato igitur orbe terrarum, in montibus *ARARAT* consedit, docente *Mose Gen. VIII. v.* 4. Ut mirari subeat, quod *Theophylus Antiochenus l.* 3. *ad Autolycum* scripserit, montes *Arabicos quos MELANOS vocant, primum Arcam suscepisse*: cujus hæc sunt verba: *Reliquiæ arcæ Noæ durare adhuc perhibentur in montibus Arabicis, & ibidem ostendi*. Qua in re eum memoria lapsum esse arbitror. *Montium* enim *Melanorum* duæ quasi colligationes sunt *Sinai & Horeb*, quorum *cul-*

culmina Moses, & radicem etiam *Israelitæ* contigerunt, ex quorum relatu ea non ita fuissent obscurata. Magis ridiculum est, quod alii montem *Imaum ex Scythia porrectum*, cujus *Libanus, Caucasus, Taurus & Tapurei*, aliique in Armenia montes, nervi vel pedes sunt, insinuari arbitrentur, eò quod *Scythæ apud Justinum in l. 2. & Pausaniam in Atticis* adversus *Ægyptios* defenderunt generis sui antiquitatem, aliorumq; relatione confirmant, quod *mortale genus* dicatur in *Scythia Sagarenatum*. Expressè montes *ARARATH* in Mose exprimuntur, qui *montes* sunt in *Armenia omnium altissimi & frigidissimi*: in quibus etiam aliqua ejus rei documenta reperiri traduntur. Ita enim *Haithonus, Armenus ipse*, prosapia regia cretus, qui primùm sub rege Armeniæ militavit postmodum

multis adversitatibus fractus, & militiæ pertæsus in sortem clericorum se transscribi curavit, & *Anno Domini M CCCV.* in Cypro in monasterio Episcopæ *Pramonstratensis ordinis* regularem habitum suscepit, uti ipse de se testatur in *lib. de Tartaris c. XLVI. fol. m. 461.* Ita autem iste de monte *Ararat scribit c. IX. fol. 424. Est in Armenia mons altior, quàm uspiam terrarum in orbe qui ARAT vulgariter appellatur; & in cacumine istius montis ARCA NOÆ post diluvium primo sedit.* Et licet propter abundantiam nivium, quæ semper in illo monte reperiuntur tam hyeme quam æstate, nemo eum ascendere valeat, *semper tamen in ejus cacumine apparet nigrum quoddam, quod ab hominibus dicitur esse ARCA.* Isti montes, apud *Cartuchos* seu *Carduenos* siti, alias *Coridæi*, item *Gordiæi* so-

len

ent appellari, ex quibus Tygris
nominatissimus in Oriente fluvi-
is promanat, nec procul abest *A-
raxis* fluvius. Quibus omnibus su-
um etiam calculum addunt *Bar-
tholdus Nihusius in Tr. Chorogr. p. 85.
Bartholom. Anglus l. XIV. c. 3.* Imò
& *Berosius* autor est, *partem Noachi-
ci navigii apud montem Coridæum
superfuisse, unde bitumen abradi sit
solitum, quo pro amuleto homines sint
usi.* scribente Matth. *Dressero Mil-
len. 11. p. 72.* & *Josepho l. 1. Antiq. Jud.
c. IV.* qui hanc in rem etiam *Hiero-
nymi Ægyptii*, qui antiquitates Phœ-
nicum descripsit, *Mnaseæ, Nicolai
Damasceni l. XCVI.* de Arca Noæ
testimonia adducit. Addatur A-
dami Olearii relatio in Itinerario
Persico.

§. 15. Atque ita quidem in *media
vivi & mortui mundi facie NAVIS
NOACHICA* servata, initium & u-
sum

sum navigandi præmonstrav
Sed præterea sunt, qui ex hoc mu
do posteriori in *anteriorem navi*
tionum originem transferre aude
Cum enim *Simon Majolus Epi*
pus Vultuariensis in Diebus Cani
Colloquio 23. p. m. 796. Danæus l.
Antiquit. primi mundi cap. 1.
Hor. 12. Henricus Salmuth. ad Pan
l. 11 Tit. 11. p. 556. scripserint, du
bus iis quos antea nominavi, p
Noachum demum ab homini
mare tentari incepisse: *Andr*
Senfftleben *insignis iste Uratislav*
terarum Promocondus in sua Ag
iis contrariatur, dum in *præfat*
ad Lect. b. Artem navigandi inq
solius Dei sapientissimi consilio &
lertissima Noachi manu natam &
tam fuisse, cujus opera solidissim
mnium & splendidissima illa n
tricamerata, quæ cum remis velis
destituta foret, planiciemque pro

tre seu carina haberet, Arca potius quàm navis appellari debuit, ex ligno ut quidam volunt levigatis dedolatis, quadratis, seu bituminatis, seu de ligno Gofer i. e. cedrino, seu ut alii iterū volunt, arundineo surgere cepit & crescere, ita tamen, *ut hoc posito, non negem PRIORIBUS MUNDI SECULIS ANTE NOACHI POSTEROS certa fuisse quædam MARINA VEHICULA, quæ itidem cœlestis sapientiæ digitis hominibus non minus, ac aliæ artes de quibꝰ Gen. IV. v. 22 videre est, demonstrata fuerint, quo nimirum & illi divinitus concesso imperio maris frui potuerint.* Quo fundamento etiam utitur *Johann. Loccenius JCtus Suecicus l. 1. c. 1. de Jure Maritimo & Nav. §. 2. p. 10.* Scilicet ex indulgentissima Dei gratia, quæ Dominium maris hominibus dederat, aliasque artes *Chalceuticas, Musicas,*

cas, Pastoritias, Ædificatorias, Piscatorias, Venatorias, &c. excolendas concesserat, etiam *artem transeundi maria & fluvios* concessam fuisse, est probabile, in Genesi tamen non expressum.

§.16. Sed nec istud tantummodo mihi asseri posse videtur, quin ulterius progrediendum esse, arbitror. Quomodo Adamus ex uno fluvio in alium descendere, *dominiumque suum, quod immediatè à Deo in omnes bestias, pisces & aves, imò & in terram & aquam acceperat usurpare potuisset, sine navium usu, non video*: Aut quomodo potuerit *terrarum situs & loca vel ipse occupare, vel filiis occupandos tradere*, si nullum vel *pontonum, vel navium, vel acatiorum*, vel saltem *cimbarum, aut vectoriorum, aut lemborum*, vel quocunq; denique alio nomine veniant, usum habuisset, itidem non animad-

verto. Sane per mare eum vadâsse, aut per fluvios, quos toties transire oportebat, natasse, quis crediderit? Istud tamen *omne sapientiorum judicio committo, & placidæ admonitioni, cui non tantum libens locũ dare & cedere, sed etiam pro eadem uti par est, gratias rependere semper sum paratissimus.*


§. 17. Τȣ̃το δὲ ὅλον συνελὼν dico. *Prima artis navigatoriæ,* perinde ut & *piscatoriæ initia ex Dominii Adamitici exercitio,* & postmodum ex *possidendarum terrarum, fluviorum & marium occupatione, quam Adamus pro se & suis filiis sine dubio usurpavit,* videntur dependere. Cui pro ista *humani generis infantia rates & cimbæ, pontones atque vectoria* sufficiebant. Uti enim in omnibus artibus & habitibus fieri amat, ut *principia sint rudia,* ex quibus deinceps effluxu temporum *habituales exsurgunt*

per-

perfectiones , *& in magnum* excrescunt robur: Ita etiam cum navigationibus comparatum erat. *Exigua principia, ut rudimenta verius navigiorum dixeris, quam navigia ipsa.* Istis autem deinceps tempore diluvii successit stupendum istud & salutare humanæ salutis monumentũ, *ARCA NOÆ*, quam Deus ipse dimensus erat, & in spacia atque concamerationes distribuerat, ut ex ea tanquam *EXEMPLARI aliarum ratium & navium condendarum rationem addiscerent* mortales. Istis tandem Hominum curiositas & μοχθηρία semper majora addidit, & inventis *remorum ordinibus, velorum & malorum directionibus*, ita ναυτηλίαν locupletavit, *ut nunc non naves & robora, sed classes, & quasi integros exercitus mercatorum & nautarum in maribus discurrere & præliari videas.* Ut

meo

meo quaſi jure quodam aſſerere poſſe videar, *nullã rem â tam exiguis principiis provectam in tantam vel perfectionem vel dignitatem* proceſſiſſe. Uti enim urbes & omnia in mundo, ita & artes ex infimo naſcuntur, & eundo quotidie vires ſumunt.



SECTIO II.

DE

NAVIGIORUM AUTORIBUS & VARIETATE.

Summaria.

§. 1. Ναυςολίας *Autores, Noachus & Noachi poſteri.*

§. 2. *Rates ab Erythra Oſri nepote inventæ, à Græcis Annibale, Romanis uſurpatæ.*

§. 3. Qua-

§. 3 Quadrans ratitus à signatura Ratis.

§. 4. Naves Ratiariæ & Ratianiæ.

§. 5. Μονόξυλον Erythræorum, Lusitanorum, Germanorū. Cava trabs Virgilii.

§. 6. Lenunculi. Lenuncularii præfecti. Lenunculariorum Collegium.

§. 7 Monocrotæ.

§. 8. Dicrotæ. Liburnicæ & Liburnæ.

§. 9. Triremes. Τριήρεις.

§. 10. Quadriremes Centuripina.

§. 11. Quinqueremis Nesichtonis. Dionysius Doridem Quinqueremi elegantissima transvexit.

§. 12. Hexeres.

§. 13. Hepteres.

§. 14. Octeres. Enneres, Deceres EnDeceres, Dodeceres, Triscædeceres Icoseres, Triaconteres. Earum autores.

§. 15. Onerariæ. Φορτηγοὶ, ὁλκάδες

Fru-

Frumentariæ. Carbonariæ &c. Majores etiam ventis aguntur.

§.16. *Portemiæ. Prosumiæ. Porthmiæ. Porthmides.*

§.17. *Gerariæ. Gestoriæ. Commentatores Rei Nauticæ.*

§.18. *Sylloge Navigiorum in Classe Salom adhibitarum nim. Phænices Tyriæ. Ægyptiæ. non rates. Sed pleræque remis actæ. Longæ. Onerariæ. Portemiæ. Gerariæ.*

Ἔκθεσις.

§.1. Cum itaque prima vel *rudimenta vel rudiora primordia navigationum* detexerim, operæ quoque pretium me facturum puto, si *per quos hæc ναυςολία profecerit & incrementa sumpserit, autores*, rudi, quod ajunt, penicillo delineavero. Nam absolutam aliquam *Ichnographiam*, ubi facula historica non prælucet, promittere non poterimus. Quod itaque prisci sive *Poëtæ sive Historici* suo

suo *Jano*, quod alii *Neptuno*, istud nos *Noacho & ejus posteris* attribuendum esse censemus, cum per hos humani generis propagatio & terrarum inhabitatio fuerit facta. Ab istis itaque *varia navium genera* excogitata esse, per quam est verosimile.

§. 2. *Ratium compactarum* mentionem facit *Hiram* in *Responsione ad Legationem Salamonis* data 2. *Paralip. II. v. 16.* Earum inventor communiter statuitur *Erythræus Rex* sive Ægyptiorum sive Insularum in mari rubro sitarum, prævio *Plinio l. VII. c. 56.* Hunc *Erythram aut Erythrum*, quem Poëtæ *Persei & Andromedæ*, quam ille saxo alligatam liberaverat & duxerat, filium faciunt, *aliquem fuisse ex nepotibus Noachicis, nimirum ex Idololatrico Misraim seu Osiri, seu Apin* dicto, vel ea de causa persuadeor ut credam,

quia

quia *Arrianus l. VIII. Rerum gestar. ab Alexandro* ait, eum imperasse *mari Erythræo & in illis regionibus sepultum nomen isti mari dedisse*. Hinc porro *usus ratium* obtinuit apud alios quoque populos. Sicuti *Diod. Siculus l. IV. Bibl. Hist. f. 171.* testatur ad *Græcanicas Insulas* olim σχεδίαις esse navigatum. *Plinius* quoque *l. III. c. 5.* dicit *Tyberim navigatum esse trabibus verius, quam ratibus*. Et *Polybius in tertio*, ubi de *Annibale* agit, quod cum Elephantos *Rhodanum* transportari curaret, ratibus sit usus, his utitur verbis: ἐγένετο δὲ ἡ διακομιδὴ τῶν θηρίων τοιαύτη τις. πήξαντες σχεδίας κατὰ δύο καὶ πλείους ἀραρότως τούτων δύο πρὸς ἀλλήλαις ζεύξαντες βιαίως ἤρεισαν ἀμφοτέρας εἰς τὴν γῆν κατὰ τὴν ἔμφασιν τοῦ ποταμοῦ, πλάτος ἐχούσας τὸ συναμφότερον ὡς πεντήκοντα πόδας. Ταύτης δὲ

δὲ συζευγνύντες ἄλλας ἐκ τῶν ἐκτὸς προσήρμοζον, προτείναντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ζεύγματος εἰς τὸν πόρον. καὶ τὰ λοιπά. i. e. *Istorum animalium trajiciendorum hujusmodi consilium fuit: Compluribus paratis ratibus duas invicem copulatas à terra in amnem porrigunt latus quinquaginta pedes. His alias duas à parte ripæ adjiciunt, quas, ne secunda aqua deferantur, compluribus retinaculis validis ad arbores parte ripæ superiori eminenter alligant. Post duas alias rates extremis illis leviter annectunt: à quibus extenderunt ligacula, quibus in ulteriorem ripam pertrahi possent &c.* Similiter circa *Eubœam & Locros* isto navium genere utebantur teste, *Siculo l. XIX.* Παρασκευασάμενος δὲ πλοῖα καὶ σχεδίας ἔκ τε τῆς εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος ἐπεραίωσε τὴν δύναμιν. *Comparatis navi-*

navigiis ratibusque ex Eubœa & Locride transmisit exercitum. Sic *Thucyd. in VI.* ait. Siculos ex Italia trajecisse in Siciliam, ut fertur, ratibus usos. Tale enim genus *navigii erat,* quasi tumultuarii, quod facili negotio in militia consuebatur: uti inter alios *Florus* edocet *lib. III. c. 20* agens de Spartaco ejusque bello Servili. Ibi *circa Brutium* angulum *occlusi, cum fugam in Siciliam pararent, neque navigia suppeterent, ratesque ex cratibus* & dolia connexa virgultis in rapidissimo freto frustra experirentur, eruptione facta dignam viris obiere mortem & *l. IV. c. 25. de Bello Cæs. & Pompei,* idem refert: *Missæ quoque à Basilio in auxilium ejus RATES quales inopia navium fecerat, nova Pompejanorum arte Cilicum, jactis sub mare funibus, captæ quasi per indaginem. Cicero* quoque *IX. ad Att.* Affertur circum-

valla-

vallatum esse Pompejum, *ratibus etiam portus exitus teneri.* Quod ipsum convenit cum eo quod perscriptum est à *Cæsare l. d. B. Civili.* Quorum operum hæc erat ratio: qua fauces erant angustissimę portus, molem atque aggerem ab utraque parte littoris jaciebat, quia his locis mare erat vadosum; longius progressus, cum agger altiori aqua contineri non posset, *RATES duplices quoquo versũ pedum triginta è regione molis collocabat, quas quaternis anchoris ex quatuor angulis distinebat, ne fluctibus moverentur.*

§.3. Et longe ante etiam Romanis in usu fuisse Rates *ex Varrone l. IV. de L.L.* colligere est, quando inquit: *Antequam Roma ædificiis augesceret, mons Aventinus paludibus à reliquis montibus, & ita urbis etiam partibus reliquis disclusus erat. Itaq; eò, qui ex urbe advehebantur RATIBUS,*

BUS, quadrantem solvebunt. Et paulo post: *Hinc vectura, quas hi solvebant, qui ratibus transibant, quadrans; ab eo Lucilius scripsit QUADRANTIS RATITI.* Secundum Varronem itaq; *quadrans Ratitus* erat, qui mercedis loco pro vecturâ solvebatur. At aliam istius *quadrantis Ratiti* rationem subministrat *Sext. Pomp. Festus l. XVI. de Verb. Veter. significat. f. m. 1274. Ratitum quadrantem* dictum putant, *quod in eo & triente RATIS fuerit effigies,* ut navis in asse. Quod etiam cõfirmat *Plinio l. XXXIII. H. N c.3.* his verbis: *nota æris fuit Q. Fabio Cos. ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis. In triente verò & quadrante rates.* Quapropter secundum has quidem *ratitus quadrans dicitur à signatura*, estque *ratitus* idem quod *rate notatus*, & *insignitus, seu ratem habens*, ut ait e-

minentissimus Criticus *Adr. Turnebus l. XX. Adversar. C. 30. f. m. 708.*

§. 4. Hinc quoque ortum traxerunt *NAVES RATIARIÆ* ad Ratium similitudinem factæ, uti *Isidorus l. XIX. de Orig. c. 1.* inquit: *Rates primum & antiquissimum genus navigii, è rudibus lignis, asseribusque consertum, ad cujus similitudinem fabricatæ naves, RATIARIÆ* dictæ. *Nam & rates abusivè naves.* Nam propriè rates sunt connexæ invicem trabes. Has etiam *A. Gellius l. X c. 25.* recenset inter varias navium appellationes, quæ sunt: *Gauli, Corbitæ, Caudicæ, Longæ, Hippagines, Cercuri, Celotes, vel ut Græci dicunt Ceretes, Lembi, Orcæ, Lenunculi, Actuariæ, quas Græci ἱςόποδας vocant, vel Epicaridas, Prosumiæ, vel Gesceoretæ, vel Orcœ, Stlatæ, Scaphæ, Pontones, Vœtitiæ, Mœdiæ, Phaseli, Parones, Myoparones, Lintres, Caupuli,*

puli, *Camaræ, Placidæ, Cydarum, Ratariæ, Catascopium.* Scaliger ad supra dictum *Festi* locum existimat easdem esse *Ratiarias Festi* cum *Ratianiis Servii Danielis navibus*, de quibus is ita loquitur: *Rates, ubi plures mali vel trabes sunt juncti, a quà ducuntur: Hinc naviculæ cum remis Ratianiæ dicuntur. Ratariarum* autem inventores creduntur *Tarentini* ap. Nic. *Perottum in Mart. Epigr.* Sextum f. 575.

§. 5. *Ratibus* autem & *Ratariis* longe simplicius navigiorum genus fuit, quod μονόξυλον vocarunt *ex uno scil. ligno cavato factum*, cujus usus & apud *Erythræos & Lusitanos*, & apud *Germanos* priscos fuit; *De Erythræis* testatur *Arrianus in Periplo maris Erythræi*: ἐστὶν δὲ ἐν αὐτῇ πλοιάρια ῥαπτὰ καὶ μονόξυλα. *In eadem (insula) naviculæ sunt plicatiles & monoxylæ.* Quas *Stutkius* in Scholiis

ſic exponit, quod ſint naves, *ex u* *arbore confectæ*, quæ hodie *Almac* appellentur, teſte *Odoardo Barbo* *in deſcriptione Angos, urbis Æthio* *ca. De Luſitanis* extat locus in *Str* *bonis Geog. Lib. III. f. 147.* νυνὶ δὲ καὶ μονόξυλα: *Nunc autem et* *Lintres ex uno ligno cavatos habe* De *Germanis ait Plinius Lib. XV* *C. 40. Germaniæ prædones ſingulis* *boribus cavatis navigant, quar* *quædam & triginta homines feru* Nec dubitare de *Romanis* me ſi locus Virgilianus in II. Georg.

Tunc alnos primum fluvii ſenſ *cavatas.*

Quemadmodum & ipſe in III. neid. *cavæ Trabis* mentionem fa Quo de & ipſe *F. Vegetius l. III* *Re Militari c. 7.* agit: *Commod* *repertum eſt, ut monoxylos h. e. pa* *latiores ſcaphulas ex ſingulis trab* *excavatis pro genere ligni & ſub*

tate levissima, carpentis secum portet exercitus, tabulatis pariter ac clavis ferreis præparatis. Confer. etiam *Jul. Pollux l. 1. c. 9. Onom. Lat. & Bayfius de Re Nav p. 104.*

§. 6. Quod genus navigiorum non nisi usu distare à *Lenunculo* crediderim, cujus *Gellius* quoque supra meminerat & *J. Cæsar. l. II. de B. Civili* quando inquit: *Pauci Lenunculi ad officium imperiumque conveniebant.* In quem Cæs. *Locum Fr. Hottomannus* inquit: *Lenunculos Grammatici etiam Lembunculos appellant, & eosdem esse dicunt, qui & Lembi appellantur, hoc est, naviculas piscatorias.* Quod *Hottomannus* ex *Ammiano Marcellino* de prompsisse videtur, quando l. XIV. ita: *Sole orto magnitudine angusti gurgitis & profundi à transitu arcebantur: & dum piscatorios quærunt Lenunculos vel innare temere contextis ratibus.*

Sed istud non videntur diversæ istæ Navium appellationes â Gellio §. 2. citatæ admittere, quæ *Lembos* à *Lenunculis* distinguunt: & ex isto Cæsaris loco tale quid conficit *Bayfius de R. N. p. 86.* Quo certæ loco Cæsar *Lenunculos* posuisse videtur non pro navi piscatoria, sed pro scaphis navium, *M. enim Ruffus Quæstor relictus à Curione, magistris navium imperarat, ut primo vespere omnes scaphas ad littus appulsas haberent.* Quo circâ tutius *Lenunculus* â Græco ληνῷ quam â Lembo derivatur. ληνὸς autem non tantum *torcular seu prælum*, sed etiam *concavum istum in curru locum* significat, in quo ab aurigis *scuticæ reponebantur*, qui & alias γρώνη dicitur, *teste Ælio Dionysio.* Hinc *Lenuncularii* quoque talis *navigii præfecti* sunt dicti, quorum *integrum erat Collegium*, uti

ex

ex *Antiqua Inscriptione Andreas* Senfftleben citat in sua Ἀργοῖ

MU. ACILIO. GLABRIONE. M VALERIO HOMULO COS. ORDO CORPORATORUM LENUNCULARIORUM TABULARIORUM AUXILIARES OSTIENSES.

item Romæ:

DECURIONI LAURENTIUM VICI AUG. EJUS PATRONO CORPORIS LENUNCULARIORUM AUXILIARIORUM OSTIENSIUM.

§. 7. Deinde huc pertinent Navigia, quotquot *ab ordinibus remorum* cognominantur; quorum una post alia Jnventores alios habuerunt. Nam *Monocrotæ*, quæ unico tantum remorum ordine aguntur *Elischæ. Javanis filio* tribuendæ, â quo Ἕλληνες *in Græcia* & *Aeoles in Asia* sati, ideoq; *earum* etiã usus *ap. Græ-*

cos mansit. Quemadmodum *Xe*-
phon in II. Lib. inquit, quod *sig*-
dato concurrerint milites ad auxi-
um navibus ferendum. Quum aut-
socii navales in diversas partes ad
quisque negotia discessissent αἱ μὲν
νεῶν δίκροτοι ἦσαν, αἱ δὲ μονόκροτ
αἱ δὲ παντελῶς κεναὶ, quod *tunc n*-
nullæ duobus tantum remigibus fu-
rint actæ, aliæ vero unico tantum
dine, aliæ autem prorsus vacuæ fu-
rint. Ex quibus patescit, quod *X*-
nophon dicrotas & monocrotas di-
xit eas naves, quæ cum triremes
sent, tamen propter absentiam
morum & sociorum navalium, *d*-
bus tantum vel unico per transtra
mige fuerint incitatæ, cum tam
potuissent ternis agi, si saltem copia
migum fuisset. In paulo alio & f-
fan aptiori sensu *monocrotos* ac-
pit *Strabo*, quas ab uno remor-
impulsu describit. Verba ita
be-

bent: καὶ νεώρια, ἐν οἷς ἀνέθηκε Καῖσαρ τὴν δεκανέαν ἀκροθύνιον ἀπὸ μονοκρότου μέχρι δεκήρους. *Sunt & navigia, in quibus Cæsar undeviginti naves decimarum nomine dedicavit ab uno remorum ordine usque ad deciremes.*

§. 8. Succedunt *dicrotæ seu biremes*, quæ duplici remo agitantur, quas inter sunt *Liburnicæ*, quæ & *Liburni* & *Liburnæ* appellantur, *expeditæ* nimirum *& celeres biremes*, quas *Erythræi* dicuntur reperisse, teste *Damaste, seu Demasthene, apud Plin. l. VII. C. 56.* Polluci & Suidæ etiam Διήρες πλοῖον appellatur, sed illud *Baysio* non probatur, quia: *Polibius in VI. libro Hist. cum dicere potuisset* διήρεις *uti dixerat* τριήρεις malueritt dicere δίκροτα quam διήρεις. Ejusmodi autem Dicrotis vehebantur non tantum *Erythræi & Ægyptii*

pti, tamquam inventores, sed etiam *Asiatici Insulares, Græci & Romani*. De *Rhodiis* scribit *Appianus Alexandrinus* in *Mithridatico* his verbis: ὁλκάδ☉ δὲ βασιλικῆς ἱςίοις παραπλεούσης ῥόδια δίκροτ☉ ἐπ' αὐτὴν ἀνέχθη. *Cum autem Regis oneraria navis velis præteriret, biremis Rhodia in eum impetum fecit. Dicrota Mitylenæorum* attingit *Cicero l. V Epist. ad Att. Ep. XI.* Ἄφρακτα *Rhodiorum & Dicrota Mitylenæorum habebam.* (Ἄφρακτα erant naves non tectæ, nec ad propugnandum munitæ.) In *Romanâ militiâ* Brutus quoque adhibuit, apud *Ciceronem l. XVI Ep. 4. Paratiorem offendo Brutum*, quam audiebam. *Nam & ipse Domitius bona planè habet Dicrota. Suntque navigia præterea luculenta Sestii &c.* Similiter apud *Appianum* alius pro-

stat

ſtat locus: καὶ νῆες κατάφρακτοι τριακόσιοι, δίκροτα δὲ ἑκατὸν καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ τούτων. i. e. *trecentum constratæ naves, centum Dicrota;* & *reliquus apparatus earum*. Cæteroquin *Cæſar* non tantum *l. III. de B. C.* ſed etiam *Livius Decad. III. l. IV.* aliique BIREMIUM uſum *Romanis* vindicant. Imprimis notum eſt, quod *Suetonius in J. Cæſ.* ait. *Navali prælio in modum cochleæ defoſſo lacu biremes ac triremes quadriremesque Tyrias, Ægyptiasque magno pugnatorum metu conflixiſſe.* Iidem igitur *Romani Biremes Leves* LIBURNICAS appellârunt, uti egregiè *Appianus in Illyrico*, ἐγένοντο, inquit λιβυρνοὶ γένος ἕτερον ἰλλυριῶν οἱ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις, ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα Δίκροτα λιβυρνίδας προσαγορεύουσιν. i. e. *Fuerunt Liburni*

ni alterum Illyriorum genus, qui Ionium mare, & quæ in eo sunt, Insulas prædabantur celeribus & levibus navigiis; unde etiam nunc leves & celeres biremes Romanis Liburnicæ appellantur. Varïas ξυλογραφίας Biremium & Liburnicarum videsis apud *Laz. Baysium Annot. ad Leg. II. de Capt. & postlimio Reversis à p. 170. seqq.*

§. 9. Triremes, quæ ternos remorum ordines habent, *Corinthiacæ* originis sunt. Nam quod *Thucydides* l. 1 habet, καὶ τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ἐναυπηγηθῆναι, Triremes primum apud Corinthum in Græcia ædificatas esse. Ex eodemque *Plinius l. VII. c. 56.* ipsius Naupegi nomen annotavit, dixitque *Aminoclem* Exinde non tantum *Græcis*, *sed etiam Persis & Romanis* in usu fuerunt. *Demosthenes* certè in *prima contra Philippum:*

Ταχεί

ταχείας τριήρεις δέκα, δεῖ δ' ἔχοντος ἐκείνου ναυτικὸν δὲ ταχειῶν τριηρῶν ἡμῖν, ὅπερ ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ. *Decem celeres triremes comparabimus. Nam cum ipse habeat classem, celeres triremes nobis esse oportet, quò exercitus noster tutò navigare poßit.* De *Persis*, & imprimis de *expeditione Xerxis in Græciam Herodotus in Polymn.* τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι. i. e. *Erant autem mille ducentæ septem numero triremes.* Tantum numerum etiam *Cornelius Nepos*, resecto septenario, habet in *Themistocle.* Nec longè *Cicero* ab eódem recedit *Actione III. in verrem*, Quando, *ut ne Persæ quidem*, inquit, *quum bellum toti Græciæ Diis hominibusq; indixissent, & mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut vio-*

lare aut attingere Concinit *Plutarchus in Themistocle*: ξέρξῃ δὲ καὶ γὰρ οἶδα χιλιὰς μὲν ἦν νεῶν τὸ πλῆθος. Xerxi autem (probe enim novi) milie numero naves erant. *Romanorum* etiam classibus *Triremes* inservisse dubium nullum est. *Virgilius* namque agnoscit navem, à qua *terno consurgunt ordine remi*. Iisdem *Cæsar* non tantum in *Bello Alexandrino*, sed & alii Imperatores in Corinthiaco, Massiliensi &c. sunt usi, teste *Pansa in B. Alex. & Floro in Ep. Hist. R.* Nunquid autem Veterum *Triremium* ea fuerit facies, quam ex marmore *Bayfius de Re Nav. p. 30.* expressit, meritò dubitatur, imprimis, cum subinde mutatis temporibus & moribus militum, triremes quoq; sint immutatæ, ut inter alia ex *Blondi Flavii l. VI Romæ Triumph. f. m. 145.* licet conjicere: *Ex iis navibus, quæ aguntur remis, majores omnium*

mnium ætatis nostræ licet triremes dictæ sint, duos tantummodo ordines remorum singulis in lateribus habent, quas à Liburnis originem habuisse crediderim, vel eò maximè, quia in Liburnis & propinquo Venetiarum loco triremes omnium ætatis nostræ imprimis agiles & idoneæ fabricari dicuntur. Mutata itaq; navigia: mutata sunt vocabula, & quid? mutata sunt classium loca (loquitur autem de *Ravenna* & *Miseno*.)

§. 10. QUADRIREMES quatuor ordinum sunt, quarum inventionem *Aristoteles Carthaginensibus* tribuit apud *Plin. l. VII. c. 56.* Hinc etiam *Livius l. IV. de Bello Punico* earum meminit: Præmissa, inquit, *Quadriremis* cum intrasset fauces portus, capitur. *Cicero quoq; VIIma* in Verrem: *Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripinà malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperavit.*

& simul ut se cæteri sequerentu *signum dari jussit.* Hæc *Centu* *pina* navis erat incredibili ce ritate velis. Nam scire isto Pr tore nemo poterat, quid quæq navis remis facere posset. Erat nim sola illa navis constrata, & magna, ut propugnaculo cæte esse posset; quæ si in prædonum gâ versaretur, urbis instar hab inter illos piraticos myoparon videbatur. Sed easdem *Quadri mes* etiam *Græci* adhibuerunt, ut Regibus Asiæ, Græciæ & Ægy agens *Diod. Siculus l. XIX Biblio* inquit: Τέτων ἦσαν τετρήρεις ἐννενήκοντα, πεντήρεις δὲ δέκ ἐννήρεις δὲ τρεῖς, δεκήρεις δέκα, ἄφρακτοι δὲ τετλάκοντ hoc est: *Harum quidem erant qu driremes nonaginta, quinquerem decem, enneres tres, deciremes decen*

aper

apertæ autem triginta. Sic *Polybius l.* 1. *Hist. Quadriremis* alicujus noctu excurrentis, & in aggerem seu brevia residentis meminit, quæ in hostium venerit potestatem, cum esset διαφέρουσα τῇ κατασκευῇ τῆς ναυπηγίας, *cum esset instructissime ædificata & præ aliis præcellens.* Imprimis *Corinthiorum Triremes & quadriremes ab agilitate commendantur apud* Livium Lib. *VII. dec. IV. f.*125.

§. II. QUINQUEREMES instituit *Nesichthon Salaminius* teste *Plinio l. VII. c.* 56. quæ Græcis πεντήρεις appellantur, quæ fuerunt *Atheniensium*, teste *Herodoto* in Erato: καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖσι Αθηναίοισι πεντήρεις ἐπὶ σηνίῃ. *Rhodiorum* teste *Appiano,* in Mithridatico: πεντήρεις δὲ σφῶν εἰλημμένης ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀγνοοῦντες οἱ Ρόδιοι ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἐξ ἴσου μάλιστα.

μάλιςα ταχυναυτέσαις ἀνέπλεον, Cum autem ipsorum Quinqueremis ab hostibus capta esset, ejus ignari Rhodii ad conquirendum eam sex maximè celeribus navib9 regressi sunt.. *Alexandrinorum*, *teste Hirtio in B. Alexandr.* p.m. 582. Capitur hoc prælio quinqueremis una & biremis &c. *Siculorum*. Nam admodum notabile est, quod *Diod. Siculus l. XIV. Bibl. Hist. de Dionysio*, Siculorum tyranno refert, quod is in Sicilia ἤρξατο ναυπηγεῖσθαι τὸ πρῶτον ταύτην τὴν κατασκευὴν τῶν νεῶν ἐπινοήσας. Ακέων γὰρ ὁ Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ ναυπηγηθῆναι τριήρη πρῶτον, ἔσπευδε κατὰ τὴν ἀποικισθεῖσαν ὑπὸ ἐκείνων πόλιν αὐξῆσαι τὸ μέγεθος τῆς τῶν νεῶν κατασκευῆς cœperit Triremes & quinqueremes cum scaphis ædificare, primusque ejusmodi structuram commentus.

Cum

Cum enim audivisset CORINTHI triremen fuisse exstructam, in deducta illinc urbe structuram navium amplificandam esse censuit. Hinc etiam non ita longe post elegantissimam Quinqueremem πρώτην νεναυπηγημένην ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς κατασκευάσμασι κεκοσμημένην *recentis artificij opus, argenteis aureisq́ue instructam ornamentis, Locros misit,* eademque *DORIDEM Locrensis* Civis filiam sibi desponsatam Syracusas transvexit, ut idem ibidem tradit *fol. m. 271.*

Romanorum. Nam eo tempore, quo primum P. R. statuit è Rep. esse, cum *Carthagin.* de Siciliæ atque adeo maris interni imperio navalibus copiis dimicare, *Centum & viginti navium classem ædificare jussit, in qua centum fuere Quinqueremes & viginti Triremes.* Nam antea quidem eo ipso tempore, quo *Messanam* copias

pias traducere cœperunt, οὐχ
inquit Polybius, κατάφρακτος
τοῖς ὑπῆρχε ναῦς, ἀλλ' οὐδὲ κα
μακρὸν πλοῖον, οὐδὲ λέμβος, οὐδ
i. e. *non solum nullam navem te*
constratamve habebant, sed nec p
sus ulla longa navis aut lembus
illis erat. Quare â *Tarentinis* &
crensibus, ab Eleatis & Neapolit
Triremes & πεντηκοντόρους *quinq*
gintaremorum attuariis commo
to acceperunt, quibus mil
transvexerunt. Quo quidem t
pore cũ forte Carthaginenses
ca fretum in Romanos irruer
& navis quædã constrata, prop
promptitudinem, reliquas om
præcurreret, casu impacta, im
ditaque in Romanorum manus
venit. Ταύτῃ παραδείγματι χρώ
νοι τότε πρὸς ταύτην ἐποιοῦντο τ
παντὸς στόλου ναυπηγίαν. Ea ita
ex

exemplari usi, ad illius similitudinē classem suā universam ædificarunt. *Magnam autem Quinqueremium molem Cicero* tangit *1. de Orator. Ipse existimo,* inquit, *quadraginta fuisse sedilia in tabulato alterius lateris quinqueremis, quæ quadringentis remigibus agebatur.* Ergò admodum spatiosam oportet fuisse navem, quæ tot sedilia, tot remiges capere poterat.

§.12. HEXERES sex ordinum naves, *Xenagoras Syracusius* invenit teste *Plinio l. VII c. 56.* quasque Navarchæ potissimū elegerunt in *Prætorias.* Nam ex *Polybio* constat, quod *M. Attilius & L. Manlius* quisque unâ *hexere* sint usi. Ita enim Polybius habet: τὰς μὲν οὖν ἑξήρεις δύο οὔσας ἐφ᾽ ὧν ἔπλεον οἱ στρατηγοὶ μάρκος Ἀτίλιος καὶ λεύκιος Μάλλιος πρώτας ἐν μετώπῳ παραλλήλους

λήλους ἔταξαν. i.e. *duas igitur Hexeres, quibus M. Attilius & L. Manlius duces vehebantur, primas in fronte æqualiter ab invicem distantes constituerunt*: Similiter *Lucanus Bruti prætoriam* navem describit his versibus:

Celsior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberib9 SENIS agitur, molemq́; profundo
Invehit, & summis longè petit æquora remis.

Hinc etiam *Livius l. IX. Dec.* III. *Scipionis* vectoriam *Hexerem* facit: *Scipio*, inquit, *post paucos dies Locros HEXERI advectus &c.* & *Appianus* Alexandr. cedentem *Pompejum in Ænaria* cum multis navibus ἑξήρους λαμπρᾶς ἐπιβεβηκότα vectum esse ait l. IV. de B. Civ.

§. 13.

§. 13. HEPTERES septem ordinum remis actæ non minus celebrantur. Quo de solus *Livius* posset testari. Nam is in *l. VII. Dec. IV. de Antiocho cum Rhodiis* conflicturo ait: *Regiam classem* VII. & *XXX. majoris formæ navium fuisse, in quib9 tres HEPTERES, & quatuor HEXERES habebantur, præterque eas decem Triremes.* Et paulo post de *pugna Navali cum Annibale, Antiochenæ classis procuratore* ingressa, inquit: *Maximè terruit HEPTERIS regia à multo minori Rhodia nave uno ictu demersa.* Et mox de prælio Navali ad *Myonesum* commisso infit: *Ab Romanis* LXXX. *naves pugnabant, ex quibus* Rhodiæ duæ & XX. *erant. Hostium classis undenonaginta navium fuit, & maximæ formæ naves tres Hexeres habebant, duas HEPTERES. Robore navium & virtute militum Romani longe Rhodios*

præ-

præstabant. Rhodiæ naves agilitat & arte gubernatorum*& scientia re migum.*

§. 14. *Octeres*, ὀκτήρεις *Athe næus* ἐννήρεις *Diod. Siculus*, Δεκήρει *Polybius* ad pugnam navalem ad Chium inter *Philippum* Maced. Regem & *Attalum* Rom. factam com memorat, ἑνδεκήρεις Δωδεκήρεις τρισκαιδεκήρεις, εἰκοσήρεις & τεσσα κοντήρεις vicissim *Athenæus* l. v longa serie allegat, ubi *Philadel phum Regem* â divitiis & apparatu marino commendaturus, inquit eum copia navium, & numero o mnes alios superasse. τὰ γὰρ μέγιστ ἦν τῶν πλοίων παρ' αὐτῷ τεσσαρακοντή ρεις δύο, εἰκοσήρης μία, τέσσαρες δ τρισκαιδεκήρεις δωδεκήρεις δύο, ἑν δεκήρεις δεκατέσσαρες ἐννήρεις τριάκοντα, ἑπτήρεις τριάκοντα ἑπτὰ ἑξήρεις πέντε, πεντήρεις ἑπτὰ κα

δεκ

δίκα &c. *Navigia, quæ apud se habebat, maxima hæc erant. Duæ triginta ordinum: Una viginti ordinum: quatuor ordinum tredecim: duæ duodecim ordinum: quatuordecim undecim ordinum: triginta novem ordinũ: triginta septem Hepteres, quinque hexeres, septendecim quinqueremes, &c. Autores primos* talium Navium recenset *Plinius* c. l. Ad *Decemremem Mnesigeton processit, Alexand. M.* ferunt *instituisse ad XII. ordines. Philostephanus Ptolomæum Soterem ad Quindecim, Demetrium Antigoni ad XXX.* Ptolomæum *Philadelphum ad XL. Ptol. Philopatorem, qui Triphon cognominatus est, ad Quinquaginta.* Quod *Philostephanus*, & cum eo J. *Pollux, Ptolomæo Soteri* assignant, id Plutarchus *Ptol. Philopat.* in Demetrii vita adscribit: ἐδεὶς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων ὅτι πεντεκαιδεκήρη ναῦν

 πρότε

πρότερον, οὔτε ἑκκαιδεκήρη. ἀλλ' ὕστερον τετταρακοντήρη Πτολομαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐναυπηγήσατο. *Antea neque quindecim neque sedecim ordinum navem quisquam hominum noverat: Postea tamen Quadraginta ordinum ædificare curavit Ptolom. Philopator.*

§. 15. Atque ista quidem varia navium genera erant, quæ remigibus agebantur. Cum istis autem omnino conjungendæ sunt ONERARIÆ, â ferendo onere, cui idoneæ erant, Græcis φορτηγοὶ dictæ, quas *Hyppius Tyrius* invenit, teste *Plinio* c. l. Quas non solum *Tyrij* sed etiam *Romani*, & omnes aliæ nationes [in suis navigationibus postmodum adhibuerunt. De *Romanis* testatur *Livius Decad. III. L. VII. Naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat, partim machinationibus*

nibus onerat, apparatuque mœnium oppugnandorum, partim *tormentis & saxis, omnique telorum missilium genere instruit.* *Cicero* quoque *Act. IV. in Verrem*: & *Polyb. l.* 1. De *Græcis Thucydides* in VI. ubi de fugâ Alcibiadis agit, aliiq; passim. Has ipsas *Thucydides & Siculꝰ* ὁλκάδας appellant, quod nominis hodienum in Flandria retinent, *des Holkes*; *Julius Cæsar graves*, *Pollux* βαρείας, *Suidas* ἐπακτρα & ἐπακτρίδες, nostrates *mercatorias*. *Venantius Honorius l. 2. de Vita S. Martini* (citante Senfftleben p. 73.) vocat *Emticam* his propemodum verbis:

Martinum mea prora vehat, sancta emtica nautæ
Dulcis apex; spes fida ratis, leve pondus amantis.

Cum autem varia sint onera, quæ navibus transportanda, eorum re-

spectu etiam variæ sunt *Onerariarum* species. Nàm *Ulpianus Vinarias* dixit, Cæsar *frumentarias*, seu Σιτηγὰς ad frumentum vehendum aptas, & *Bayfius* testatur, quod Venetiis viderit *Aquarias*, quibus aqua portetur, ut vendatur cisternas non habentibus, quas *Burchi de Aqua* vocent. Item quod viderit *lignarias, arenarias, lutarias, farinarias, quas Burchi da Legno, da Sabion, da fango, da farina* appellitant; nominat quoque *Carbonarias*, item *paleares*, quibus vehebatur vendebaturque palea, quas cum *Cicero l. de finib.* citaret, ita fatur: Vt enim gubernator æque peccat, si palearum navem & si auri &c. Istud saltem disceptari solet, an *veterum onerariæ velis, an remis sint actæ? Laz. Bayfius de Re Nav. p. 81.* ex *Livio* vult elicere, *onerarias non esse remis agi solitas.* Sed *Hieron. Magius l. 1. Miscell.*

scell. c. 6. ex *Homeri Odyß.9.* contrarium evincere ſtudet, Onerarias ſcilicet *maximas* etiam nulla niſi *ventorum vi* impelli potuiſſe, *remis* agi non poſſe; *minores verò & remis & velis*, prout navigandi urſiſſet neceſſitas, maria ſulcaſſe. Iſtaque diſtinctione inter *majores & minores onerarias* omne dubium videtur eſſe ſublatum.

§. 16. Ad harum cenſum etiam *PORTEMIÆ* ſpectant, à *portando* denominatæ, apud *Pannones* uſitatæ, teſte *Iſidoro l. XIX. c. 1.* Quas *Thucydides & Pollux* Φορτικὰς ſeu *Portatorias*, Feſtus verò & Plautus *PROSUMIAS* appellant. Ita enim *Plautus in Amphitruone:*

Ad portum ſum profectus Portemia.

Antiquit' autē *Portumia & Proſumia* pro *Proſumia* ſeu *Portemia* dicebantur. Quanquā ſciam quoq; aliquos

Prosumiam à prosumendo i. e. antesumendo derivare, eò quod *Festus* dicat: *Prosumiam esse genus navigij speculatorium parvum.* *Chaleagnino etiam Porthmia & Porthmides* vocantur, quod in perpetua statione ad viatores transvehendos iis excubarent.

§.17. Nec incongruè hic ponuntur *GERARIÆ & GESTORIÆ* quarum etiam memoria apud *Plautum in Milite Glorios. Act. III, sc. 1.*

Jampridem quia nihil abstulerit, succenset geraria.

Quanquam non ignorem, *Turnebum* hic per *GERARIAM puerulorum Gerulam* intelligere, & *Taubmannus malit Cerariam*, mulierem scil. quæ *Cereos ad solennitates sacrificiorum ritè peragendas soleat porrigere.* Sed de his & similibus pluribus veterum & recentiorum Navi-

um

um generibus conferri possunt Rei Navalis Commentatores *Laz. Baysius Annot. in Leg. II. de Capt. & postl. reversis*; *Cælius Chalcagninus ad Lælium Gregorium Gyraldum*, & hic rursus in eadem materiâ nautica ad HERCVLEM II. Estiensem Ferrar. Principem; *VVolfg. Lazium in Comment. Reip. Rom. l. VI. c. ult.* & in succinctâ aliquâ epitome totam Sylvam Veterum Navium ex probatissimis quibusque autoribus complexus *Clarissimus Dn. Andreas* Senfftleben/ *in Ἀργοῖ ad Nicolaum Henelium JCtum, & Uratislav. Syndicum*, cujus profectò fidelissimam operam & studium in veterum machinas nauticas inquirendi dexterrimum non possum non debitis efferre laudibus & honoribus.

§.18. Vt autem â tam prolixis *Navigiorum & nauticarum expeditionum* commentationibus in stri-

ctiorem campum deſcendamus, & propius ad *Noſtram SALOMONIS Navigationem* deveniamus, definienda heîc erant Navigiorum Salomonæorum genera. Sed qualia & quanta illa fuerint, nihil certi vel ex Scriptura, vel profana hiſtoria habemus. Interim tamen, quia hæc *claſſis Rectores Phœnices, & Tyrios atque Judæos habuit, & quia in littore Arabico exſtructa, & in confinio Ægypti ad mare rubrum ædificata fuit,* veroſimile mihi jam olim fuit viſum in diſp. publica Witteb. habita de Nav. Salom. §. 4. & etiamnum videtur, *NAVES PLERASQVE fuiſſe TYRIAS h.e. ad modum earum Navium, quibus tunc temporis Tyrii & Sidonii, aliiq; maris Cyprii & Syriaci accolæ utebantur, exſtructas, quibus fortaſſe etiam aliæ nonnullæ ad modum Ægyptiacarum atque Arabicarum exſtructa intermiſtæ & aſſociatæ erant,*

erant, tales, scil. quales tunc temporis in Mari Rubro & Sinu Persico fretabant, quarum quælibet *certis signis & mappis* insignitæ, & discretæ erant. An etiam *rates compactæ vicem Navigiorum* suppleverint, (quarũ copiam ibidem Erythram fecisse superius ex Plinio §. 2. diximus) incertum & fortasse etiam improbabile est; Quia *rates* tam longinquæ expeditioni non conveniebant. Istud tamen evidentiori aliqua probabilitate mihi astruere posse videor, quod Naves Salomonææ si non omnes pleræq; tamen *remis acta* fuerint, non tantum ideo, quia, ut § 7. dicebamus *istiusmodi navium impulsio per remos erat* usitatissima, sed etiam diu post ea tempora duravit. Nam & ex *Propheta Jona* cognoscimus, ejus adhuc tempore *Remigationem* obtinuisse, siquidem *Cap. I. 13.* nautas

tempestate compulsos remiga
narret. Imo nihil prohibet, hic
tiam *longas naves* ponere. Quo
am *Diod. Siculus* l.1. Bibl. Hist. p.
52. testatur, quod *SESOSTRIS R*
Ægypti primus iis sit in Ægypto us
Quam Veritatem non tollit *Egesi*
quando *Parhalum*, aut *Ctesias, qua*
do Samyram, aut *Saphanus*, quan
Semiramidem, aut *Archimachi*
quando *Ægaeonem* autores *Long*
rum Navium faciunt : Vti neq
nos eandem sublatam volum
quando §.6. earum inventione
JASONI tribuimus. Ista eni
sunt pro *diversis regionibus & lo*
accipienda, in quibus primum a
structæ, aut adhibitæ sunt. Po
quam enim semel in mari Med
terraneo, cœperunt currere,
mnis earum vis & robur *ad Græc*
pariter & Romanos defluxit, uti
pud *VVolfg. Lazium Comm.* de Re
Ro

Rom.l.VII.c.8. & Livium passim videre est. Similiter quoque ONERARIAS, PORTEMIAS, GERARIAS, VECTORIAS, & GESTORIAS Naves in *Apparatu Navigii Salomonaei* fuisse credimus, utpote quibus in tam caris & variis mercibus apportandis, animalibus & metallis advehendis carere neutiquam poterant.

¿**********¿***

SECTIO III.
DE
MATERIA NAVIGIORUM ET RELIQUO APPARATU SALOMONIS NAUTICO.

Summaria.

§.1. Materia Navigiorum.
§.2. Arundo seu calamus Indicus.

§.3. Papyrum Nili.

§.4. Locus Esaiæ c. XVIII.2. illustratus. Vasa Gome. Arca Mosis juncea.

§.5. ἐπιστολαὶ βίβλιναι. *Naves Tabellariæ.* גֹּמֶא *non est* גֹּפֶר

§.6. Gofer materia arcæ Noachicæ. ligna τετράγωνα. *bituminata, lævigata; cedrina, cupressina, pinea.*

§.7. Suber seu Scirpus, ἄνευ φελλοῦ.

§.8. Suber leve & ἀβάπτιστον. φελλόποδες.

§.9. Vimina. ῥίπες. *Canistra nautica, Pacton.*

§.10. Navis Virg. Sutilis. ῥαπτά.

§.11. Naves ex Corio.

§.12. Ex Vitris & Testudinibus.

§.13. Salomonis navigia erant Lignea. murus ligneus.

§.14. Tyrii ex Cedris, Abietibus, Quercubus Libani ædificarunt.

§.15. Num ligna ex Libano traducta in

Asion

Ἔκθεσις.

§.1. Quanquam varia materiæ acceptio apud Philosophos & Rhetores in usu sit, ex ipsa tamen epigraphe facilè constat, quod nos per *materiam Navigiorum*, non aliam intelligamus quam eam, *ex qua* conficiuntur Naves & Rates, quo nomine potissimum *ligna, cæmenta & ferramenta cujuscunque generis* intelligenda sunt.

§.2. Cœterùm ex *priſcis rerum Annalibus* accepimus, in uſu quoq; fuiſſe *NAVIGIA arundinacea ſeu arundinea*, ex *arundinum internodiis ſciſsis confecta.* Iſtiusmodi naves *Strabo* vocat ῥίπους ἐκ καλάμου i. e. crates ex arundine factas, & *l. XV. Geogr.* σχεδίας καλαμίνας i.e. *conſutas ex arundine* naves. *M. Georg. Draudius* Eruditiſſimus Vir *Memorab. Solini c. LX.* p. m. 124. *in Supplem.* INDIS ejusmodi navigia aſſignat: Alii, inquit ex *Herodoti Thalia*, in paluſtribus fluminibus habitantes crudis veſcuntur piſcibus: egreſſi *arundineis navigiis* exceptant: *Singula autem navigia è ſingulis arundinis internodiis fiunt.* Idem quoque *Plinius* teſtatur *l. XVI. N. Hiſt. c. 36. Jul. Solinus c. 65.* *Quæ paluſtria ſunt,* inquit, *arundinem creant ita craſſam, ut fiſsis internodiis lembi vice vectitet*

ctitet navigantes. Tantæ nimirum *altitudinis & firmitatis calami Indici* perhibentur, ut earum singulis internodiis naviculæ excidi possint, quibus non unus tantum, sed plures etiam vehantur homines. Cui rei fidem fœneramur ex *Plinii Nat. Hist.* qui *l. VII. c. 2.* inquit. *Maxima in India gignuntur animalia. Indicio sunt canes grandiores cæteris. Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Hæc facit soli ubertas, temperies cæli, aquarum abundantia* (si libeat credere) *ut sub una ficu turmæ condantur equitum.* Arundines *verô tantæ proceritatis, ut singula* Internodia alveo navigabili *ternos interdum homines ferant.* Idem repetit *l. XVI. c. 36.* ex quo hæc fideliter, ut solet, in suum Cornucopię transtulit *Nicol. Perottus f. m. 773.* Confirmat eadem *Strabo l. XV. Geogr.*

f. m.

f.m.671. Huc ſpectat, quod idem *Strabo ex Poſidonio* refert Βόγον τὸν βασιλέα τῶν μαυρουσίων ἀναβάντα ἐπὶ τοὺς ἑσπερίους αἰθίοπας καταπέμψαι τῇ γυναικὶ δῶρα καλάμους τοῖς Ἰνδικοῖς ὁμοίους, ὧν ἕκαστον γόνυ χοίνικας χωρεῖν ὀκτὼ καὶ ἀσπαράγγων ἐμφερῆ μεγέθη, *Bogum Maurorum Regem, cum in Heſperios Æthiopes aſcendiſſet, miſiſſe dono uxori Calamos Indicis ſimiles, quorum genu quodlibet octenos Chœnices caperet, & ſimilem aſparagorum magnitudinem.* Plura lege apud *Solinum c. 65. & Theoph. l. 4. de Hiſt. Plantar. c 12. Pomp. Melam l. 3. de Sit. orb. f. m. 119. & Joh. Vadiani obſ. in eund.*

§. 3. His affinia ſunt PAPYRACEA *Taprobanorum & Ægyptiorum* priſcis non ignota Navigia, ex PAPYRO nimirum confecta: *Papyrum* enim erat aliquod fruticis genus.

nus, quod in paluſtrib⁹ Ægypti naſcebatur, aut quieſcentibus Nili aquis, ubi evagatę ſtagnant, duo cubita nō excedente altitudine *gurgitū, brachiali radicis obliquæ craſſitie, triangulis lateribus, decem non ampli⁹ cubitorū longitudine in gracilitatem faſtigiatū, thyrſi modo cacumen includens.* Uti iſtud *Plin* deſcribit *L. XIII. c. 11.* Et quoniā iſtius *Papyri* ſeu *ligna* ſeu *radices* ad utēſilia vaſorū commodę erant, ideò etiā ex eo Navigia texebantur, quorū etiam *Lucanus l. 1. Pharſal.* meminit:

Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoq; Britannus (Nilus
Navigat oceano . ſic cum tenet omnia
Conſeritur bibulâ Memphytis Cymba Papyro.

Eaq; navigia eò crebriora erant *Ægyptiis*, quia perſuaſio iis erat ſuperſtitioſa, Isidem iis uſū eſſe, dū corp⁹ *Oſiridis* à *Typhone* laniatum transveheret,

heret, eademque de causa sacratiora & religiosiora credebantur, quam ut à *Crocodilis* infestari, aut iis vecti à Crocodilis attingi aut lædi possent, uti *Plutarch.* lib. de *Iside & Osiride*. Hinc etiã *Onesicritum Præfectum classis Alex. M. Papyraceis navibus armamentisque Nili* usum fuisse legimus, cum *Taprobanen* Insulam oppugnaret, & cursu marino circumnavigaret. ap. Plin. *l. VI. c. 22.*

§. 4. Huc plerique Commentatorum Biblicorum referunt Sancti *Esaiæ* locum ex *c. XVIII. v. 2.* ubi contra Maris Rubri accolas *Troglodytas, Æthiopas, Ægyptios, reliquosque qui sunt trans flumina Kus seu Æthiopiæ*, vaticinatur: *Væ terræ*, inquit, *quæ mittis per mare legatos* וּבִכְלֵי־גֹמֶא *in vasis junci* seu *papyri super faciem aquarum.* (Luth. in Rohrschiffen) Hic *Papyrus*, inquit *Osian-*

Osiander & Schnepffius, junci species est, quibus (addit *Franc, Junius* in h. l. f. 185.) isti populi utebantur, cum quia *leviores erant*, tum quia *adversis fluctibus & scopulis cedebant & nõ dissiliebant, ac frangebantur* facilè, sicut lignum solet. Et quanquam *Thomas Bozius de signis Eccles. l. XX.* sign. 84. c. 3. cum *Ludovico Legionensi*, *Aria Montano*, *Jos. Acosta*, *Freder. Lumnio*, *Joh. Fernandes* aliam gentem quam *Troglodyticam aut Ægyptiacam* intelligat, *Occiduæ sc. Americæ incolas*, tamen in explicandis *vasis papyri* idem inflat cornu, dum eos populos *è suberibus & corticibus arborum cymbas excavasse* ait, *quibus littora legerent & in brevioribus navigationibus uterentur* p. m. 316. Est autem גֹּמֶא propriè *species junci seu scirpi* humidis prognata locis, uti Job.
VIII.

VIII, 11. Es. XXXV, 7. videre est, ubi *lutosum & aquosum* ejus *solum natale* esse dicitur, nomenque suum ex גמא habet, quod significat *absorpsit*, eo quod *junci aquam quasi absorbere & exhaurire* videantur. Ideoque hic *vasa seu instrumenta junci*, sunt navigia junci, seu juncea, *quæ bitumine liniri vel pice* solebant, ne ingrederentur aquæ. Quemadmodum tale specimen manus muliebris contra Pharaonis sævitiam edidit in Ægypto. Nam *Jochebed Levitis* arcam ejusmodi גמא seu *junceam* præparavit bitumine & pice, in quo tenellum suum puellum *Mosen*, conclusit & in junceto juxta ripam fluminis posuit, uti est *Exod. II, 3.* Ex quo loco facilè *vasculorum seu navicularum scirpearum* conditio potest dignosci. Nam in *magnitudine & forma externa oblon-*

ga

ga disparitas, in reliquis paritas est. *Iochebedæ* enim *Arculæ* soli puero capiendo sufficiebat, at reliqua Legatorum Ægyptiacorum & Troglodyticorum navigia longè capaciora fuerunt. *Fiscellæ Mosaicæ Ichnographiam dedit Arias Montanus in Exemplari seu lib. de Fabric. Sacr. f. 6.*

§. 5. Materia itaque istarum *navicularum aut cistellarum erat juncus seu Scirpus quidam fluviatilis.* Quapropter *LXX. Interpretes* non rectè attigere sensum hujus vocabuli, quando pro vasculis junci posuerunt ἐπιστολὰς βιβλίνας, *epistolas papyraceas seu chartaceas.* Quos sequitur *Sanchez,* per *epistolas Byblinas* (rectius Biblinas) *accipiens naves papyraceas, quia* ἐπιστολὴ *græcè aliquid missum & extensum significet,* aut potius, inquit, *epistolas vocant*

Na-

ca, & bituminabis eam intrinſecus & forinſecus. Veruntamen quale hoc ligni genus fuerit, ambiguum eſt. LXX. Interpretes ligna τετράγωνα intelligunt, quæ ad *formam Arcæ quadratam* fuerint exaſciata. Sed *Sanctus Hieronymus lib. de Hebraicis QQ. Pro quadratis*, inquit, *in Hebræo habetur bituminatis*, quod eundem quoad ſenſum intelligi voluiſſe arbitror Alii credunt cum *R. David. in libro Radicum, Gofer eſſe leve lignũ ſuper faciem aquarum*, quales etiam ſunt *arundinoſæ & juncea denſitates*: *Interpres Latinus Levigata* voluit *ligna* eſſe; Sed potisſimi Interpp. *Cedrum* malunt. Siquidem & Targũ קַדְרִים *Cedros* קַדְרוֹס ſeu *Kedros* (ut alii legunt) verterit, & reliqui communiter *Thalmudiſtæ* quatuor Cedri genera conſtituentes וּבְרוֹשׁ אֶרֶץ קֶדְרוֹס עֵץ-שֶׁמֶן *Erez Cedrũ, arbo-*

Naves perferentes Legatos cum Epistolis per metonymiam. Tales enim naves â Seneca vocantur *Tabellariæ.* Ast non hic, *quid transmittatur, sed quo instrumento transmittatur* hac vocula indigitatur. Parili pacto non nemo insignis & eruditus Philologus aliquid humani hic passus est dum ita inquit: *In Ebræo est in vasis Gofer. Gofer autem Arundinem significat, quod vocabulum etiam legitur in Genesi de Arca Noë, quod fabricata fuerit de ligno Gofer.* Atqui in Ebræo non est גֹּפֶר sed גֹּמֶא quorum illud *arboris & ligni* hoc verò *scirpi* speciem notat.

§. 6. *Gofer.* autem (ut & de eo hic aliquid attingamus) *materia arcæ Noachicæ* fuit, quemadmodum expresse extat Gen. VI, 14. Fac tibi arcam עֲצֵי־גֹפֶר *ex lignis Gofer, Nidos* (seu camerat) *facies in arca,*

arborem pinguedinis & Beros i. e. abietem. In eam descendunt sententiã *Cyrill. l. 1. contra Iulianum, Epiphan. de Nazaræis, Hieron. c. l. Ioseph. l. 1. arch. & Franc. Iun. ac Trem. in h. l.* Neque tamen omninò improbabilis est aliorum quorundam conjectura, qui eam pro *pinu* habent, non tantum ideò quod nominis Germanici Knser vel Kuser cognatio, hanc allusionem pariat, sed etiam quia statim verbum כָּפַר adhibetur, ex quo כֹּפֶר oritur, quod non tantum *picem*, sed etiam, *Cyprũ seu Cupressum*, item *Pinum* significat; Uti etiam nonnulli nomen hoc *Cant.* 1. 14. usurpatum intelligunt. Ista itaque ratione non tantum affinitas esset inter duo ista nomina *Gofer & Cofer*, sed etiam elegans *paronomasia* in nomine גֹּפֶר & in verbo כָּפַרְתָּ *bituminabis* eam

(se

ſc. arcam, quam ex *ligno Gofer* ſeu *pinu* bituminoſa & picea arbore (prop. Rote Tannen) fabricare juſſi.

§.7. Sed *ſive hujus ſive iſtius arboris lignum Gofer* fuerit, iſtud tamen certum eſt, quod *juncus* non fuerit, ut ſuperius innuebamus, unde Luth. vertit Tennen holtz/ Neutiquam tamen iſtud aſſertum volumus quod *Papyracea* iſta Ægyptiorum Navigia *ſuberea* fuerint, *aut ſcirpea natantium adminicula.* In quo ſenſu *Plautus* in *Aulular. Act. IV. ſc. I. Scirpeam,* (aut ut Camerarii M. S. habet,) *Sirpeam ratim* nominat his ferè verbis;

Quaſi pueris qui nare diſcunt ſcirpea
induitur ratis.
Qui laborant minus, facilius ut nent &
moveant manus:
Eodem modo ſervum ratem eſſe amanti hero æquum cenſeo.

Est enim hæc RATIS SCIRPEA, *qu* *pueri natatui nondum apti in subsidi* *suæ exercitationis natatoriæ fascicul* *scirporum in oblongum colligatoru* *abhibebant, periculum in arte natan* *facientes*, perindè ut hodiè nostr tes *vesicas bubulas* brachiis suis & la teribus adaptant, ut eis velut al quo fulcimine allevent corpora & flumina supernatent. Id quod Ho ratius *cum cortice nare* & oppositu *sine cortice natare* dixit *l. 1. serm* *Satyr. 4.*

- - *simul ac duraverit ætas*
Membra animumq; tuum, nab
sine cortice - -

Hinc in proverbium abiit, *sine cor* *tice natare* i. e. sua se ope & oper juvare. Id Græci reddunt, ἄνευ φελλ i. e. *sine subere*. φελλὸς enim se φέλλεος propriè est cortex suberi Corckholz/ Pantoffelholz. Qua adminiculo usus est *Cajus Pontiu*

Com

Cominius impiger juvenis φελλοὺς πλατεῖς ὑποστερνισάμενος *suberis cortices* latos pectori subjiciens secundo Tyberi Romam defertur, à *Camillo in Capitolium* missus cum *Galli Romam* cepissent apud Liv. l. V. Dec.1. & Plutarch. in vitâ Camilli p.m.227.

§.8. Ideò autem potissimum ejusmodi tētamini natatorio *suber* adhibitū, quia porosum est & leve, undè ap. Strab. proverbium κουφότερος φελλοῦ i. e. *subere levior*, unde iterum *Horatius l. III. Carm. Od. 9.* rectè:

Quanquam sidere pulchrior
Ille est, tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adriâ. &c.

Ideoq; vel prorsus non mergitur, vel admodum difficulter, ut rectè etiam *Pindarus in Pythiis* hymno secundo dixerit ἀβάπτιστός εἰμι φελ-

λὸς ὡς, *sic immersabilis, (ut sic loquar) ut suber sive cortex.* Hinc arbitror factum quod *Lucianus* in Veris Narrationibus φελλόποδας inducit, *homines latis & quasi phellitis pedibus* præditos, qui per mare decurrere sciunt, ut nõ submergantur, germ. vocant Wassertreter oder Wassergänger / Quos etiam *Cœl. Rhodig. l. VII. Antiq. Lect. c. XVII.* allegat, & *Joh. Heroldt* in Prodigiis *Conrad. Lycosthenis* in ling. Teutonicam versis effigies talium hominum repręsentavit apud Senfftleben in Arg. p. 18.

§. 9. Cum istis autem *junceis naviculis* magnam affinitatem habent VIMINEÆ *s. textiles* ex variis *virgultis & salicibus* confectæ, quas Græci ῥίπεα sive ῥίπες appellare solent. Ῥίψ ῥιπὸς est *vimen vel ramus salignus* παρὰ τὸ ῥέπειν; Unde etiam antiqvorum proverbium

θεῦ

θεοῦ θέλοντος καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, *Deo favente vel vimine naviges.* Quo referendus mihi videtur *Pacton* iste Strabonis, quo ipsemet se vectum esse scribit l. XVII. Geogr. f. m 776. Διέβημεν δὲ εἰς τὴν νῆσον ἐπὶ πάκτωνος. ὁ δὲ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγὼς ἐςι σκαφίων, ἔος τ' ἐοικέναι διαπλοκίνῳ. *Trajecimus in Insulam super Pactone delati. Pacton autem est scaphæ genus ex virgis seu vectibus salicum ita compositũ, ut textile quid videatur.* Et ne quis isti texturæ fidem deroget, & suspicetur, aquã facilè subire posse & submergere vectos, addit è vestigio: *Stantes itaq; in aqua vel in asseribus sedentes facile transmisimus, nihil omnino metuentes. Sunt enim sine periculo, nisi scapha nimis impleatur.* Hinc *Leonius* quidam refert in *Africa quoque flumina ejusmodi Canistris* transiri. Ab hoc *Pa-*

ctone

ctone deinceps alia similia navigia dicta sunt *Pactones.* Nam πηκτῦ significat compingere, cum quo etiam german. nostrum Packen/ein oder zusammen Packen coincidit ut rectè Chalcagnin9 dixerit, *Pactones* esse genus *Scaphæ textile virgultis consertum, in quo sedentes omnes trajecerunt antiquos.* Rectè *Lucanus l. 1. Pharsal.*

Utq; habuit ripas Sicoris, camposq; reliquit
Primum cana salix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim, cæsoq; induta juvenco
Vectoris patiens tumidum supereminet omnem.

§. 10. Quibus annumeranda etiam est *sutilis* ista Virgilii cymba cujus meminit 6. Æn.

- - gemuit sub pondere cymba,
Sutilis & multam accepit rimosa paludem.

Ha

Has Græci ῥαπτὰς vocare solent, quarum etiam *Arrianus in Periplo Maris Rubri* mentionem facit: ἔστι δὲ πλοιάρια ῥαπτὰ, οἷς χρῶνται πρὸς ἁλίαν καὶ ἄγραν χελώνης. *sunt etiam in ea (insula) naviculæ Rhaptæ* (seu plicatiles seu consutiles) *quibus utuntur ad piscandum & capturam testudinum.* Quo etiam sine dubio *Ennodius in Epigr.* alludit, quando ita:

Sutilis ad tumidas rapitur mea cymba procellas,
Hybernos passura Notos, quam Navita pauper
Rimosam tenui fingens de Cortice puppim
Composuit, nomenq; dedit sine labe Phaseli.

§. II. Pariter CORIACEA VEL CORINACEA *Navigia* apud veteres celebrantur, quæ erant ex *corio fa-*

cta aut corio circumsuta erant, quales olim in *Oceano Britannico* repertas aliqui tradunt ex *Plinii Lib. VII. c. 56. & l. IV. c. 16.* Quò iste *Sidonii Apoll. Carm. 7.* spectat locus.

Quin & Aremoricus Piratam Saxona tractus,
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludo, & assveto glaucum mare findere lembo.

Similiter apud *Lusitanos usq; ad Bruti tempora naves ex corio* viguisse, postmodum autem etiam ex *ligno cavato* fuisse jam supra diximus ex *Strabonis l. III. Georg. f.* 147. Ab istis ad *Septentrionaliores etiam populos* devenerunt. Nam *Olaus M. l. 2. Septentr. Region. c. 9.* testatur, quod *Anno Domini M.D.V. juxta Islandiam viderit talem Cymbam ex Corio consutam* quæ fuerit pyratarum littora infestantium. Neque hodi-

enum

enum adeò raræ & ignotæ ſunt e-jusmodi *Coriaceæ naviculæ*: *nam & ipſe ego talem* σκύταλεσι *igneis diſtentam, & circumcirca corio duriſſimo obductam cymbulam*, in qua unus ſedere & remis in utramque partem verſis celerrimè eandem in obviis procellis movere & flectere poteſt corpore loricâ vincto, apud quendam amicũ vidi. Iſtud tamen mirandum eſt, quod tam exiguâ raticulâ, tam proceelloſo pelago ſe audaculi iſti *Islandi* committere audeant, ut rectè Aviennus:

- - - - rei admiraculum
Navigia junctis ſemper aptant pellibus
Corioque vaſtum ſæpè percurrunt ſalum.

His omnib9 prior *Herod. l. 1.* ſcribit. *Babyloniis* quoque & *Armeniis* in uſu fuiſſe: *Navigia eorum*, inquit, *quæ per flumen permeant Babylonem*

nem, omnia sunt orbiculata , atqu
CORIACEA, *quæ pecuarii Armeni*
qui supra Assyrios incolunt, ex cæsis sa
licibus faciunt, instruuntq; pellibus ex
trinsecus, quibus tegumenti vice utun
tur, carinaq; loco, neq; puppe discreta
neque prora acuminata, sed in speciem
clypei magis orbiculata (Quoad hanc
formam ab istis *Islandicis* & *Nor*
wegicis differunt *Babylonicæ*: nam i
stæ & proram & puppim acumina
tam habent, & vix tantum spatium
in medio habent, ut unus epibat
commodè & strictè consider
queat) *Tale navigium stramenti*
stipatum fluvio deferendum permi
tunt, cùm aliis, rebus tùm verò doli
è palmularum vino onustum, dirigen
tibus illud duobus hominibus (hic ite
rum ab *Islandicis* differunt) *cu*
totidem palis, quorum alter introrsum
palum trahit, alter exterius pellit. F
unt autem hæc navigia & magna ac

modum

modum & minora, quorum maxima quaque ferunt pondus quinque mille talentorum, singula singulos Asinos vivos intus habentia, majora etiam plures &c.

§.12. Et ne cuipiam ista mira & absurda appareant, cogitari etiam potest ex TESTUDINIBUS quoque & VITRIS olim factas esse naves. Nã *Leander* contestatur, *se Venetiis vidisse parvas vitreas triremes.* Et *Strabo l. XVI. f. m. 733.* perhibet *Æthiopas* quosdam *Ichthyophagos & Chelonophagos* non tantum *integras domos testis* obtegere sed etiam ὀστράκινα πορθμεῖα *testaceos pontones* facere. Verba ejus ita sonant: οἱ δὲ χελωνοφάγοι τοῖς ὀστράκοις αὐτῶν (sc. μάνδρας καὶ σπήλαια) σκεπάζονται μεγάλοις οὖσιν, ὥστε καὶ πλεῖσθαι ἐν αὐτοῖς. *Chelonophagi testudinum testis contegunt (tuguria & speluncas*

suas

ſuas) quæ adeò magnæ ſunt, ut vel in iis navigent. Quo de etiam *Herodotus l.IX. Plin. l.IX. c.* 10, & *Sol. c.* 87. videntor.

§.13. Quænam itaque *materia priſcarum iſtarum navium* fuerint, ex dictis liquet. Quod talia quoq; *Navigia Salomonis* fuerint à nobis impetrare non poſſumus ut perſuadeamur. Quomodo enim vel *arundinea vel papyracea vel juncea vel Scirpea vel viminea aut ſutilia*, quomodo *vitrea* aut teſtudinea tam diuturnæ & longinquæ expeditioni conducibilia, quomodo tantæ moli & mercium ponderi ferendo idonea eſſe potuiſſent? Imprimis cum tam periculoſum æſtuoſumque, â pyratis & omnis generis monſtris oceânicis invium mare & tam diuturno tempore trajici debuerit: ad quod ſuſtinendum ingenti profecto firmamento opus

erat

erat & *muro ligneo*, ſicut Navim firmiſſimam interpretatus eſt *Themiſtocles* ex conſulto Pythio ap. *Corn. Nep. in Them. c. 2.* *Lignea* itaque, ut hodienum ſunt, ita quoque ætate Salomonis fuiſſe, dicimus.

§ 14. Ex quibus autem *lignis & cæmentis* condita fuerit hæc nobiliſſima claſſis; aſſequi non poſſumus. Quod *Tyrii ex craſſis Ulmis & Quercubus navium latera & contignationes, ex roboribus remos, ex cedris Libani malos, ex abietibus antennas* confecerint, nō obſcurè ex *Ezechielis capite XXVII.* colligi poteſt. Ubi eis Dominus per *Prophetam* luxum marinum exprobrat: *Tyre, ædificatores tui impleverunt decorem tuum: Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis, Cedrum de Libano tulerunt ad faciendum malum tibi. Ex alnis ſeu pinis de Baſan fecerunt remos tuos, aſſerem* (ſeu tabulatum

latum *) tuum fecerunt ex dente Eburneo.* Cui profana historia prorsus ὁμόψηφος est. *Theophrastus* testatur *l. IV. c. 6.* *Syriam* affatim *Cedrorum* ad *navalem materiam* gignere, *easque adhiberi ad Triremes.* Similiter in *Diod. Siculo l. XIX. Bibl. Hist. f. 700.* invenio relatum, quod *Antigonus* Rex Syriæ novam classem contra Reges Ægypti & Græciæ adornaturus, ex *Libano multa ligna ad Tyrũ & Sidonem* deduxerit, & naves ex iis compingere annisus sit. Verba ita sonant: Αὐτὸς δὲ πανταχόθεν ἀθροίσας ὑλοτόμους καὶ πρίστας, ἔτι δὲ ναυπηγοὺς κατεκόμιζε τὴν ὕλην ἐπὶ θάλασσαν ἐκ τοῦ Λιβάνου, τεμνόντων μὲν αὐτὴν καὶ πριζόντων ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων, κατακομιζόντων δὲ ζευγῶν χιλίων. Τὸ δὲ ὄρος τοῦτο παρήκει μὲν παρά τε τὴν Τρίπολιν, καὶ Βυβλίαν, ἔτι δὲ Σιδωνίαν, πλῆρες δέ ἐστι ξύλων κεδρί-

δρίνων καὶ πευκῶν καὶ κυπαρισσίνων θαυμαστῶν τότε κάλλ@ καὶ μεγέθ@. *Ipse autem congregatis undique, ut ligna cedant, serraq; dividant & naves compingant, materiam ex* LIBANO *ad mare deportat, cui decidēdæ secandæq; octo virūm millia, devehendæ autem mille jumenta operā locabāt. Mons iste Tripolin, Bybliā & Sidoniā prætercurrit,* Cedris & Cupressis miræ pulchritudinis & magnitudinis refertus.

§. 15. Nunquid autem ex *Libano aut Hierosolymis* in *Asion Gaber, Cedri vel Abietes & Cupressi deportatæ sint, ad naves Salomonis* compingendas? ambigitur. Istud non solum *ex Sacris,* sed etiam ex *Annalium Tyriorū conditoribꝰ Menandro & Dio Josephoq; l. VIII. c. 2. Ant. p. m. 109. & l. 1. contra Appionem p. m. 452.* constat, quòd ab *Hiramo* Salomon impetrarit potestatem, multum *lignorū Cedrinorū & Cyparissinorum* recidendi in Libano, quod

quod deinde per *rates compactas* in Mari Mediterraneo ad oram littoris Philiſtini deportatum in *Jopes portum, Japho ſeu Japo*, uti expreſſè extat 2, *Chron. II. v. 16.* qui portus non ſolùm *commodiſſimus fuit ratium receptioni & diſſolutioni*, ſed etiã *vicinior erat Hierosolymis*, quam vel *Gazaorum* (ſeu Azza) vel *Azoti* (ſeu Asdod) vel *Aſcalonis* vel *Liddæ & Dioſpoleos*, vel *Michmetat*, vel *Caſarea Stratonis*, vel alia quæcunque commoda appellendi ſtatio. Nam ex hoc *portu Javan Hieroſolyma conſpici poſſe* fama eſt, eoque *Judæi usq; ad Mare deſcendentes* utuntur, uti ex Strabonis l. XVI. t. m. 720. Geogr. manifeſtum fit. An autem *Salomon Templo, Solio, aliisque ornamentis regiis confectis, idquod ſupererat lignorũ ad claſſem contulerit*, iſtud quidem inter ἀπόῤῥητα reponimus. Poſſet tamen quis in eam venire opinionem

nem quia ex *Gaza in urbem Ailam transcensus fuit, & iter super Camelis, per arenosa & deserta loca,* uti iterum c. l. *Strabo* commemorat. Unde Camelorum bajulatorum opera non difficulter potuissent aptata & exascitata ligna deportari in Elanam aut Esion Gaber.

§. 16. Quicquid tandem hujus rei sit, *sive ex Cedro Libani, sive ex Cupressis Anti Libani, sive ex quocunque alio ligno* fuerit fabrefacta classis, *ex ligno tamen eam fuiße,* arbitramur. Et ne longius petenda fuisse ligna prætendatur, considerandum propono, quod *circa Ailathanam ditionem in re motißimis desertis & arenosis vastitatibus multa ligna & robora prægrandia navigiis idonea* nata sint, quibus Salomonæi Naupegi uti potuerunt in concinnandis nauticis operibus.

§. 17. Præterea quo APPARATU ET

COMMI-

COMMEATU hoc *Salomonis Navigiũ* fuerit proviſum, prætereundum nõ eſt. COMMEATUM fuiſſe *triennem ex ſacris paginis* colligimꝰ. Cum enim nautæ *tres annos* contriverint viæ faciendæ, ad *tres quoque annos* claſſem omni apparatu ad victum, potum, ſtuppam, antlam, vectes & alia inſtrumenta nautica neceſſario inſtruxiſſe omninò putandi ſunt.

§.18. *Remigibus actas* fuiſſe vel *omnes vel pleraſq; naves* ante diximus. *Vela* quoq; *Carbaſa Artemones, Acatia, Dolones* & alia ὀθονῶν καὶ ἱστίων genera adhibuiſſe prorſus credimus. Neq; enim veriſimile eſt, eos tam difficilem æquoris campum ſine iſto navali adminiculo dimetiri potuiſſe. Neque ignota iis fuerunt. Nam vela vel ab *Icaro*, vel, uti *Theodoro* placet & *Diod. Siculo l. V. Bibl. Hiſt.* f. m. 291. ab *Æolo* nata *magnum Tyriis navibus ornamentum & adjumentum* dede-

dederunt, ita ut labentibus retrò annis culpabilem in iis luxum fecerint, cum eadem non *ex lino, aut panno, aut Cannabi , aut alia viliori materia,* uti aliarum gentium consvetudo ferebat, sed ex *holosericis & mundißima Ægypti bysso* conficerent, ut *vexilla* non tantum pretiosiora sed etiam illustriora essent prę aliis gentibus, quemadmodum *virgula Ezechielis Censoria c. XXVII. 7.* annotavit.

§. 19. *Malum Dædalus* primus docuit, & *Antennas* stringere induxit idem, teste Plinio l. VII. c. 56. Cujus partes *Asclepiades, vir inter Græcos apprimè doctus* ac diligens, sollicitè exposuit, utpote qui ait, *navalis mali partem inferiorem pternam vocari, at circa mediam fermè partem τράχηλον dici, summam verò partem Carchesium nominari, & inde diffundi in utrumq; veli latus ea, quæ cornua vo-*

can-

cantur. Quo de *Athenæ⁹ l. XV. Dipnos.* & *Macrob. l. 5. Saturnal. c. 2. f m. III. b.* *Malorum* autem usum *Tyrios* novisse ex priori Ezech. loco claret, ubi dicit, *quod malos ex pulcherrimis & proceris Cedrorum Libani* conficere, & in ea quoque re luxum ostentare consveverint. Quocirca etiam *ex Salomonis navibus malus* tollendus non est.

§. 20. Et quanquam *Anchorarum* inventionem *Eupalamo*, *bidentium* *Anacharsi* accepto referat Plin. l. VII. c. 56. tamen communior sententia tradit, eas à *Thyrrenis* esse inventas, aut si mavis ab *Argonautis*. De quibus *Arrianus* testatur Imperatori in suo *Periplo*, quod in *Phaside adhuc suo tempore duæ Anchoræ ferreæ Argi & Jasonis superfuerint, altera recentior, vetustior altera*, & quasi vetustate collapsa & in fragilia fragmenta redacta, quam in Documen-

cumentum *Argonauticæ Expeditionis* esse opinatur. *Anchorarum* igitur auxilium nec *Tyriis*, nec *Salomonis nautis* ignotum esse potuit.

§.21. Parili jure *Gubernacula navium* huc revocare possumus. Nam ex *Plinio c.l.* & *Polyd. Virg. l.3. d. J. R. c.12.* constat, quod *Typhis* ea invenerit, & in navalibus Machinationibus exercuerit. Is enim *sumto à Milvio exemplo, qui caudæ flexibus in cœlo monstrat, quid opus esset in profundo,* primus artem gubernandi naviculas introduxit. Quo de *Seneca in Medea Act. I. in Choro:*

Nondum quisquam sidera norat
Stellasq; &c. - - -
Ausus Typhis pandere vasto
Carbasa ponto, legesque novas
Scribere ventis - - -

Sed vento secundo vela contrahenda, & gubernacula aliorsum dirigenda sunt.

SECT.

SECTIO IV.
DE
DIFFICULTATE
ET UTILITATE NAVIGATIONUM.

Summaria.

§.1. Magna navigantium pericula.
§.2. Pro temporum & locorum diversitate variant.
§.3. Navigandi difficultates oriuntur ex defectu instrumentorum.
§.4. Ex Syrtibus.
§.5. Ex Saxis. Aræ propitiæ.
§.6. Charybdes & Scyllæ.
§.7. Ex inconstantia ventorum.
§.8. Ex Tempestatibus.
§.9. Ex naufragiis.
§.10. Ex Piraterio. Pontus ἄξεινος.
§.11. Ex monstris marinis.
§.12. Ex frigoribus, imbribus, æstu.
§.13. Difficultas navigandi in Mari Rubro.

§.14.

ἔκθεσις.

§. 1. Magna navigantium *discrimina & pericula* qui vel expertus est, vel saltem animo suo perpendit, ille non potest non intrepidum eorum animum & magnam in fluctib9 adversitatū superandis constantiā admirari. Ideoq; relatū accepim9 *Gravellanū præcipuū Caroli V. Imperatoris consiliariū, cū ex Africa cū Imperatore rediisset,* exclamavisse: *O malū malū hospitiū mare!* Neq; enim hic divertendi

tendi ut in terris, aut recumbendi aut quiescendi datur copia ob perpetuos fluctuum orbes & turbidam maris inquietem. *Antipater Tarsensis* cum ex hac emigrare vellet vita, *DEO singulares decrevit gratias, quod cum se aliquando mari concredisset, optima usus esset navigatione.* Noluit tamen, diffisus fluctuum & ventorum inconstantiæ, secunda vel tertia vice denuo navem conscendere, aut vitam suam turgidis pelagi minis credere.

§.2. Ista autem *pericula pro temporum & locorum diversitate* majora sunt aut minora. Namque olim & difficilius & periculosius quam hoc nostro tempore navigabatur, quo ναυτιλία quasi ad suam ἀκμὴν perducta est. *Majori* quoq; cum *periculo & labore in vadosis & saxosis fretis* quam in *profundo*, ubi libera

navi-

navibus currendis via patescit, fretatur.

3. PRIMO igitur *ista Navigationum difficultas* orta est, *ex necessariorum instrumentorum defectu*, cum *pyxis nautica, charta Geographica, Hydrographica, Topographica*, & alia instrumenta, quorum ope & adminiculo hodie per DEI Gratiam & commodius multò & minus periculosè, quam olim, navigatur, infantilem hominum ætatem fugerent: Cum *littora legenda* essent, aut si paululum â ripis in altum ascendissent, *cynosura* sequenda, aut *emittendæ aves*, quas secum in naves sumserant & sæpius emiserant, *ut earum meatum terras petentium comitarentur*, dicente *Plin. l. 6. Nat. hist. c. 22.*

§. 4. DEINDE orta est *navigandi difficultas ex variis syrtibus & vadosis locis* quorum extremitates & brevia implicant navigia, ut emergere

tendi ut in terris, aut recumbendi aut quiescendi datur copia ob perpetuos fluctuum orbes & turbidam maris inquietem. *Antipater Tarsensis* cum ex hac emigrare vellet vita, *DEO singulares decrevit gratias, quod cum se aliquando mari concredisset, optima usus esset navigatione.* Noluit tamen, diffisus fluctuum & ventorum inconstantiæ, secunda vel tertia vice denuo navem conscendere, aut vitam suam turgidis pelagi minis credere.

§.2. Ista autem *pericula pro temporum & locorum diversitate* majora sunt aut minora. Namque olim & difficilius & periculosius quam hoc nostro tempore navigabatur, quo ναυτιλία quasi ad suam ἀκμὴν perducta est. *Majori* quoq; cum *periculo & labore in vadosis & saxosis fretis* quam in *profundo*, ubi libera navi-

navibus currendis via patescit, fretatur.

3. PRIMO igitur *ista Navigationum difficultas* orta est, *ex necessariorum instrumentorum defectu*, cum *pyxis nautica, charta Geographica, Hydrographica, Topographica*, & alia instrumenta, quorum ope & adminiculo hodie per DEI Gratiam & commodius multò & minus periculosè, quam olim, navigatur, infantilem hominum ætatem fugerent: Cum *littora legenda* essent, aut si paululum â ripis in altum ascendissent, *cynosura* sequenda, aut *emittendæ aves*, quas secum in naves sumserant & sæpius emiserant, *ut earum meatum terras petentium comitarentur*, dicente *Plin. l.6. Nat. hist. c.22.*

§.4. DEINDE orta est *navigandi difficultas ex variis syrtibus & vadosis locis* quorum extremitates & brevia implicant navigia, ut emer-

gere nullatenus possint, cum eadem

- - - - - Eurus ab alto
In brevia & syrtes urget (miserabile visu)
Illiditque vadis atque aggere cingit arena.

Per *Syrtes* autem hic non tantum *ista notissima* Συρχέα intelligimus in *extrema Africa*, quæ in uno *loco profundissima, in alterò verò satis vadosa sunt, Spiranteque vento, cumulus arenæ, qui supra mare fuerat, in profundissimas residet valles, & qui deprimebatur*, mox super aquas egeritur; Sed etiam *quelibet alia arenosa loca in mari*, quorum non minor, quam istorum Africanorum æstus est, & navigantibus exitiosus. de quibus omnibus id pronunciandum est, quod de *Africanis* istis *Lotophagitis & Cephalis* inquit *Strabo* l. 17.

7. Geogr. Ἡ χαλεπότης δὲ ταύτης ς Σύρτεως (μεγάλης) καὶ τῆς μικρᾶς τι πολλαχοῦ τεναγώδης ἐστὶν ὁ βυθὸς κατὰ ὰς ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας συμβαίνει τισὶν ἐμπίπτειν εἰς τὰ βράχη καὶ καθίζειν. Σπάνιον δ᾽ εἶναι τὸ σωζόμενον τὸ σκάφος. Διόπερ πόρρωθεν τὸν παράπλουν ποιοῦνται, φυλαττόμενοι μὴ ἐμπέσοιεν εἰς τοὺς κόλπους ὑπ᾽ ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες: i. e. *majoris ac minoris Syrtis difficultas est, quod cum multis in locis fundus sit cœnosus propter affluxus & refluxus maris, contingit ut multi in brevia incidentes inhærescant & rara navigia evadant. Quapropter eminus navigant, caventes, ne incauti à ventis deprehensi in sinus illidantur.*

§.5. Tertio orta est ex *immanibus saxis & acutis scopulis*, qui partim supereminent, partim in aquâ oc-

 cul-

cultantur, nec prius animadvertuntur, quam cum,

- - - furit æstus arenis
Et nothus abreptas in saxa latentia torquet.
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras
Dorsum immane mari summo: - -

Quæ hic Virgilius *Saxa*, ea Itali *aras* vocant, id est, *margines & crepidines earum molium prominentes, quibus flumina* (Phrasi Lucretii) *oppilantur.* Quod enim aliqui cum *Nascimbenio* ex iis *Ægates insulas* faciunt, non placet. *Prominebant certè moles istæ novem inter Sardiniam & Africam, dictæque sunt aræ propitiæ celebres icto ibi inter Afros & Romanos fœdere* de quibus *l.8. Lucan.*

- - - angustius aris
Victoris Libyco pulsatur in æquore Saxum.

Tarpejis.

Quo

Quo quidem è loco constat *saxa illa magna religione & veneratione fuisse culta*: Sunt verba *Adr. Turneb. l. XXV. Advers. c. 23.*

§ 6. Huc pertinent *Charybdes & Scylla*, non illæ tantum inter *Siciliam & Italiam* interjacentes, sed etiam *aliæ in Orientali & Occidentali Oceano occurrentes*. Aliàs in *freto Siculo juxta littus Taurominitanum* nautas terret,

Et vomit epotas sæva CHARYBDIS *aquas.*

Sicut in *oppositis Italiæ littoribus Scylla* terrori & interitui est. *Utraq; angustum & anceps fretum* alterno cursu atrox, sævum & infame fecit, Cum *una versus septentrionem, altera versus meridiem, utraq; appulsis noxia esset*, de quo eleganter, ut omnia, *Virgil. 3. Æn.* inquit:

Aſt ubi digreßum Siculæ te admoverit ora
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori,
Læva tibi tellus & longo læva petantur
Æquora circuitu, dextrum fuge littus & undas.
Hæc loca vi quondam & vaſta convulſa ruina,
(Tantum & vi longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus utraq; tellus
Una foret, medio venit vi pontus & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque & urbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrum SCYLLA *latus levum implacata* CHARYBDIS
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos

Sorbet

Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat unda.
At Scyllam cœcis cohibet Spelunca latebris
Ora exertantem, & naves in Saxa trahentem.

Reliqua huc spectantia ex *Ovidij Metam. l.* 13. in fin. & *14.* ab init. *Thucyd. l. 4. & Hom. Odyss. μ. & Natal. Com. l. 8. Mythol. c. 11.* peti possunt.

§. 7. QUARTÒ orta est & hodienum quoque oritur *navigationum difficultas ex horrendis ventorum flatibus* qui

- - - velut agmine facto,
Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumq; à sedibus imis
Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus.

Si

Si enim tanta ventorum potentia in terris est, quantam in mari esse putas? Non solum *tecta* dejicere, *plumbeas trabes* evellere, homines *Cataphractos*, *onerata plaustra* percellere, sed etiã *Saxa* in sublime elevare, & *urbanas domos* in agros efferre, imo & *molendina* cum *molari lapide, totoque tecto & inclusis hominibus* procul transportare valent, sed etiam ita *mare commovere*, ut eluctari non liceat. Quemadmodum in *solatione Historia* videre possem, si nulla alia in promptu essent.

§.8. Ex his mox suboriuntur *horrendæ tempestates & fragores Elementorum & tonitrua nubium*, tanta ut

Præsentem nautis intentent omnia mortem.

Nam:

Eripiunt subito nubes cœlũq; diemq;
Nautarum ex oculis, ponto nox incubat atra

In-

Intonuere poli & crebris micat ignibus æther.

Sique in terris, in domibus, in conclavibꝰ clausi sæpius vehementiam fulminum & tonitruorum ita formidamus, ut animam expirare videamur: Quid animi esse putandum iis, qui in mediis fluctibꝰ positi nec cœlo adhærescunt, nec terræ stamina tangunt? Sed modo sursum in altum evehuntur, modo deorsum feruntur, ut orcum ipsum petere videantur?

§.9. Exinde ut plurimũ *Naviũ concussiones, classiũ suppressiones, mercium amissiones, navitarũ & mercatorũ καταποντισμοὶ* sequuntur. Ut appareãt.

— *rari nantes in gurgite vasto*
Arma virûm, tabulæq; & Troïa gaza per undas.

Ita confractę sunt *naves Josaphati* in ipso navali & portu 2. *Paral. XX.*36. Sic *Jonas* Propheta *furorẽ Tẽpestatis,* *rabiem*

rabiem maris & immanitatem monstrorum marinorum expertus rectè poterat orare *c.2.v.4. Domine projecisti me in profundum aquarum, & flumen circumdedit me, omnes alluviones tuæ & omnes fluctus super me transierunt, & mox v.6. Circumdederunt me aquæ usq; ad animam, vorago circumdedit me, alga alligata est capiti meo. Ad extrema montium descendi, terra clausa erat propter me in seculum v.7.* Huc spectat *naufragium S. Apostoli Pauli* ordine descriptum Actor. XXVII. à vers.9. ad fin. Neque semel tantum sed tribus distinctis vicibus nauftagus fuit B. Apostolus, quod ipse de suis κινδύνοις ποταμῶν καὶ κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ loquens edicit: τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, *ter naufragium passus sum, nocte & die in profundo maris fui* 2. Cor.XI.25. *Plures istiusmodi*

ναυα-

ναυαγίας hic recenſere ſuperſedeo, cum earum tanta ſit copia, ut quas priori, quas poſteriori loco adducam, neſciam.

§. 10. Tandem ſi *mitius ſit mare*, & nautis facilem tranſitum præbeant *venti*, tunc nihilominus (credo ne ſicca & diuturna eſſet navigantium ſecuritas:) *Alia nova pericula à piraterio* ſuboriuntur. *Piratarũ* enim tanta eſt impietas, ut, quos natura omnis vult ſalvos, & mare dimittit inultos, iſti infeſtent, rapiant, enecent. Neque hominum vitæ, neque navium mercibus parcunt. Quo iſta *Pliny* ſpectant verba: *Nec ſævitia Tempeſtatum mare concludit, piratæ primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, & hyberna experiri maria. Nunc idem hoc avaritia cogit l. 2. Nat. H. c.* XXXVII. Hæc inter alias etiam eſt cauſa, Quod iſta *Jaſonis expeditio Argonau-*

ti:

tica tantopere fuit Veteribus celebrata, eò quod *Argonautis* cum tot piratis *Colchicis* decertandum esset, priusqnam *aureo vellere* potirentur. Non solum enim *Rex Æetes* hospitum cædibus litabat, sed ejus quoque mores imitati subditi immanes erant & sævi in naufragos quosque: indeq; infame quondam *Ponti Euxini* nomen fuit. Quia qui nunc εὔξεινος & *hospitalis*, olim ἄξεινος est vocatus, ut illud Ovidii habet:

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,
Dictus ab antiquis AXINUS ille fuit.

Idem ex *Apollodori l. 2. de Nav.* & ex *Eratosthene* demonstrat *Strabo l. VII. Geogr. f m. 281.* ἄπλουν εἶναι τότε τὴν θάλασσαν καὶ καλεῖσθαι ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενο-

ξενοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων, ὕστερον δὲ εὔξεινον κεκλῆσθαι τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλιν κτισάντων. *Priscis seculis mare istud nulli patuisse navigationi, & proinde ἄξεινον i.e. inhospitalem pontum appellari solitum, propter tempestuosa & per hiemes interclusa loca & accolarum immanitatem, maximè Scytharum, hospites immolare solitorum, & humanis vescentium carnibus, & pro pateris calvariis utentium. Novissimè autem cum Iones ad littora urbes condidissent, Euxinum i.e. benignum hospitalemque vocari cœptum.* Neq; ea *prædonum manus* tantum Ponto Euxino aut *Bosphoro Thracico* conclusa est, sed eadẽ per *omnia maria vagatur, ex raptu victura & cæde aliorũ hominũ.* Tales igitur in *mari Mediterraneo, in Oceano Germanico, in Atlantico, Æthiopico Indi-*

coque

coq; paſſim diſcurrunt homines *Polyporũ inſtar* velorũ facies mutantiũ & nova Acatia induentiũ quoties ipſorum ingenio perplacet.

§.11. Ne autem iſta tantum ſit *mare & navigia infeſtantium* turba qui *ſuper mari* vehuntur : Ipſe quoq; Pontus gignit & educit fœtum , *monſtra nimirum marina & immania Cete*, quorum & tanta vaſtitas & velocitas eſt, ut magnum aquarum cumulum in navigia evomere , ſæpè quoq; minora demergere valeant. De quibus inter alios *Olaus Magnus* in ſua *Hiſt. Boreal.* legi poteſt.

§.12. Denique non parum difficiles & arduas quoque navigationes faciunt *frigora Borealia & Imbres mordaces*, qui non tantum remigum & nautarum corpora debilitant, ſed etiam carinas continuis iſtis mordacibusque deſtillationibus

bus dissolvunt, ut mare in laxatas compages subeat,

Dum laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fathiscunt.

Quantum *nives & glacialia frigora* noceant navigantibus, isti qui *Boreales Oceani plagas* pervagantur, possent testari: Inprimisque navales istæ expeditiones *Batovorum in plagam Borealem, in novam Zemblam, in Groënlandiam* & similes glacialis maris regiones susceptæ, quas *Gerard. à Vera* aliique descripserunt, quas nemo sine stupore & (ferme dixerim) sine lachrymis legere valeat. Sicut autem in istis locis *septentrionalibus* multum nocent *frigora*: ita *sub Linea æquinoctiali, & ad meridiem, nimius sæpe æstus & ardores solis incommoda non una navigantibus pariunt.*

§.13 Ista

§. 13. Ista tamen *pericula* fere omnia *communia sunt* singulis navigantibus, SPECIALIA autem quæ *Salomonis nautis* erant metuenda, *nec minora nec pauciora erant.* *Neque enim Compassum Magneticum*, neque tàm exquisitas *mappas hydrographicas* possederunt, quales jam habemus, ut ut per *Salomonem* non parum informati sint *de Regione aurifera, de locis vicinis, de statis anni & negotiationum temporibus.* Similiter in multa *vadosa loca & saxa* impegerunt, quæ in Mari Rubro occurrerunt. *Tempestatibus* quoq; *fluctibus marinis, & monstrorum marinorum* quorum etiam *Cicero* meminit *l. 1. d. Nat. Deor. f. m. 145. insidiis, inimicis imbribus & æstivis solis ardoribus* erant obnoxii. Nam *ab iis omnibus non solum littora Indiarum insulis & Peninsulis refertarum, sed etiam mare Erythræum fuit infame.* Ita *Pompon.*

Mela

Mela l.III.d.ſit.Orb.f.m.205. Rubrum mare procelloſum, aſperum, mare profundum & majorum animalium magis quàm cæterorum capax eſt. Sunt enim in fundo prominentes inſulæ, frequentia vada, anguſti obliqui & incerti canales, tum præterea alia juncorũ & marinorum fruticum ingens copia in alto prominens, atque etiam aliæ arbores, quæ navigationis curſum impedire poſſunt. Inſuper propter rapidum aquarum curſum & impetum fluctuum, frequentibus convulſionibus littora prærupta ſunt, ex quibus vortices atq; vertigines cum ingenti periculo fieri neceſſe eſt. Et ne id tantũ de uno ejus Arabico ſinu intelligatur, audire etiam placet *Plin.l.13.c.25.* id de *toto mari Orientali* extendẽtem: *Rubrũ, inquit, & totꝰ Orientis Oceanus refertus eſt Sylvis.* Quanquam & iſtud tradat alicubi *Procop. l.1.d.B.Perſ.* Prædictũ Rubrũ mare in *tenebris minus,*

luce

luce vero *magis procellosum* esse & *æstuosum*. Nam plerumque

— — *Sylvaq; & sævaquiescunt*
Æquora cum medio volvuntur
sidera lapsu.

§. 14. *Hæc pericula navigantium omnia & difficultatem* navigandi prævidens, qui nihilominus sciens volensque mari se comittit, annon *magni & confidentis animi* hominem esse oportet? Annon *primum* mare ingressum *Audacem*, & τολμῶντα fuisse oportet? *Pleriq; ex veteribus & Neotericis Scriptoribus* & primos & sequentes omnes navitas in Audaculorum classem transtulerunt. Ita *Hor.* olim cecinit:

Illi robur & æs triplex
Circa pectg erat, qui fragilē truci
Commisit pelago ratem
Primus.

Non satis *periculorum* erat in terris

ris positum, *Discrimina* quoque *in mari* erant tentanda. Quando ventorum murmura, *imbrium & tonitruū* vim audimus, timemus etiam, dum domi latitamus: Exhorrescimus cùm in camporum recessibus, in sylvis & solitudinibus moramur. Quantum itaque *periculorum in procellosis æstuantium marium fluctibus* futurum erat? Attamen ea omnia supergressus est homo, animum ferreo & adamantino pectore firmans,

Qui siccis oculis monstra natantia
Qui vidit mare turgidum &
Infames scopulos Acroceraunia.

Scilicet *hominis curiositas cum audacia conjuncta semper ultra tendit & nihil fere relinquit inausum.* Hinc *Bias* unus ex *Septem Græciæ sapientibus* tanta maris pericula considerans, ὁ ναύτης, inquit μήτ' ἐν τεθνηκόσι

σι μήτ' ἐν τοῖς βιοῦσιν ἐστιν. ἀμφίβιος καὶ ἐπὶ τῇ τύχῃ πᾶς γενόμενος : Scilicet *navigantes nec vivorum nec mortuorum censu numerandos* esse voluit: *Sed intermedio loco computandos, utpote quorum vita in morte & mors in vita sit præsentissima* : Quid enim?

— — — *concurritur : horæ*
Momento aut cita mors venit, aut
victoria læta.

Quo etiam tendebat *Anacharsis Scythæ* regia stirpe nati responsum, quod alicui, *utrum plures sint mortui an vivi?* interroganti, dedit : τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης; *navigantes in utro numero ponis?* Dubitabat nimirum, an inter vivos habendi, qui vitam undarum & ventorum arbitrio commisissent. teste *Diog. Laërt.* περὶ βίων *l.1. c. 8.* Idem, cuidam percontanti *quænam essent*

secu-

fesurissima navigia? τὰ γενεωλκημένα inquit, *i.e. ea quæ in portum venerunt. Plautus* certè omnium molestiarum comitem & fomitem *navem* indigitat, quando inquit: *Negotii qui volet sibi vim comparare, navim & mulierem, hæc duo comparato.* Hinc summus autoritate & potentia *Cato* aliquoties dicere consvevit: *Ejus se inter alia duci pœnitentia, quod, quo terra pervenire potuisset, navi iverit. Cajus Plinius Sec.* in hunc dilapsus locum Comm. in proœmio l. XIX. Nat. hist. Ubi *de lino liniq; usu in vela conficienda* adhibito agit, ita paratragœdiatur: *Audax vita, scelerum plena, aliquid seri, ut ventos procellasq; recipiat & parum esse fluctibus solis vehi. Sed quamvis amplitudini antennarum singulæ arbores sufficiant, super illas tamen velorum alia vela: prætereaque alia*

in

in proris, alia in puppibus pandi, ac tot modis provocari mortem. Et mox: *Satis non fuit hominem in terra mori nisi periret & insepultus.* Cum aliquis *Callimacho* magnopere felicitatem negotiationis marinæ deprædicaret, & lætissimum in planum mare profectum ostenderet, respondit: ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν. *Quam jucundum est mare ex terra intueri.* Indicans lætum esse prospectum maris, sed difficilem & prorsus audacem maris ingressum. Quare etiam *Alexis dixisse fertur:*

Ὅστις διαπλεῖ θάλασσαν, ἢ μελαγχολᾷ
Ἢ πτωχός ἐστιν, ἢ θανατᾷ. Τούτων τριῶν
ἑνὸς τ' ἀποτυχεῖν τ' οὐλάχιστον οὐκ ἔνι.

Qui mare navigat, aut insanit,
Aut mendicus est aut mori cupit.

Ex

Ex his tribus

Fieri non poteſt quin unum ſaltem verum ſit.

Et certè ſi verum fatendum ſit, *pericula vitæ & fortunarum* diffiteri nequimus, ita ut hic rectè iterum pronunciaverit *Anacharſis*, qui cum didiciſſet craſſitudinem navis quatuor digitorum eſſe, τοσοῦτον, ἔφη, τοὺς πλέοντας τοῦ θανάτου ἀπέχειν. *Tantū etiam dixit navigantes â morte abeſſe*, ut c. l. *Laertius* habet. Et ſæpe ne quidem unius lateris aut aſſeris latitudine â morte diſtant, ſi præſertim tempeſtates omnia miſceant. Ex quibus tale emergit argumentum. *Quicunque ſciens volensq; præſentiſſimum vitæ periculū ingreditur, is eſt audax. Nautæ ſcientes volentes præſentisſimum vitæ periculum ingrediuntur. E. ſunt audaces.*

§. 15. Sed hiſce ſe *unus ex Neotericis*, quod ſciam, *Bartholom. Keckerman-*

mannus in suis Problem. Nautic. parte 1. General. p.m 757. opposuit & temerarium à Nautis auium proscripturus, distinguit *inter periculum temeritatis & vocationis*, quorum illud adire *audaciæ* est, hoc verò officium alicujus postulat. Et rectè quidem. Nam *non omne periculum est subterfugiendum. Aliàs nec bellorum alea subeunda, in quibus non minora certè sunt pericula, quam in navigiis; nec metallifodinæ ingrediendæ,* in quarū cavernis qui latitat, quantum quæso abest à morte? quantum à casura terræ & sabuli præcipitio & violenta sui oppressione? *Nec ædificia aut turres erigendæ,* à quorum ruina immane quantum damnorum & periculorum suboritur? *Nec piscium captura, nec peregrinationes, nec venationes* sine improperio ac temeritatis nota suscipi possent, utpote ex quibus etiam multi aut pereunt

reunt aut vicini ſunt morti. Ac proinde diſtinctione illa pręmiſſâ, *Major* eſt intelligenda *de periculo temeritatis & audaciæ*; cum tamen *Minor* valeat de *periculo vocationis & officii*. Et quid tandem dicendum? Si *naviigiationis & navigiorum uſus* ab *Adamo* deſcendit quod ſect. 1. volebamus, aut ſi à *Noacho* venit, viris DEI ductum ſequentibus, & DEI juſſu naves fabricantib9, numqvid adhuc *audaciæ opus* erit navigaſſe? Aut *indecentis temeritatis* poſtulandi iſti viri, quorum facta DEO probantur? Cur itaque *Chriſtus Dominus noſter ſe mari conerediḍiſſet? cur diſcipulos naviculis agendis aſſuetos non abſtraxiſſet ab iſto vitæ genere, ſi illicita ea eſſet vitæ ratio, ſi audaciæ plena?* Imo ex *Dominio maritimo Adamo & Noaho divinitus conceſſo* ego iſtud eliciendum eſſe judico, quod *navigationes ſint tale DEI beneſi-*

G

neficium quod ipse hominibus non tantum in sui usum, sed etiam Dominium maris vindicandum concessit, natura implantavit & ad exercendum instimulavit. Proinde *mitiꝰ quidem pro Nautis pronunciandum est* judico, *eosq; non tam audaciæ postulandos*, quam *in suæ vitæ & muneris statione commendandos*, & ut sua fideliter & cum debita pietate exequantur munia, commonendos esse.

§.16. Et uti negatum ire nolumus, *multos ex remigum & navitarum numero* esse, fierique per ἐμπειρίαν & toties feliciter institutam navigationem *audaculos, & modum pietatis ac honestatis excedere*: Ita vicissim contendimus, *totam ναυτηλίαν non esse condemnandam, aut vitii arguendam. Neq; enim vitia artificis arti sunt imputanda.* Neque universalis regula ea est constituenda: *Nullum*

nautam

nautam esse bonum: quin potius ita concludendum: uti *veteranis militibus* propter victoriam sæpius reportatam, *metalli fossoribus* ex fossis aliquoties feliciter prodeuntibus, *venatoribus* Sylvestrium bestiarum impetus sæpius sustinentibus *fortitudo* ἐμπειρικὴ *experimentalis*, quã vocat *Aristoteles* διὰ τὴν ἐμπειρίαν, ascribitur, ita etiam *eandem nautis ex naufragiis & periculosis navigationibus sæpius eluctantibus, ita ut iis animus crescat & obfirmatio pectoris quasi callum obducat, tribuendam esse.*

§.17. Quantò autem *majora* fuêre *navigationum pericula*, tanto etiam copiosiora sunt *commoda* earundem: Et quo *major difficultas* nautas oppresserat in mari: Eò *major* eos *spes* alit & *utilitas* quam ex ναυστλίᾳ habent. Ita ut si *hanc cum*

illa conferas, *illa præ hac minor fiat*, quam *ut debeat attendi*. Eſt enim ut breviter multa complectar, Utilitas Navigationum 1. ECCLESIASTICA, 2. POLITICA, 3. OECONOMICA, & 4. PHILOSOPHICA.

§. 18. Quantum enim *Navigationes*, olim promoverint, & hodienum etiam promoveant PHILOSOPHICAS SCIENTIAS, cogitare potius quam effari poſſumus. Breviter id Phyſica & Geographia demonſtrabunt. PHYSIOLOGIAM *noſtri Orbis* raris *plantis & herbis*, inauditis *feris & avibus*, inuſitatis *gemmis & metallis*, aliisq; ex novo Orbe nobis communicatis adaugent. GEOGRAPHIAM HYDROGRAPHIAMQUE mirum, quantum perfecerint Navigationes, ita ut *hodierna globi terreſtris ſcientia*, & *omnium locorum cognitorum adapertio*, cum priſca *Eratoſthenis*, *Poſidonii*, *Eudoxii*, *Hecatei*, *Anaximan-*

ximandri, Milesii, Ptolomæi, Melæ de πραγματεία γεωγραφικῇ notitia collata *lucem meridianam*, illa autem *illunis noctis* obscuritates præ se ferre videantur. Quis *Orientem & extimas ejus insulas?* quis *Austrum & longe cohærentem terræ incognitæ tractum?* quis *occidentem & totam Americam? quis septentrionem & totum glacialem Oceanum* cum insulis & terris latissimis cognovisset, nisi navigantes eö descendissent?

§. 19. *Utilitas* OECONOMICA Navigationum in eo cõsistit, quod multa non tantum *frumentorum & leguminum*, sed etiam *aromatum & condimentorum exoticorum & amplissimorum & pretiosissimorum* genera in nostris *officinis & culinis* hodiè habeamus, quibus majores nostri carere, & solis inquilinis terræ suæ fructibus contenti esse debuerunt. Hinc tantum *facchari* & *piperis*,

tantum *Cinnamomi* & *Zingiberis*, tantum *nucum myristicarum* aliorumque *aromatum*, quæ & oriens & occidens abunde ad nos emittit, habemus, ut nullius hodie adeò abjecta sit culina, quę non aliquid horum exhibere posset.

§.20. *Utilitatem* POLITICAM eam vocamus, qua *Reges, Principes, & liberæ Resp. nostrorum Europæorum* etiam *Asiaticorum* & *Africanorum* non tantum PUBLICA COMMERCIA *navalia* etiam cum remotissimis gentibus exercent, quod certè beneficium DEI tantum est, ut satis æstimari non possit, nec sat digna gratiarum actione exolvi: Sed etiam BELLA MARITIMA ex usu Reip. geri, & minori cum damno aut noxa vel profligari & deleri, vel protrahi & dilatari; IMPERIORUM etiam *fines* ad remotissimas terras & insulas, quas *DEus abscidit*

pru-

- - *prudens oceano dissociabili,*
proferri, tot *ferocissimæ gentes, & barbaræ nationes* jugo laudabiliũ Principũ & Regũ subjici & ad mansvetã vitę rationem traduci possunt. Qua certe (*felicitate* dicã *an summa potestate*) *Lusitani, Hispani, Galli, Angli, Batavi, Veneti, Genuenses, Dani, Sveci*, aliique *Europæi* populi gaudent cum magnâ *Europææ* gentis, laude, honore & terrore.

§.21. ECCLESIASTICAM denique *Navigationum utilitatem* in eo ponimus, quod per eas una cum regnorum amplificatione etiam *Ecclesiæ limites proferantur, & verbum Evangelii etiam remotissimis & dissitissimis Japonibus, Malabaribus, Sinensibus, Moluccanis, Peruanis, Brasilianis, Patagonibus, Californianis, Quiviranis, Virginiensibus, Islandis, Russis, Tartaris, Mongulanis, aliisq; ad quatuor mundi cardines populis*

habitantibus annuncietur. Cum antea in cœca ἀθεότητι & gentilibus non Idolomaniis & superstitionibus tantum, sed si quid iis etiam asperius aut abominabilius nominari potest, versati fuerint. Quanquam enim istorum *emissitiorum vel Pontificiorum vel Calvinianorum impurum* sit, & propter varias *superstitionum & falsorum dogmatum admistas paleas, inquinatum ministerium*: tamen *semen verbi divini non erit sine fructu*, ut & hic & illic & alibi locorum *puriones fiant auditorum aures, quam fuerint prædicantium linguæ. Sicut descendit imber de cœlo & non revertitur illuc, sed germinare facit terram & eam inebriat: sic erit verbum meum quod egreditur de ore meo, non revertetur illud vacuum, sed faciet quæcunque volui & prosperabitur in his ad quæ misi illud* inquit DEUS ipse *Es.55,10.*


§.21.

§. 21. Hinc esse arbitror quod tam egregiæ apud *Patres* extent *Maris commendationes* ; Eæ enim pleræque etiam *Navigationibus* laudem conciliant: Ita *Ambros.in Op. de Creat. Sex dierum*, *Bonum*, inquit, *mare, tanquam hospitium fluviorum, invectio commeatuum, quo sibi distantes populi copulantur, quo præliorum removentur pericula, subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, separatorum conjunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vectigalium, sterilitatis alimentum.* His gemina habet *S. Basilius Hom. 4. Hexaëm.* & Gregorius *Nazianzenus l. 2. d. Theologia & Theol.* Eleganter quoque, ut solet, *Plut. in libro* qui inscribitur *Aquæ & Ignis Comparatio tom 1. Oper. Moral.* p.m. 450. *Mare elementis utilitate inferius non est, cũ alias ob res, tum ob hominum commercia.*

cia. Vitam enim noſtram agreſtem alioqui & commerciorum expertem hoc elementum conjunxit & perfecit, mutuis auxiliis directam, & permutationibus communitatem & amicitiam conciliantem. Heracliti eſt, ſi ſole careremus noctem nobis futuram perpetuam. Licet autem nobis eodem modo dicere: Absque mari fuiſſet homo animal omnium animalium feriſſimum & imprudentiſſimum. Plura alia huc pertinentia omitto. Cum quibus ſi velit etiam *Scripturæ Teſtimonia* conjungere, quæ *Job. 40. v. 10. Pſal. 104. v. 25. 26 Eſ. 23. v. 1. 2. &c.* extant, *Aquarum* pariter *& Navigationum encomiis* applauſum daturus eſt benevolus Lector.

§. 23. *Eas quoq; cauſas* SALOMONEM *compuliſſe, ut* OPHIRANAM iſtam *claſſem adornaret, & in auri feraciſſimas Orientis regiones mitteret, nullum eſt dubium. Neque eum etiam ſua ſpes feſel-*

fefellit. Ex ista enim classe Salomon se suosque cives omnes auro & argento, pretiosissimis gemmis, omniq; aliarum rerum copia ornavit, ut major divitiarum, aromatum, animalium, lignorumque affluxus in Judæa non fuerit, quam Salomonis tempestate.



CAPUT II.

DE PORTU ET NAVALI CLASSIS SALOMONÆÆ.

NAupegi commodum *navale*, Navitæ securum *portum* sibi ante omnia eligunt. Neque enim aliter utrosq; facere oportet, quam sollicitos esse de utroq; in expeditione aliqua maritima: de illo quidem, in quo aptari & confici, de hoc autem

autem, in quo tuto quiescere, & si quid labis & rimarum contrahant, reparari possint navigia. Qua de re etiam *SALOMON sapientissimus Navigationis Ophiranæ Director & Princeps*, commodissimam νεώριον & oportunissimum portum sibi delegit, *ASION GABER* scilicet *in mari rubro* situm, *in quo & recentes naves facile concinnari*, *in quo stare*, *ex quo exire & ad quem appellere opportunè* poterant, quoties *ex Ophirâ INDICA redibant onustæ*, & in *illam ex isto vacuæ tendebant*. Ut autem & hic ordine procedamus, duas quoque hic constituemus sectiones, quarum PRIMA de *ASION-GABER*, & SECUNDA de *AILATH* erunt, quia utriusque loci in sacris fit mentio, atque de utroque non leves suboriuntur dubitationes. Esto igitur

SECT.

SECTIO I.
DE
ASIONGABER.

Summaria.

§.1. *Navale Salom. Asiongaber seu Ezeongeber.*

§.2. *Notatio nominis triplex.* ξυλακισμοφόρος.

§.3. *Sam. Bocharto est Spina Viri gibbosa.*

§.4. *Becani Chabriæ Castra. Quis Chabrias?*

§.5. *Chabriæ castra seu Bætogabra ubinam?*

§.9. *Asiong. non potest esse Chabriæ castra.*

§.7. Ασιωνγάβερος, γαιωσιμγάβερ. *ESSIA, ASIA.*

§.8. *An Asiong. sit Berenice?*

§.9?

§. 9. Neg. Fullerus.

§. 10. prob. ex Arriano.

§. 11. Asiong. ad Mare Rubrum.

§. 12. Goropius transfert ad Mediterraneum.

§. 13. Malè.

§. 14. Ad Mare Rubr. prob. 1. ex descriptione Topographica.

§. 15. (2.) Ex statione Israelitica.

§. 16 (3.) Ex autoritate Geographica.

§. 17. Refell. Goropii argumenta. 1. diductum â finibus Idumaeae.

§. 18. Resp. per Distinct. inter Idum. superior. & inferiorem.

§. 19. Resp. per Neg. Min. & per inversionem.

§. 20. Argum. 2. ab etymolog. Resp.

§. 21. Argum. 3. ab intercapedine terra. Resp.

§. 22. Argum. 4. à societate Tyriorum. Resp.

§. 23. Salomon fecit naves in Asiongaber, non circumvexit maria.

§. 24

§.1. Locus

§. 1. *Locus*, in quo ſuam *claßem* confecit, & ex quo eandem eduxit SALOMON, in ſacris expreſſe vocatur ASION GABER, *Hebraicè* עֶצְיוֹן־גֶּבֶר ſcribitur 1. *Reg*. 9, 26. & 2. *Paral*. 8, 18. Sed in Numeris *c*. 33, *v*. 35. 36. propter accentus regios, producentes (ֶ) in (ָ) etiam ſcribitur עֶצְיוֹן גָּבֶר quæ ipſa ſcriptio repetitur 1. *Paral*. 20, 26. & 1. *Reg*. 22, 49. *it*. *Deut*. 2, 8.

§ 2. Quæ genuina hujus nominis ſit ratio, parum conſtat. Aliqui ex עָצַם *robuſtus fuit*, & גֶּבֶר *vir* derivant, quod ſit עֹצֶם גֶּבֶר *robur viri*, ſed neque literæ radicales conſonant, neq; ſignificatio loci. Aliis videtur deſcendere ex עָצָה *leviter claudere*, eò quod videatur *leve aliquod clauſtrum*, ſeu *oppidulum tenuiter ſeptum*. Optimè iſti mihi cum B. Luthero facere videntur, qui

qui *Ezion geber* vertunt Starckholtz/ ex themate nimirum עץ quod *lignum*, synecdochicè *arborem*, & in genere *quævis arbusta & frutices* significat, & ad *ea omnia transfertur quæ altius excrescunt, & ramos producunt.* Ita ut עציון naturam alicujus nominis *in fine litera* ן *aucti* induat: cui altera compositionis pars accedit גֶּבֶר vel גָּבַר ex גָּבַר *validus fuit & robustus.* Ac proinde *Ezion geber* vi nominis erit *Lignum validum seu Lignatorium robustum*, eò quod in isto *Maris Rubri* tractu ad *Ezeon-geber* in vastissimis scilicet solitudinibus & Arabicis desertis multum lignorum cædebatur ad structuram domuum & navium aptorum. Ita etiam S. *Hieronymus in Epistolâ ad Fabiolam exposuit*, vocavitque *lignationes viri*

viri aut dolationes hominis, quod (inquit Hieron.) *significantius Græcè dicitur* ξυλακισμοφόρος. *quæ vox significat, lignorum ferax, quod ea solitudo sit ferax arborum: & diligentis Magistri* (inquit Hieron.) *disciplina monstratur cædentis ligna informia, & dolantis, facientisque vasa diversa*: vide igitur *portui Sylvam in eo deserto adjacentem, maximè opportunam ad præbendam materiam navibus.*

§. 3. Non satis assequi valeo quod *Samuel Bochartus* in *Chanaan* suâ *l. 1. c. XLIV.* hanc in rem adducit. עֶצְיוֹן גֶּבֶר, *inquit, est vir, &* גֶּבֶר *est Spina viri: Nempe* עציון *idem quod* עצה *vel* עצי *forma diminutiva.* Itaq; *Asiongaber est* ῥαχὶς *vel* ῥαχία *ru[i]es in spinæ seu dorsi modum in mare excurrens. Hesychio* ῥαχία *est* πᾶς πετρώδης αἰγιαλὸς, *omne littus* saxo-

fum

um. *Suidas exponit* τὴν ἀκτὴν καὶ τὸν τόπον αὐτὸν, ᾧ προσαράττει τὸ κῦμα *littus & ipsum locum, ad quem allidi-tur fluctus. Et proverbio dici notat in garrulos & obstreperos* ῥαχίας λαλέστερος *quia littus scopulis & rupibus asperum ab assiduis fluctibus non sine fragore tunditur. Hujusmodi* ῥαχίαις *infamis est locus, in quo sita est Dyrra-chium* ὅθεν καὶ διὰ τὴν ῥαχίαν δύσορμον δυῤῥάχιον ὠνόμασαν τὸν τόπον, *unde etiam propter impetuosam spinam seu rupem locum illum appellarunt Dyrrachium, Suida teste & Scriptore Etymologici magni. Ita & sinus Arabicus maximè* ἐν τοῖς ἐπάνω *in superiori parte h.e. intima, ubi Asion Gaber.* Ita Arrianus in Periplo: οὗτος Ἀραβικῆς χώρας ἡ παράπλους, ἐστὶν ἐπισφαλὴς καὶ ἀλίμενος ἡ χώρα, καὶ δύσορμος καὶ ἀκάθαρτος, ῬΑΧΊΑΙΣ καὶ σπίλοις ἀπρόσιτος. *Hæc*

Ara-

Arabicæ continentis præternavigatio periculosa est, & importuosa regio, & inhospitalis & fœda rupibus & scopulis inaccessa. A vicinia talis alicujus ἐσχατιᾶς dicta est Asion Gaber. Proinde classis Josaphat antequam inde solveret, in ipso portu confracta est 1. Reg. XXII. 49. Et Asion Gabere deserta posteriores Ailam magis frequentaruut. Hæc Bochartus. Quæ quidem suam haberent probabilitatē si modò de eo constaret, an עֶצְיוֹן esset per apocopen quasi עָצֶה dictum. עָצֶה enim spina est ex עָצָה clausit, eò quod claudat hominis tergum.

§. 4. Prorsus ridiculum est, quod *Johan. Gorop. Becanus in Hispan. l. V. §. p 74. seq.* nescio qua inflexione vocum motus habet, qui *Eziongeber vult dictum quasi CASTRA*

CHA-

CHABRIÆ, ut si esset גֶּבֶר עֶצֶם seu *robur & munimentũ CHABRIÆ*. Scilicet ista *CHABRIÆ* CASTRA *à Ptolomæo, Strabone, ad fines* Ægypti & Idumeæ, prope sinum Nili Pelusiacum collocantur, & longissimo intervallo montium & desertorum locorum *à Rubro Mari*, ne dicam ab *Elanitico* sinu distant. Quamquam nihil certi habeam, quod dicam de illis CHABRIAE CASTRIS, tamen nomen isthinc venire puto, quod *Chabrias* insignis Atheniensium Imperator, *Regi Ægypti Tachos* dicto, cum bellum *Artaxerxi* Persę decrevisset, auxilio profectus in isto littoris tractu castra formarit. Aut si *Tachoi Regis Claßi Maritima castra in terris posita* non conveniant, ex eadem *Siculi* Bibl. hæc CHABRIAE CASTRA poterunt ad istam Chabrię expeditionem referri, quâ

Regem

Regem Acorem adjutum descendit in Ægyptum, ut â quo vir *Imperatoria solertia insignis, & praeclaram virtute gloriam adeptus* evocatus erat, ad bellum contra Persam gerendum: A quo tunc bello, instinctu *Pharnabazi Satrapis Regis*, publico Atheniensium decreto est domum revocatus, ut est in eod. *l. XV f. 471. & Corn. Nepote, in Vita Chabriæ c. 2. & 3.*

§. 5. Ista autem CASTRA CHABRIAE, quæ Ptol. vocat *Bætogabram*, sunt ad *lacum Sirbonis*, hodie *Elgolfo de Damiete*, in continente terra ex excelso aliquo promontorio in Mare Mediterraneum prospectantia, ubi & *Gerrum & Seregma & Casius mons*, nobilitatus *Pompeij M. Sepulchro*, & Jovis *Casii templo* in *Casioti* scilicet regione, ubi irruptio est Sirbonidis in Palæstinum mare. Qua de re ne dubites, ista ex *Strabonis*

nis Geogr. l. XVI. adjicio: ἔπι δὲ τὸ κάσιον, θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων, ἄνυδρος, ὅπου τὸ πομπηΐου τοῦ μάγνου σῶμα κεῖται, καὶ Διός ἐστιν ἱερὸν κασίου. πλησίον δὲ καὶ ἐσφάγη ὁ μάγνος δολοφονηθεὶς ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων. εἶτ' ἐπὶ πηλούσιον ὁδός: ἐν ᾗ τὰ γέῤῥα καὶ ὁ χαβρίου λεγόμενος χάραξ. *Casius est mons quidam accumulatus in Promontorii modum, aquarum inops. In eo magni Pompei corpus jacet: & Jovis Casii Templum, & non procul inde magnus jugulatus fuit, & à Ægyptiis dolo interemptus. Postea est via, qua Pelusium defert, in ea sunt Gerra, & id quod Chabriæ Vallum appellatur*, conf. Plin. l. V. H. N. c. 12.

§. 6. Quæ omnia quam discordant ab *EZIONGEBER*? Nunquid unquam *Chabrias castra posuit ad Mare Rubrum, aut in Sinu Elanitico*? Nunquid *Chabrias ex Græcia in Ægyptum*

ptum navigans prius in Maris Rubri sinum & castellum devenit, ut ibi castra metaretur? Nunquid unquam ista *regio Casiotis*, seu *Promontorium montis Casii in ditione Salomonis fuit, ut in eo pararet classem, ituram in Malacam & Sumatram Indicam?* Tantum abest, ut *ASIONGABER ista Chabriæ castra* esse possit, ut potius inversionem terræ, & littorum à littoribus μετάθεσιν crediderim, quam istam Goropianam vocum allusionem acceptem; cui neq; *Abraham Ortelius* in exhausti laboris & scientiæ Geographicæ Thesauro, neque *Johannes de Pineda*, suos adjiciunt calculos. Quin *Pineda* de eo sic pronunciat: *mirabilis est Goropius iste in nominum notionibus inveniendis, concinnandis, Componendis & velint nolint, ad rem suam alliciendis. Res illa de* CHABRIÆ CASTRIS *sive*

Batoga-

Batogabra, incerta: de qua libenter usurpo Ortelii verba (nim. in Thesauro Geographico in voce Βατογάβρα) ubi de hac Becani conjectura: LEGANT ET JUDICENT ERUDITI: *mihi hæc indicasse sufficiet. Sane illæ nominum conjecturæ vix unquam solidæ, frequenter fallaces, post quam rerum atque locorum veræ appellationes corruptæ, aut ex aliis in alias res translatæ.*

§. 7. LXX. Interpp. Hebræam vocem retinẽtes, vocarunt γασιωναβερ. & in aliis Codd. γεσιμγάβερ, item γασίων, item, γασιών, & in edit. Rom. γεσιών, nomina locorum propria suo more infleєtentes, non autem totum nomen auferentes. Vetus *interpres Latinus* ubique *ASION GABER* retinuit, perinde ut & *Josephus* Ἀσιωνγάβερ. Notum est autem ע *primam nominis istius literam aliquando in G.*

 muta-

mutatum pronunciari, aliquando propter insitam prolationis asperitatem prorsus omitti. Testatur *Hieronymus de Locis Hebraicis, ad suam ætatem tot sæcula permansisse, & nomine paululum mutato ESSIAM vulgò appellatam. Est Civitas Esau,* inquit, *quem nunc ESSIAM nuncupari putant, juxta Mare Rubrum, & Ailam.* Quam autem Hieronymus *ESSIAM*, eam *Eusebius* Ἀσίαν nominavit, vocis compositæ ultima parte neglecta, & priore, Romano & Græco more inflexa.

§.8. *Flavius* JOSEPHUS *l.VIII.* Ἀρχαιολ. Ἰsδ. *c.2.* testatur, quod hæc ASIONGABER sua ætate BERENICE fuerit appellata, ex eodemque, ut arbitror, id hausit S. *Theodoretus*, qui & ipse *Beronicen* insignivit: verè, an secus, hoc loco non contendam. Ita Josephi Verba habent:

ἐναυ-

ναυπηγήσατο δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ αἰ-
γυπτιακῷ κόλπῳ σκάφη πολλὰ τῆς
ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν τινι τόπῳ λεγο-
μένῳ Ἀσιωνγάβερ. αὕτη γὰρ Βερενί-
κη καλεῖται, οὐ πόῤῥω Αἰλανῆς πόλεως.
χώρα τὸ πρὶν Ἰουδαίων ἦν. *Fabre-
fecit Rex in Ægyptiaco sinu multa
navigia in aliquo Maris Erythræi loco,
dicto Asiongaberos. Ipsa autem Be-
renice vocatur, quæ non procul est ab
Elanâ civitate, quæ regio quondam e-
rat Judæorum.* Hæc an verè, an per
lapsum & incuriositatem Geogra-
phicam dicta sint, non ambigo.
Istud certum est ex Ptolomæo,
quod *Berenice Ægypti urbs fuerit ad
sinum Arabicum.* Sed an idem locus
Asiongaber & Berenice fuerit di-
ctus, negat *Stephanus Niger,* qui i-
llud oppidũ circa Syriã, quod aliàs
Bella appellatur, intelligit; pernegat
etiã *Nicol, Füllerꝰ Misc, Sacr. l 4. c 20.*

Quia *Asiongaber* sit in littore Maris Rubri Orientali; Sed *Berenice* in littore ejusdem Meridionaliori, ita ut sibi quasi invicem oppositi portus navales haberi debeant, ita ut in Asiongaber fuerit Salomonis negotiatio Indica & Arabica; at in Berenice fuerit Regum Ægyptiacorum mercatura, & quasi quoddam jus stapulæ, non quidem iisdem, sed diversis temporibus.

§.9. Id ut eò melius capias, explicabo ipsius *Fulleri* verbis: *Donec Edomæi in ditione Regum Judæ erant, solebant mercatores Indici ex urbe Elana* (adde etiam Etsione) *Petram petere, atque inde Hierosolymam Tyrumque merces pervehere. At postquam, creato sibi Rege defecerunt, à Judæis Edomæi* (quod Joramo impio pii Josaphati filio regnante accidit 2. *Reg.* 8, 20.) *immutatus est aliquantum mos antiquus. Si quidem deportarunt*

Elana

Elana (aut Etsione) *negotiatores mer-es suas more solito Petram : Inde au-em nequaquam ulterius progressi, in-erdicente videlicet eis Rege Idumæo udæorum commercio, novo jam itine-e Rhinocoluram divertere cœperunt. Qui mos sanè per quam diu mansisse idetur, usque dum Ptolemæi Ægypti-rum Reges opibus & potentia florentes ndicam & Arabicam quoque negoti-tionem Alexandriam pertrahere ummo conatu studuerunt. Idque ma-ima ex parte effectum est, immani umptu apertis ac munitis in litore Æ-yptio, cùm aliis, tum præcipuè portu-us duobus, quorum propiorem Myos ormon i.e. Muris portum, longin-uiorem BERENICEN nominarunt. Nam hi adeò celebres & mercatoribus requentes facti sunt, ut Josephus Etsi-nem Geberis, Berenices portum inter-retari non dubitarit, errore tamen er absurdo, tam intervalli quam po-*

 situs.

ſitꝰ ratione. Quippe procul diſtat Myos hormos, Muris portꝰ, eoq́; magis adhuc Berenices ab Etſionis atq; Elanæ, nempe bidui aut tridui etiã navigatione. Jacentq́; in oppoſitis è regione littoribꝰ: hi ad Orientem ſolem in Nabatæa, illi ad Occidentẽ in Ægypto. Conveniunt autẽ aliquatenus, quod Indicarũ & Arabicarum mercium portus ſint utrique. Veruntamen recentes illi, veteres iſti.

§.10. Hæc omnia diſcimus ex Arriano, qui in periplo Maris Erythræi ita: ἐκ τῶν ἐπωνύμων βερενίκης ἀπὸ μυὸς ὅρμου, δυσὶν δρόμοις ἢ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον, ὅρμος ἐστὶν ἕτερος καὶ φρούριον, ὃ λέγεται λευκὴ κώμη, δι' ἧς εἰσιν εἰς πέτραν, πρὸς μαλίχαν βασιλέα Ναβαταίων. Ἔχει δὲ ἐμπορίου τινὰ καὶ αὐτὸ τάξιν, τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἐξαρτιζομένοις εἰς αὐτὴν πλοίοις οὐ μεγάλοις, διὸ καὶ παραφυλακη

λακῆς χάριν εἰς αὐτὴν παραλυπτὴς τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων, καὶ ἑκατὸν τάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται. *Ad sinistram Berenices bidui aut tridui à Muris portu navigatione adjacentem sinum ortum versus transmittenti occurrit portus alius & præsidium, quod albus pagus dicitur. Ex quo Petram itur ad Malichã Nabatæorum Regem. Est & illud ipsum præsidiũ Emporii loco minoribus navigiis, quæ ex Arabia illuc appelluntur. Quo circa cautionis etiam & custodiæ causa eodem mitti solet, qui quartam partem mercium, quæ importantur, exigat, & centuriotum exercitu.*

§ 11. Ex dictis ut ut non obscurè colligi possit, quod in littore Maris Rubri portus *Navigationis Salomoneæ* ASIONGABER sit collocandus, tamen argutè adhuc inter eruditos disputatur, *an non aliorsũ quoq; transferendus* sit? Ante *Goropium* tamen

Beca-

Becanum nemo, quod ſciam, locum iſtum è *Mari Rubro* dimovere, & ad *Mediterranei* oram transponere eſt adortus. Ita nimirum conclamata res erat apud omnes Theologos pariter, Patres primitivos, atque priſcos Judæos & Geographos, *ASIONGABER* ad *MARE ERYTHRÆUM* ſpectare.

§. 12. Sed *Joh. Goropius Becanus* homo *argutior, & in inveniendo ac novas vias tentando diligentioris operæ & indaginis, quam in judicando & eligendo fœlicis* (judice *Pineda f.* 167.) ſe quaſi ἀσπονδον hujus ſententiæ & Reformatorem totius canæ & ſanæ Antiquitatis profeſſus, auſu plusquam temerario, *EZEONGEBER* ex *Rubro in Mediterraneum, & negotiationem Salomonis indicans* ex Ophira in *Hiſpaniam* transferre eſt aggreſſus; edicitque publicè, ſe *l. V.*

&

& VI. suorum Hispanicorum totis contendere nervis, ut *Asiongaber ex Mari Rubro transferat ad Mediterraneum, & commune errorem temporum antiquitate, & multorum scriptorum inclita sed falsa persvasione vagatum propulset, ac novam sententiam statuat*, constituto tandem *ASIONGABER* ad *Mare Mediterraneum*, unde commodior & necessaria navigatio fieret in Tharsis. Imò & speciosis istius ἀφρήματι ad facilè credendum inductum esse consultissimum & celeberrimum Dn. *Thomam Lansium*, & sub ejus auspiciis *Illustriss. Dn. Georgium Fridericum Limpurgi BARONEM* in illustri *oratione contra Hispaniam* p. 425. invenio: Quamquam videam, eos id magis exercitii Oratorii, quam veritatis astruendæ ergò fecisse. Secus Becanus qui isto suæ diligentiæ & inventionis beneficio

multum de divinæ scripturæ studiosis mereri arbitratur.

§. 13. Si modo *tàm verè*, quam *argutè*. Tam vere, inquam. Nam *falsissimam istam esse GOROPII hypothesin*, duobus his fundamentis evidentissimis potest astrui, ex ipso sacro codice desumptis, quo nihil certius esse potest. Qvapropter salva magni istius & Philologi & Medici Regii autoritate, prævio Scripturæ, veterum ac Recentiorum Geographorum ductu, ASIONGABER in ERYTHRÆO, *non Mediterraneo mari* ponimus.

§. 14. PRIMÒ, quia 2. *Paral VIII. v. 17.* hic locus ita describitur: *Et abiit Salomon in Ezeongeber, & in Eloth super labium (seu ad oram Maris) quæ est in Terra Edom.* Et quod hic Mare Rubrum intelligatur, illud expresse extat *1. Reg. 9, 26.* ubi ita

Spiri-

Spiritus Sanctus. *Et fecit navem in Ezeongeber, qua cum* Eloth עַל־שְׂפַת יַם־סוּף בְּאֶרֶץ אֱדוֹם *super labium maris Suph in terra Edom.* In qua τοπογραφίᾳ notandum *a) mare Suph*, quod quidem absolutè mare algosum & junceum, κατ' ἐξοχὴν autem & specialiter Rubrum Mare notat, quo, de inferius plura dicemus. *(b) Ailath seu Eloth esse in confinio Asiongaber*, ita ut uno itinere à Salomone adiri utraque urbs potuerit & *(c)* quod *Asiongaber fuerit sita in terra Edom*, ubi nimirum spectat in *sinum Maris Rubri*, non *Mediterranei*. Quæ omnia κριτήρια gignunt tale argumentum: *Q. Portus (1.) in terra Edom. (2.) in confinio Elanæ & (3.) in labio seu ripa Maris Suph seu Rubri hæret*,

is p...

is portus non est Mediterranei, sed Rubri Maris. *Atqui Asiongaber* (1.) *hæret in terra Edom* (2.) *in confinio Elanæ &* (3.) *in labio maris Suph seu Rubri,* E. *Asiongaber non Mediterranei sed Rubri Maris portus est.* Quæ hic forsan de *Edomea ampliatione & situ*, nec non de *Mari Suph* excipi possent in sequentibus & thesibus & antithesibus dispallescent.

§. 15. SECUNDO idem evincitur ex *Israëlitarum statione Asiongaberetica*, quæ descripta est *Num. 33, 36.* Cum enim Israelitæ peregrinarentur ex Ægypto in terram Canaan, *mansionem in* EZION GABER *trigesimam secundam* ab exitu suo posuerunt, verba ita sonant: v. 35. *Et profecti sunt ex Abrona, & castra* metati sunt : בְּעֶצְיֹן גָּבֶר & v. 36. *Et profecti sunt ex Ezeongaber, & castra metati sunt in deserto Zin quæ Kades est.* v. 37. *Et profecti è Kades castra metati*

sunt

ſunt in monte HOR. in extremo terræ Edom. Qui locus profectò ita comparatus eſt, ut nullo plane modo ad *Mediterraneum* mare referri poſſit. Ponitur enim *inter Abronam & inter Zin ſeu Kades deſertum, & non longe à monte HOR, in quo ſepultus eſt Aaron*, quæ tria loca qui ad Mare Mediterraneum quæreret, is *Londini Anglorum in ædibus Nazaræis curæ Medicorum committendus eſſet*, (ut Phraſi Lanſiana in ſimili materia utar.) Inſuper *Statio XVI. Iſraelitarum in Harmona v. 29.* ad *Mare Mediterraneum* proxima erat & 32. *in EzeonGaber ab eodem inter ſequentes remotiſſima, remotior adhuc, quam montes Sinai, Horeb, & deſertum Sin.* Quomodo igitur *Ezeongaber* erit *Urbs maritima ad ad Mare Mediterraneum.* ſita? Cum quibus conjunge etiam locum ex *Deut.* 11, 8. ubi S. Moſes itinerum

H 7 Iſra-

§.16. Quibus duobus immotis fundamentis subjicimus (3.) *constantem Geographorum consensum*, quem quamquam parvi fecerit Goropius, utpote quem armata manu adortus omni autoritate spoliare conatus est: Aliis tamen, qui non omnia novitatibus Goropianis metiuntur, sed multa quoq; et salubria & vera, ex fidelissimis antecessorum nostrorum lucubrationibus haberi posse, persuasum sibi habent, non displicebunt *Ptolomæum* his nomino *l 6. c. 28. Geogr. Strabonem l. 16. Plin. l 5. c. 11.* seq. *Josephum l. 8. Antiq. Iud. c. 2. p. 114. S. Theodoretum in Libr. Regum Alph. Tostatum in 2. Par 9. q. 20. Bened. Ariam, Mont. in Chaleb. lib. unico de Terræ sanctæ Apparatui sacro præmisso, it. in lib Phaleg. de Gentium sedib. in præfat. Christ.* Adrichomium in Theatr. Terræ sanct. *in Pharanf. 28.*

Ioseph.

Iosephum à Costa de Nat. N. O. l. 1. c. 4. p. 18. Nic. Füller. Misc. Sacr. l. 4. c. 20. Carolum Stephani in Diction. Historico-Geograph. in Asiongaber p. 200. & in Ailath p. 74. Samuel Bochart. in Chanaan l. 1. c. 44. f. m. 764. M. Henr. Bünting. Itiner. Sacr. passim, Nostratesq; Theologi & Geographi quod sciam, omnes in eandem nostram opinionem inclinant.

§. 17. *Goropii* argumenta in unum quasi fasciculum collegit *Illustrissimus Dn. Baro Limpurgensis* c. l. quæ etiam videbimus. *Primum* est à *finibus Idumeæ* sumptum. *Asiongaber*, ait, *sita est circa Eloth in Idumæa ad oram Maris Suph, constatque ex Strabone & Ptolomæo, Geographorum Principibus, Idumaeam ad Mare Mediterraneum pertinere.* argumentum est tale: *Portus Idumeæ est portus Maris Mediterranei*: Atqui *Asiongaber est portus Idumaæ. E. Asionga-*

situs ratione. Quippe procul distat M
hormos, Muris portus, eoque magis ad
Berenices ab Etsionis atque Elanæ, nen
bidui aut tridui etiã navigatione.
centque in oppositis è regione littoribus
ad Orientem solem in Nabatæa, ill
Occidentẽ in Ægypto. Conveniunt
tẽ aliquatenus, quod Indicarũ & A
bicarum mercium portus sint utriq
Veruntamen recentes illi, veteres is

§.10. Hæc omnia discimus
Arriano, qui in periplo Maris E
thræi ita: ἐκ τῶν ἐπωνύμων Βερ
κης ἀπὸ μυὸς ὅρμου, δυσὶν δρόμ
τελοῖν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύ
τὸν παρακείμενον κόλπον, ὅρμος
ἕτερος, καὶ φρούριον, ὁ λέγεται Λ
κώμη, δι' ἧς εἰσιν εἰς πέτραν, πρὸς
λίχαν βασιλέα Ναβαταίων. Ἐχ
ἐμπορίου τινὰ καὶ αὐτὸ τάξιν, τοῖς
τῆς Ἀραβίας ἐξαρτιζομένοις εἰς α
πλοίοις οὐ μεγάλοις, διὸ καὶ παρα
λ

λακῆς χάριν εἰς αὐτὴν παραλυπτὴς τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων, καὶ ἑκατὸν τάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται. *Ad sinistram Berenices bidui aut tridui à Muris portu navigatione adjacentem sinum ortum versus transmittenti occurrit portus alius & præsidium, quod albus pagus dicitur. Ex quo Petram itur ad Malichā Nabatæorum Regem. Est & illud ipsum præsidiū Emporii loco minoribus navigiis, quæ ex Arabia illuc appelluntur. Quo circa cautionis etiam & custodiæ causa eodem mitti solet, qui quartam partem mercium, quæ importantur, exigat, & centuriotum exercitu.*

§ 11. Ex dictis ut ut non obscurè colligi possit, quod in littore Maris Rubri portus *Navigationis Salomoneæ* ASIONGABER sit collocandus, tamen argutè adhuc inter eruditos disputatur, *an non aliorsū quoq; transferendus* sit? Ante *Goropium* tamen

Beca-

Becanum nemo, quod sciam,
cum istum è *Mari Rubro* dimo
re, & ad *Mediterranei* oram tra
ponere est adortus. Ita nimiru
conclamata res erat apud omn
Theologos pariter, Patres prim
vos, atque priscos Judæos & Ge
graphos, *ASIONGABER*
MARE ERYTHRÆUM s
ctare.

§. 12. Sed *Joh. Goropius Beca*
homo *argutior, & in inveniendo*
novas vias tentando diligentioris o
ræ & indaginis, quam in judicando
eligendo felicis (judice *Pineda f.* 16
se quasi ἀσπινδον hujus sententia
Reformatorem totius canæ & sa
Antiquitatis professus, ausu pl
quam temerario, *EZEONGEB*
ex *Rubro in Mediterraneum, & ne*
tiationem Salomonis indicam ex
phira in *Hispaniam* transferre
aggressus; edicitque publicè, se

& VI. suorum Hispanicorum totis contendere nervis, ut *Asiongaber ex Mari Rubro transferat ad Mediterraneum, & communẽ errorem temporum antiquitate, & multorum scriptorum inclita sed falsa persuasione vagatum propulset, ac novam sententiam statuat*, constituto tandem *ASIONGABER* ad *Mare Mediterraneum*, unde commodior & necessaria navigatio fieret in Tharsis. Imò & speciosis istius ἀξιώμασι ad facilè credendum inductum esse consultissimum & celeberrimum Dn. *Thomam Lansium*, & sub ejus auspiciis *Illustriß. Dn. Georgium Fridericum Limpurgi BARONEM* in illustri *oratione contra Hispaniam* p. 425. invenio: Quamquam videam, eos id magis exercitii Oratorii, quam veritatis astruendæ ergò fecisse. Secus Becanus qui isto suæ diligentiæ & inventionis beneficio

multum de divinæ Scripturæ studiosis mereri arbitratur.

§. 13. Si modo *tàm verè*, quam *argutè*. Tam vere, inquam. Nam *falsissimam istam esse GOROPII hypothesin*, duobus his fundamentis evidentissimis potest astrui, ex ipso sacro codice desumptis, quo nihil certius esse potest. Quapropter salva magni istius & Philologi & Medici Regii autoritate, prævio Scripturæ, veterum ac Recentiorum Geographorum ductu, ASIONGABER in ERYTHRÆO, *non Mediterraneo mari* ponimus.

§. 14. PRIMÒ, quia 2. *Paral VIII. v. 17.* hic locus ita describitur : *Et abiit Salomon in Ezeongeber, & in Eloth super labium (seu ad oram Maris) quæ est in Terra Edom.* Et quod hic Mare Rubrum intelligatur, illud expresse extat *1. Reg. 9, 26.* ubi ita Spiri-

Spiritus Sanctus. *Et fecit navem in Ezeongeber, qua cum* Eloth עַל־שְׂפַת יַם־סוּף בְּאֶרֶץ אֱדוֹם *super labium maris Suph in terra Edom.* In qua τοπογραφίᾳ notandum *a) mare Suph*, quod quidem absolutè mare algosum & junceum, κατ' ἐξοχὴν autem & specialiter Rubrum Mare notat, quo, de inferius plura dicemus. *(b) Ailath seu Eloth esse in confinio Asiongaber*, ita ut uno itinere à Salomone adiri utraque urbs potuerit & *(c)* quod *Asiongaber fuerit sita in terra Edom*, ubi nimirum spectat in *sinum Maris Rubri*, non *Mediterranei*. Quæ omnia κριτήρια gignunt tale argumentum: *Q. Portus (1.) in terra Edom. (2.) in confinio Elanæ & (3.) in labio seu ripa Maris Suph seu Rubri hæret,*

is p. r-

is portus non est Mediterranei, sed Rubri Maris. Atqui Asiongaber (1.) *hæret in terra Edom* (2.) *in confinio Elanæ &* (3.) *in labio maris Suph seu Rubri, E. Asiongaber non Mediterranei sed Rubri Maris portus est.* Quæ hic forsan de *Edomea ampliatione & situ*, nec non de *Mari Suph* excipi possent in sequentibus & thesibus & antithesibus dispallescent.

§. 15. SECUNDO idem evincitur ex *Israëlitarum statione Asiongaberetica*, quæ descripta est *Num. 33, 36.* Cum enim Israelitæ peregrinarentur ex *Ægypto* in terram Canaan, *mansionem in* EZIONGABER *trigesimam secundam* ab exitu suo posuerunt, verba ita sonant: v. 35. *Et profecti sunt ex Abrona, & castra* metati sunt בְּעֶצְיֹן גָּבֶר׃ & v. 36. *Et profecti sunt ex Ezeongaber, & castra metati sunt in deserto Zin quæ Kades est.* v. 37. *Et profecti è Kades castra metati sunt*

sunt in monte HOR. in extremo terræ Edom. Qui locus profectò ita comparatus est, ut nullo plane modo ad *Mediterraneum* mare referri possit. Ponitur enim *inter Abronam & inter Zin seu Kades desertum, & non longe à monte HOR, in quo sepultus est Aaron*, quæ tria loca qui ad Mare Mediterraneum quæreret, is *Londini Anglorum in ædibus Nazaræis curæ Medicorum committendus esset*, (ut Phrasi Lansiana in simili materia utar.) Insuper *Statio XVI. Israelitarum in Harmona v. 29.* ad *Mare Mediterraneum* proxima erat & *32. in EzeonGaber ab eodem inter sequentes remotissima, remotior adhuc, quam montes Sinai, Horeb, & desertum Sin.* Quomodo igitur *Ezeongaber* erit *Urbs maritima ad ad Mare Mediterraneum.* sita? Cum quibus conjunge etiam locum ex *Deut.* 11, 8. ubi S. Moses itinerum

Israeliticorum ambages attigit
ita concionatur populo: *Et tra*
sivimus à fratribus nostris filiis Es
habitantibus in Seir à via Plani
ab Elath & ab Asiongaber, & vertim
nos, & transivimus viam deserti Mo
Ex quib9 dispallescit, viam à mo
tanis Seir, ad desertum Moabitic
non esse ad *Mare Mediterraneu*
sed Rubrum. Qui etenim *mon*
Seir, regnumque Idumæorum & des
tum Moab, Moabitarumq; terram
littora Maris Jonii quæreret, is
Nosocomio Londinensi manui m
dicorum submittendus esset, a
anticyras navigare deberet. Su
enim in ista *Arabiæ Petreæ* part
quæ *à terra & tribu Juda per montiu*
juga & vastas solitudines pertendi
ad Mare Rubrum, non à tribu Ju
ad mare mediterraneum. C
hæc nondum sunt ex ignotis loc
rum & stationum nominibus n
ni.

nifesta, is evolvat tabulas *Geographicas* & *Chorographicas* ditionis *Moabiticæ, Edomææ, imprimis* autem *Itinerariũ Israelit.* ex Ægypto, à *Tilemanno Stella*, Sigenensi elaboratum aut Tabb. Palæstinę *Ariæ Montani* in suo *Caleb*, atq; *Büntingii in Itinerario Sacro*, & patebit ad oculũ, ea loca in medio quasi Arabiæ Petreæ, non ad orã Maris Mediterranei, sed Rubri, ast pone eadẽ *Elath atq́; Ezeongaberẽ* poni. Ex quib⁹ concludo. *Quæ statio fuit 1. inter Abronam & desertũ Zin 2. remotissima à terra Iuda & ejus mari 3. ex qua à Seir ad desertum Moab descenditur, ea statio neutiquã ad Mare Mediterraneũ, sed ad Rubrũ poti⁹ spectat. Atq́; statio Israël. 32. in Asiongaber ita est cõparata. Nã 1. fuit inter Abronã & desertũ Zin, 2. remotissima à terra Iuda & mari isti⁹ terræ, 3. ex qua à Seir ad desertum Moab descenditur. E. statio ista Isr. 32. non ad Medit. sed ad Rubrũ spectat.*

§. 16.

§.16. Quibus duobus immotis fundamentis subjicimus (3.) *constantem Geographorum consensum*, quem quamquam parvi fecerit Goropius, utpote quem armata manu adortus omni autoritate spoliare conatus est: Aliis tamen, qui non omnia novitatibus Goropianis metiuntur, sed multa quoq; et salubria & vera, ex fidelissimis antecessorum nostrorum lucubrationibus haberi posse, persuasum sibi habent, non displicebunt. *Ptolomæum* his nomino *l 6. c 28. Geogr. Strabonem l.16. Plin. l 5. c. 11. seq. Josephum l. 8. Antiq. Iud. c. 2. p. 114. S. Theodoretum in Libr. Regum Alph. Tostatum in 2. Par 9. q. 20. Bened. Ariam, Mont. in Chaleb. lib. unico de Terræ sanctæ Apparatui sacro præmisso, it. in lib Phaleg. de Gentium sedib. in præfat. Christ.* Adrichomium in Theatr. Terræ sanct. *in Pharanf. 28.*

Ioseph.

Iosephum à Costa de Nat. N. O. l. 1. c. 4. p. 18. Nic. Füller. Misc. Sacr. l. 4. c. 20. Carolum Stephani in Diction. Historico-Geograph. in Asiongaber p. 200. & in Ailath p. 74. Samuel Bochart. in Chanaan l. 1. c. 44. f. m. 764. M. Henr. Bünting. Itiner. Sacr. passim, Nostratesq; Theologi & Geographi quod sciam, omnes in eandem nostram opinionem inclinant.

§. 17. *Goropii* argumeuta in unum quasi fasciculum collegit *Illustrissimus Dn. Baro Limpurgensis* c. l. quæ etiam videbimus. *Primum* est: à *finibus Idumeæ* sumptum. *Asiongaber*, ait, *sita est circa Eloth in Idumæa ad oram Maris Suph, constatque ex Strabone & Ptolomæo, Geographorum Principibus, Idumæam ad Mare Mediterraneum pertinere.* argumentum est tale: *Portus Idumeæ est portus Maris Mediterranei*: Atqui *Asiongaber est portus Idumææ. E. Asionga-*

siongaber est portus Maris Mediterr. Min. est à nobis concessa. *Major* probatur ex *Strabone* qui per excellentiam à Græcis Scriptoribus Geographus appellatur *l. XVI. Geogr.* sic dicente: *Iudææ extrema occidentalia Casio proxima Idumæi tenent, & lacus. Ad mare autem Sirbonidos, & continua Regioni loca plurima occupant, usq; Hierosolyma, quæ sunt mari vicina: Dictum enim est ea ab Ioppe portu conspici. Atque hæc quidem Septentrionalia sunt omnia à mixtis gentib9 habitata Ægyptiis, Arabibus & Phœnicibus. Nam tales sunt, quæ Galilæam habent & Thericuntem & Philadelphiam & Samariam. Hæc omnia Mediterranea sunt, tantum non cæcis & rerum Geographicarum prorsus imperitis.* Imo & ex *Iosepho* probatur, qui contra Appionem scribit, Judæam terminari circa urbē Gayam Gaza autem ad Mare Mediterraneum est non ad Rubrum.

§. 18. Sed Resp. [1.] per distinctionem, inter IDUMAEAM *superiorem*, quæ adhæret, & fere tota cessit tribui Juda; & *inferiorem* quæ ad Mare Rubrum portenditur, per deserta Moab, & Esau, atque per solitudinem Kades. Ita cum Iosepho l. 3. d. B. Iud. docemus, & cum Adrichomio in Tribu Iuda n. 106. *Illa* posset *occidentalis* vocari, quia versus occidentem ad Mare Mediterraneum vergit; *hæc vero Orientalis*, quę ad Orientem, & ad littora Maris Rubri spectat. Quæ adeò sunt clara, ut ipse quoq; Becanus distinctionem admittat, duplicemque Idumæam constituat, etiamsi aliter ac nos dimetiatur, & fines ponat distinctos. Loca ergò ista ex *Strabone & Iosepho* citata, de *Idumaea superiori & occidentali*, quæ ad Israelitarum sedem, hoc est ad fines eremi Sur pertingit, loquuntur, uti

uti locorum ſpatia in mappis evo
venti erit manifeſtisſimum : Cu
vice verſa *Idumaa inferior & Orie*
talis, cujus in iſtis autoribus ne
vola nec veſtigium iſtis in locis e
Arabia Petraa inhareat, & ad Ma
Rubrum pertingat. Quanqua
etiam, ſi velimus verum fateri,
quod verbis Strabonis ineſt, elic
re, iſta quoque *Idumaa Superior,*
tiamſi ad *Mare Mediterr. proten*
ſit, ipſum tamen mare non atting
propter regiones Amalekitarum, I
maëlitarum, & montes Sepher inte
jacentes.

§.19. Hac diſtinctione præmi
Reſp (2.) per infitiationem Min. Na
Portus Idumaa (ſuperioris) eſt port
Maris Mediterranei. Atqui Aſio
gaber eſt portus Idumaa (ſuperiori
probetur hæc aſſertio? Ex Strab
ne certè & Joſepho ſupra adduc
nihil horum liquet. Ideoq; etia

3. Re

(3.) Resp. *per inversionem* totius argumenti: *Portus Idumææ Inferioris est portus Maris Rubri, non Medit. Atqui Asiongaber est port⁹ Idumææ Inferioris & Orientalis*, quod antea probatum. *E. Asiongaber est portus Maris Rubri*, non *Mediterranei*.

§.20. *Alterum* argumentum ex *etymologia Asiongaber & Chabriæ Castra* est contextum. Sed præterquam quod argumenta â nomine, imprimis ab *etymologiis allusivis, alienis & obtorto*, quod ajunt, *collo adductis* (qualis & hæc est inter Asion & עצם, item inter גבר & Chabria) ducta admodum infirma, imo sæpe nulla sunt, etiam superius hic aries fuit disjectus §.6.

§.21. *Tertium* est *ab intercapedine terræ* sumptum. Nam inter Idumæam & Mare Erythræum interjacet arenosum mare, & vastissima solitudo, per quam naves recentes diduci

diduci non potuerunt. Sed *Resp.* vastissima solitudo inter *Mare Rubrum & Idumaam superiorem* nihil obstat huic Salomonis navali: quia *in Inferiori Idumaa ad oram Maris Rubri haret Asiongaber. Ad cujus littora ut fabrefacta sunt recentia navigia, ita etiam ex ejusdem littoribus facili nautarum & architectorum opera in altum deduci poterant,* instrumentis stathmicis & volvendis oneribus aliis idoneis machinis.

§.22. QVARTVM *à societate Hirami, Tyriorumq; cum SALOMONE contracta* pendet. Quoniam enim *HIRAM Rex Tyri*, (quæ ad Mare Medit. sedet) per *manus suorum servorum naves & nautas maris gnaros misit in ASIONGABER, quos non verosimile est Mare Mediterraneum, Atlanticum, Æthiopicum, & Sinum Arabicum pererraße, aut ex Tyro ad Erythræum Mare naves volatiles*

tiles aut plicatiles per juga & præcipitia montium agrorum & desertorum longè patentissimam planitiem, velificante Æolo, adduxisse, utique ergò dicendum est, ad ASIONGABER, ex Tyro venisse in Mari Mediterraneo.
Argumentum est tale:
Q. portus naves Hirami Tyrias excepit, est in Mari Mediterraneo. Atqȝ Asiongaber naves Hirami Tyrias excepit. E. Asiongaber est in Mari Mediterraneo.

℞ Ast, amabo, *Goropi*, unde probas *Minorem*? Ubinam scripta est? *Hiramum misisse Salomoni servos, misisse etiam naves*: (puta in Joppen, aut alium portũ Maris Medit. Gazam fortasse, ad exponendas nautas, & eorum apparatum nauticum classicumque tam diuturnæ expeditioni necessarium) lego in *libris Regum & Paralipomenon*, sed

sed istam προσθήκην, quod *mise*
naves in ASIONGABER, nulli
legi, nullibi inveni. Hoc itaq
erat probandum, ne videretur e
χωρεὰν *aßumptum.*

§.23. Eccur, quæso, tantis sui
ptibus tantam classem exstruxiss
SALOMON in ASIONGABER, si Tyr
naves potuissent in Asiongab
mitti? Nunquid ista verba, qu
1.Reg.9.v.26. legimus: *Et fecit R*
navem (seu classem) in Asiongab
tandundem valent, interprete G
ropio, & *Accepit Salomon naves*
Hiramo Tyro missas in Asiongabe
quis sanioris mentis talem nuga
onem admitteret? Aut sodes, c
ibidem Iosaphat, cur Ahasia in Asio
gaber construxissent novam classem,
ex littore Iudaico in Asiongaber nav
deducere scivissent? Potuisse didu
nullus dubito, cum via, quæ hod
patet, olim quoque patuerit p
Ca

Capo de Esperance, sed istos homines tunc novisse illâc diducere naves, nullus credo. Tunc enim temporis cursus per Mare Atlanticum & Æthiopicum super *Prom. B. Sp.* (etiam ex Goropianâ hypothesi) erat ignotus. Adeo (ut rem breviter complectar) *Hiramus servos ad Salomonem in Mari Mediterraneo, Salomon autem Hierosylymis Tyrios & suos nautas misit in Asiongaber, ut ibi naves in ipsis quasi maris faucibus ædificarentur, neq; sic opus fuit circumnavigatione ulla, nec ventosa per continentem transvectione.*

§. 24. *Quintum* ex *Tharsica Navigatione* desumitur. *Tharsis sine dubio in sinus Maris Mediterranei est. Iter autem in Tharsis & in Ophir in sacris poni* solent *pro eodem*, uti ex 1. *Reg. X*, 11. collato cum *vers.* 22 & c. *XXII*, 49. collato cum 2. *Paralip. XX*, 36. constat. Inde argumentum:

Ex quo portu ditionis Salomo
navigabatur in Tharsis, ille est po
Maris Mediterranei. Ex Asionga
tanquam portu ditionis Solomo
navigabatur in Tharsis E Asiong
est portus Maris Mediterran. M
prob. quia Tharsis est sita ad M
Mediterr. *Min.* extat c.l. Sed R.
ψευδερμηνεία in vocabulo שׁישׁ
quod hic non ut nomen propri
sed ut appellativum accipiend
est, non quod sit *nomen peculi*
regionis v.g. Hispaniæ, aut Lusi
niæ, aut Gaditanæ cujusdam In
læ; sed *mare* significat. Et in h
sensu dicitur 1. *Reg.* 22, 49. & 2. *Pa*
20, 36. quod *Josaphat* fecerit *na*
Tarsis i.e. maris seu marinas, *ad e*
dum in Ophir. & 1. *Reg.* 10, 22. *Na*
Tharsis h.e. Maris seu Marina, i
Seeschiff des Königs / aut ut re
sime *B. Luth.* das Meerschiff
Königs / Regis *in mari* (scil. e

aut ibat) *cum navi Hiram.* Semel *in tribus annis veniebat navis Tarsis, eadem scil. marina navis seu pontica classis,* die Schiffsflotte / oder das Meerschif/ portans &c. Hinc apparet, quod hæ *phrases non æquipolleant, in OPHIR navigare, & in Tharsis, seu in mari navigare.* Illa enim indicat *Terminum ad quem* navigantes tendunt; hæc autem *notat mare,* in quo navigatur. Hinc patet, *Majorem Syllogismi* non minus pro portu *Maris Rubri, quã Mediterranei* militare. Nam parili jure sic infero: *Ex quo portu ditionis Salom. navigabatur in Tharsis, ille potest etiam esse portus Maris Rubri. Atqui ex Asiongaber tanquam portu Dit. Salom. navigabatur in Tharsis, E. Asiongaber etiã potest esse portus M. Rubri. Maj.* prob. quia ex omni portu in *Tharsis* id est, in mari potest navigari; non tantum ex Joppe, aut

Gaza, aut Tyro in Mari Mediterraneo, sed etiam ex Asiongaber, ex Berenice, ex Ælana in Mari Rubro. Omnis itaque portus Salom. Ditionis viam Salomoneis nautis monstravit in Mare sive ad Rubrum sive ad Medit. mare esset.

§. 25. Quid? si ita instaret ex concessis: *Ex quo portu potest navigari in Tharsis h. e. in Mari, ille etiam potest esse portus Maris Mediterranei.* Ratio: quia, ut antea dicebamus, ex omni portu potest navigari in mari. Atqui ex *Asiongaber potest navigari in Tharsis sive in mari*, E. *Asiongaber potest esse portus Maris Mediterranei. Resp.* 1. *à posse ad esse* non valet consequentia. 2. Ita colligi potest, *quantum ad naturam portus*, *sed non quantum ad situm & indolem loci*. Natura *portus* id postulat, ut *ex eo naves in mare deduci queant*. Sed non

non ideo statim *portus Maris Æthiopici est portus Maris Hispanici*, *aut Britannici*, Ratio, quia ad *τοπογραφίαν alicujus portus* plures *conditiones individuantes* requiruntur. Falso itaque ab *identitate communi seu generica, ad identitatem individuificam seu singularem* concluditur. Perinde ut non sequitur: *ex quo portu potest navigari in mari, is potest esse in Lusitania. Atqui ex portu Venetorum, aut Siculorum potest navigari in Mari, E. portus Venetorum aut Siculorum potest esse in Lusitania.*

Ac proinde 3. *Lim. est Major*, Ex quo portu potest descendi in mare, is potest esse in Mari Mediterraneo, sed *Cæteris paribus*: si nimirū & *loci*, & *ditionis*, & *continentis*, & *incolarum requisita conveniant*: Eadem si dissideant, potest etiam esse in alio Mari v.g. Indico, Rubro, Germanico &c:

§. *26.* Istis quoque *Quintum* (
aliquo modo causam *Goropiana*
juvemus) posset addi, â *Territor*
Salomonis depromptum. Salomon
potestas se ad Mare Mediterraneu
extendebat, ad Mare Rubrum nunt
quam: Imprimis quantum ad
stum tractum, qui in *Idumaea & A*
Arabiam est. Is enim in peculia
peculiaris Regis ditione & imper
erat. Argum.

Quousq; potestas Salomonis territ
rialis se non extendit, ibi etiam As
ongaber (portus Salom.) non fuit. At
ad Mare Rubrum potestas Salomon
territorialis se non extendit E. ad M
re Rubrum Asiongaber (portus Salom
non fuit. Maj. prob. quia non est v
rosimile, vel Salomonem voluiss
vel alium Regem Salomoni co
cessisse, ut in alieno regno jus te
ritoriale exerceret. Min. qu
Mare mortuum seu Lacus Aspha
tit

tites ſtatuitur terminus Palæſtinæ & Judææ.

§. 26. Sed Reſp. 1. per *retorſionem*. Nam, *Quouſque poteſtas Salomonis territorialis ſe non extendit, ibi etiam Aſiongaber non fuit ſitus. Atqui ad Lacum Sirbonis, ad Caſtra Chabriæ, poteſtas Salom. territorialis ſe non extendit E. etiam ad Lacum Sirbonis, & ad Chabriæ caſtra Aſiongaber non fuit.* *Maj.* eâdem ratione pro me militabit. *Min. prob.* non tantum ex *Strabone, l. XVI. Geogr.* f. m. 721, qui *Phœnicia* [ſub qua etiam Judæam complectitur] *terminos extendit uſque ad mare Sirbonis, & montem Caſium,* ſed præterea inter *Judaicam* ſeu Hieroſolymitanam *ditionem,* & inter *Sirbonis lacum, ſedem Idumæorum, Nabatæorum* &c. ponit. Sed etiam ex ipſis ſacris literis. Nam *Numer. XXXIV,* 3. 4. 5. ita inquit *Dominus ad Moſen* de terminis ter-

ræ possidendæ. *Primum erit vo*
plaga australis â deserto Sin, secun
sedes Edomæorum, eritque vobis t
minus Australis, extremitas ma
salsi ad Orientem. Et divertens vo
terminus ab austro ad adscens
Hakrabbimorum pertransibit Sin,
runtq́ exitus ejus ab australi plaga p
Cades Barnea; unde procedit ad pag
Adar, & transibit Hazmonem. Post
divertet hic terminus Hatzmone
Rivum ÆGYPTI, ubi sunt ejus exi
ad Occidentem. Hæc ἱερογραφ
satis ostendit, per istum *rivum* li
lacum sive *vallem Ægypti* eam *Cas*
tis partem intelligi, quę subest *m*
ti Casio, cis paludem Sirbonis, quę pr
pterea dicitur *rivus Ægypti*, qu
Ægyptum à Judæa disterminat,
tionisq́ Ægyptiaca est. Quod ide
in sortitione terræ Judæ, auspic
Iosua repetitum est *Josua c. XV.*
2. 3. 4.

§.

§. 28. Resp. (2.) per *Negat. Min.* Nam contrarium docet & *Scriptura*, & *Josephus*, & *status regiminis Salomonai politicus.* Certè Divinum Numen *limitem regni Israelitici* posuit *RUBRUM MARE Exod. XXIII, 31. Et ponam terminum tuum à mari Suph, usq; ad mare Philistinum, & à deserto usq; ad flumen.* Id, ut eo melius pateret, *Moses*, limitaneus Israelitici populi Dictator, explicat *Deut. IX, 24. Omnis locus, quem vola vestri pedis calcaverit, vester erit, à deserto, & à Libano, & à flumine Phrath usq; ad mare novissimum erit terminus vester.* Propius isthæc delineat (quantum ad continentem Asiongaberi) *Josephus l. VIII. Ἀρχαιολ. c. 2.* quando scribit, *Asiongaber non procul ab Elana Urbe esse, eamque regionem tunc in ditione Ebræorum recensitam* fuisse.

ἡ χώρα, inquit, τὸ πρὶν Ἰυδαίων
Hinc celebratissimus Geograph
Sacræ restaurator *Arias Monta*
in mappa Geograph. in Appar
Sacro *Chaleb* præmissa, constit
unum Terminum regni Israëlis i
pso יםסוף seu Rubro mari *secun*
prope Temnam Arabiæ deserta, ill
ad Libanum, & mare Magnum
scendit.

§. 29. Et quis amplius ambi
de *Jurisdictione Salom. Territori*
quod eam habuerit, & exercue
in Asiongaber, & in Ailath? Non
David, *Pater Salomonis Iduma*
totam jure belli cepit? nonne e
armata & præsidiari manu tui
est? Quod expressè legimus 2. *S*
VIII, 14. *Et posuit in Edom* נ
præsides, in omni Edom posuit præsi
& omnis Edom subjecta erat Davi
Salomon igitur jure successio
in omnia paterna jura patri succ

ſit, & non minus ac David omnem *Idumaeam ſub ſua tenuit poteſtate.* Quo de imperio non ſinit quempiam dubitare clara litera quæ eſt 1. *Reg. IV, 21. Salomon erat Dominus omnium regnorum ab ipſo flumine* (intellige Euphratem) *uſq; ad terram Philiſtinorum, & uſq; ad terminum Ægyptiorum.* Id quod Spiritus Domini ſtatim adhuc copioſius delineat *verſu 24. dominabatur in tota citeriore parte fluminis à Tiphſacho uſq; ad Gazam, in omnes Reges, qui erant citra ipſum flumen, & pax erat ei ab omnibus ſuis lateribus circum quaque.* Hi duo ſunt imperii Salomonæi termini, *Orientalis & occidentalis,* TIPHSAH ſcil. & GAZA. TIPHSAH ad Euphratem, quæ deinceps appellata eſt *Amphipolis* ex *Plin. l. V. N. H.* c. 24. GAZA in faucib9 Maris magni. Sequuntur alii bini oppoſiti, *Septentrionalis & Auſtralis v. 25.* Adeò

ut

ut *consideret Juda & Israel securè quisque sub vite sua, & sub ficu sua, à DAN, usq; ad BERSABA.* DAN etenim olim *Leschem seu Lajis* dicta ad scaturiginem *Iordanis in Syrophænicia* est: *BERSABA* autē est *extima tribus Iudaica civitas* ad desertum *Pharan*, uti colligere est ex *Gen. XXI*, 15. collato cum *vers.* 21.

§ 30. Sed nihilominus instat *Becanus*, & urget *fines Regni Iudaici* versus Mare Rubrum seu Arabiam esse *mare mortuum seu salsum*, quod expressè Domin⁹ ait *Num. XXXIV.* itē *Jos. XV.* Ac proinde Salomonis ditio nō est extendenda ultra salsum istud mare, neutiquam ad Mare Rubrum. ℞. *Tribus Iuda ii sunt* limites, *non totius populi Israelitici.* Nam si ultra Asphaltiten populus Israel nihil obtinuit, nihil possedit, ubinam collocaveris filios *RUBEN*, *filios GAD, & dimidiam tribum MANAS-*

NASSE? Nunquid & horum territorium ultra Jordanem, & ultra Mare Mortuum situm esse negabis?

§. 30. Quocirca *Triplex* in universum *limitum Terræ sanctæ distinctio* usque ad imperium seu obitum Salomonis meâ sententia potest constitui. *Prima* est *Chananæorum*, qui â *Sidon* habitarunt *usque ad Gazam*, donec *devenias ad Gomorram Sodomam, Adama, Zeboim* (is est lacus Asphaltites) & usque *ad Lasa Gen. X, 19. Secunda est Terræ à DEO promissæ*, & auspiciis Josuæ, Imperatoris Israelitici, à *Iudæis occupatæ*, ubi limites cujusque tribus sunt ab ipso DEO dati in Numeris Mosaicis, & Josuæ Codice, ita, ut nec binæ istæ & dimidia trib⁹ trans Jordanicę ab ista seu occupatione seu possessione excludantur. Nam RUBENITIS *Arnō Aroënsē, & regnū Sihonis Hesbonita, & regnum Balacki Moabiticum:*

GADI

GADITIS *Jaeser, & magnam Ammonitarum* portionem ; MANASSIT vero *Basan Oggitæ Regis, Iaïra, Astaroth, Edreï &c.* Sanctus DEI V *Moses*, Divino indultu distribu antequam Jordanem transirent, devenirent in Chananæorũ terr uti est *Num. XXXI. & Ios. XIII.* Q certè à reliquis *filiis Israel cis Iordanitis* segregandi non sunt, quemad modum nec ipsi segregatos se, se cũ reliquis conjunctos voluerun atque Legationi populi Iudaic benigniter auditæ responderun *Ios. XXII.* Quemadmodum & in *primis regni Israëlitici comitiis*, quæ Io sua indixerat adfuerunt, uti nõ ob scurè ex c. *XXIII.* 4. colligi potes uti etiã *in secundis* c. *XXVI.* Eadem de causa non tantum *Iudices* sed tiam *Reges pop. Israelitici* hos *transjordanitas* in suam pristinam liber tatem vindicarunt, cum essent

regi

regionum istarum incolis variè pressi & afflicti. *Tertia* est *amplificati Regni Israelitici*, quod *Saulis* atque potissimum *Davidis* auspiciis factum est, atque retentum à *Salomone legitimo Davidis successore*; ubi limites dominii Davidici sunt protensi usq; ad *Euphratem*. Quod describit sanctus DEI Amanuensis 2. *Sã. VIII.* debellavit enim *Philistinos v.* 1. *Moabitos v.* 2. ultra Mare Rubrum *Hadad Eser, Regem Zoba ad Euphratem v.* 3. *Syros Damascenos v.* 5. *Ammonitas, Amalekitas v.* 12. *Idumaeos v.* 14. *&c.* juxta hos limites, Davidicæ & Salomonææ Iurisdictionis exercitium est describendum.

§. 32. Magnum profecto & potentissimum Davidis, Salomonisq; fuit imperium, uti paulo ante ex 2. *Sam.* 8. & supra ex 1. *Reg.* 4. descripsimus, tantum tamen non fuit, quantum ei *Ioh. de Pineda* tribuit, qui

qui illũ INDIARUM, ARABIARUM,
GYPTI, TYRI, SIDONIS, PHOENIC
ÆTHIOPIARVM & HISPANIARVM
facit. l. V. de Reb⁹ Salom c. 1. n 5. his f
verbis *Cũ autẽ Salomonis imperiũ*
solũ angustis Palæstinæ finib⁹ clauder
tur, sed præterea protẽderetur â MA
USQUE AD MARE *i. e. à Mari Rubro.*
ad extremas Mediterranei Maris o
& â FLUMINE USQ; AD TERMINOS O
BIS TERRARUM i. e *ab Euphrate, qu*
in sinũ Persicũ & mare Indicũ exoner
usq; ad mare, & Oceanũ GADITANU
ad quẽ termin⁹ ac finis terrarũ cons
tuebatur. Cũq; Salomoni parerent, m
neraq; deferrent universa terra 1. R
X, 24. 25. OMNES REGES ARABIAE, D
CES Q; ET SATRAPAE TERRARUM *1. R*
X, 15. 2. Paral. IX, 14. & omnia reg
Philistinorũ, usq; ad terminum Ægyp
1. Reg. IV, 21. Omnis regio, quæ erat
flumẽ Thaspha, usq; ad Gazã, & cunct
reges illarũ regionũ 1 Reg. IV, 24. tũ et
illum agnosceret ac susciperet ÆTHIO

PIA TRANSMARINA, ARABES SABAEI, THARSICI, AUT TARTESSIACI HISPANI Pſ. 71, 9. *Non eſt cur à quopiã dubitari debeat, Regis* MAGNI, *ac Regis Regum cognomento ac dignitate cõdecoratum fuiße; quã illi ultro nõ ſolũ contermina regiones, ac vicini Principes, ſed præterea provinciæ remotiſſimæ regesq; universi, ad quos illiꝰ virtutis fama pervenisset, tantæ ſapientiæ, tantæq; magnitudinis admiratores & cultores detulerunt. Et quod maximi habendũ, ipſi Ægyptii inveteratis illis odiis erga Hebræã gentẽ depoſitis, totos ſe ad feliciſſima regni Salomonis auſpicia, publica lætitia celebrãda cõverterunt, ut ex literis Vaphris Regis Ægypti, quas Eupolemꝰ quidã habet, cognoſci poteſt; in quibꝰ etiã videre licet,* SALOMONEM *tributũ, quod vocãt* PERSONALE *exigentẽ ab Ægyptio, aliarũ etiã rerũ vectigal aliis provinciis indicentẽ, univerſos deniq; animo libentiſſimo atq; egregia alacritate obſequentes.*

§. 33.

§.33. Id autem, quod de *Vaph*
& Salomonis literis & titulis hab
ex *Eusebij l.X. Præpar. Ev. c. ult.* ju
relationem *Eupolemi* ibidem ci
Pineda. Exemplar utrarumque
terarum huc producam in consp
ctum.

REX SALOMON VAPH
REGI ÆGYPTI Amico PA-
TRIO, Salutem.

SCito me accepisse regnum à Pa
Davide, DEI Maximi benefic
qui etiam jussit me templum ædifi
re DEO, qui cœlum & terram con
dit: ac simul ad te scribere, ut de t
populis ad me mitteres, qui mihi p
sto sint, donec omnia, quoad opus er
absolvam, ut imperatum est. Quib
subjicienda Resp.

REX VAPHRES SALOMON
REGI MAGNO Salutem.

Sim

SImulatq; tuam epistolam legi, valde sum gavisus, & festum celebravi diem, cum ego, tum copia mea universæ, quod regnum à probo viro acceperis, & probato à tanto Deo. Quod autem ad me scribis de populis nostris mittendis, octoginta millia tibi mitto: & ex quibus nationibus sint, indico tibi; ex gente Seurithide decem millia, ex Busirita Leonthopolita, & Bathritha dena millia. Cura porro, & res necessarias illis, & alia ut rectè gerantur, atque ut perfecto opere in suam quisq; regionem restituantur:

§. 34. Tria in hoc *Pinedæ* discursu notanda sunt. *Primò*, quod malè & contra mentem Spiritus S. Psal. LXXII. & hoc *l. V. c. 1. & l. VI. c. XX.* transferat ad SALOMONEM, qui ipse tamen literaliter est de *Cœlesti Salomone, IESU CHRISTO* ejusq; plenario Dominio in cœlo & in terra

ra intelligendus. *Secundò* quod asſertio de Negotiatione in *Oceano Gaditano* cum *Tarteſſiacis Hiſpanis* procedat ex falſa hypotheſi, quaſi *Tharſchiſch ſit Tarteſſis Hiſpanica.* Et etiamſi ita eſſet, non tamen hinc conſequeretur, *Salomonis Imperium extendendum eſſe in Hiſpaniam*, quia fortasſis eò ejus marinæ naves iviſſent. Nam parili pacto Salomonis *imperium etiam in Tyrum, etiam in Ophiram Indicam, & Malacam Aurea Cherſoneſi*, imò & *in ipſam Americam* (ex mente Pinedæ) eſſet extendendum, quia in iſtis regionibus aut fuit, aut fuiſſe creditur Salomonis commercium. Sed apage iſtiusmodi funiculos ex arena contextos. *Negotiatio cum alieno & peregrino populo, nullatenus infert Dominiū: hoſpitium* potius & *peregrinationem, quā Dominium & Iurisdictionem* importat. *Tertio* quod ex iſtis literis

ris *Vaphris* Eupolemicis [si genuinæ & nõ suppositititiæ sint] infert, Salomonem tributum aliquod PERSONALE ab Ægyptio exegisse, istud eodem procedit modo, quo hoc: *Salomon literis & legationibus ab Hiramo poposcit lignatores & operarios, servosque nauticos, Ergò Salomon ex Iurisdictionis & Superioritatis exercitio TRIBVTVM PERSONALE* exegit ab Hiramo. *Ex fœdere & Amicitia petiit, non ex imperio imperavit. Ex fœdere & amicitia obtinuit, non ex servitio, & debito,* obtinuit inquam nautas, & alios artifices.

SECTIO

SECTIO II.

DE AILATH SEU ELANA EMPORIO SALOMONIS INDICO.

Summaria.

§.1. *Emporium Arabicum & Indicum est*
§.2. *Eloth & Elath.*
§.3. *Signif. Quercetum.*
§.4. *Ailath*, ἄϊλα, αἰλὼν, ἐλλάνα, αἰλίνη.
§.5. *Sinus Elaniticus oppos. Heroopolitico, non est Leanites Sinus.*
§.6. *Transcensus ex Elana.*
§.7. *Elanæ* τοπογραφία.
§.8. *Elana est pone Asiongaberum.*
§.9. *Distantia Elanæ ab Hieros.*
§.10. *Elanæ ditio regia.*
§.11. *Habitatores quatuor populorum.*
§.12. *Aromim sunt Syri & Idumai.*

§.13.

§.13. Palmetum non est Phœnicum colonia.

§.14. Φοινικῶν κώμη, non Φοινίκων.

§.15. An Elana sit albus vicus?

§.16. Affirmat Fullerus, negat Bochartus.

§.17. Episcopus Ailensis in Synodo Nicæna.

§.18. Novitates Goropianæ strictim notantur.

ἔκθεσις.

§.1. Navale & portum Salomonæum, quem in *Ophiritica* expeditione constituerit, vidimus: Nunc porro etiam *Emporium Indicum & Arabicum*, ELANAM, videbimus, utpote, ex qua omnis generis *merces Arabicæ & Indicæ*, non tantum *Hierosolymas*, sed etiam *Alexandriam*, *Rhinocoluram*, *Tyrum*, *Sidonemq́;* distractæ sunt, & divenditæ, more magnis emporiis usitato. Cũ *enim duo*

duo sint in omni negotiatione mar
ma necessaria, Navigia aptata,
vehant, & merces comportatæ, quæ
bantur, si prioris vicem ASION
BER implesse constat, certè po
rioris usum ELOTH præbuisse p
ter constabit. Alia nempe lo
præterquam hæc duo, ad Rem Indic
univeesam comparata omnino null
gimus. Quocirca cum *Etsiong*
naves undiq, armamentis suis j
instructas suppeditasset, *mox v*
num ELOTHARUM Empor
mercibus & exportandis proped
solvendas onerare, & importatis, p
quam reversæ sunt, exonerare c
suevit.

§ 2. Dicitur autem in sacri
quidẽ *1. Reg. IX. 27. & 2. Paral. VIII*
אֵילוֹת sed in *Deutreonomio*
saico c. II, 8. אֵילַת appellatur. C
ipsa scriptio etiã in *2 Reg. XIV, 2*
& XVI, 6. redit. Et ne quis puta
di

diversam vocum permutationem, diversas notare urbes, ex composito *Sanctus Scriptor istam nominum* μεταλλαγὴν ita moderatur, ut quam primum dixerat אילת eam evestigio quoque אילות appellet. *Et Rezin restituit Syriæ Elath, & exstirpavit Judæos de Eloth, & Syri venerunt, in Elath, & habitaverunt ibi, usq; ad hanc diem.*

§.3. De quibus vocum diversitatibus ita statuendum, ex mente *Nicolai Fulleri*, אילת esse sing. fœm. in Regimine positum, ex absoluto singulari אילה sed אילות esse pl. fæmin. ex eodem singulari אילה diductum. Quam vocem aliqui interpretantur *robur*, quasi esset איל vel אילות, eo quod *magnum nautarũ, mercatorum, mercium & militum, robur* ibi quasi in præsidio fuerit, imprimis tempore *Asariæ Regis Judæ, & Rezinis* Regis Syriæ. Alii

autem exponunt *cervã*, quasi אַיָּלוֹת cerva dictum, aut אַיָּל *cervus seu sylvestris & ferus aries*, quia instar alicujus indomitæ cervæ in campestribus & sylvestribus Arabicorum desertorũ locis ex multiplici gentis vicinæ mercatura pasturam quæsiverit. Tertii propinquiorem afferunt expositionem, qui per *Quercetum* seu *Lucum querceũ* vertunt, ita ut sit ex sing. אַלָּה seu אֵלָה *quercus*, quod in plur. אֵילִים cum י scriptum legimus *Jes. I. 29.* Unde mutata terminatione ים in וֹת fiet אֵילוֹת & in sing. אֵילָה. Nihil enim probabilius est, quam in isto Elotharum loco *multum quercuum*, & *palmarum*, & quasi lucos *integros querceos* fuisse, ubi vastitates Arabicæ quasi jugibus lignorum, palmarum & quercetorum jugis continuantur.

§. 4. Hoc *Hebraicum Prototypon est*.

pon est. Postmodum â *Tyriis* sive *Phœnicibus* factum est, אילת *Ailath* cujus singulare absolutũ est אילה *Aila* plur. אילן. Siquidem *Hebræorum pluralia fœminea in* ות *desidentia terminare solent in* ן *præcedente Kamets.* Unde etiam Græcorum Αἴλα, quod habet *Stephanus*, & *Aila* apud *Hieronymum*. In Bibliis Romanis Αἰλών: Apud *Ptolomæum* Ἐλάνα, item ἰλάνα. *In Diodoro Siculo* Ἄλαινα mendosè scriptũ pro Αἴλανα, à sing. Αἴλανον quod legitur apud *Stephanum*. Inde Latinum *Ælana*, à *Plinio* memoratum *l.VI. c.28. Fl. Josephus* exiliori sono pronunciavit εἰλάνην *l.VIII. Antiq. c.2. & LXX sæpius* Αἰλάθ unde & Latinorum Ailath & Elath.

§.5. Ab insigni & splendido hoc Emporio totus iste *Sinus Maris Rubri* nomen accepit, dictusque est

SINUS ELANITICUS seu ÆLANITICUS. In sinu *enim Arabico duæ sunt urbes littorales*, perquam celebres, *HEROUM oppidum versus Ægyptum, & ELANA versus Orientẽ*: Unde duo *sinus Heroopoliticus & Elaniticus.* Hinc & ipsi contermini populi Ἐλανῖται vel Αἰλανῖται. *Avienus* de sinu Arabico ita canit:

Et tamen Eoos paulum inclinatur ad axes
Usque in telligeri confinia flexus Elani.

Sic etiam *Priscianus*:

Et tangit vergens Orientem versus Elanos

Elanos ponens pro *Elanitis*. Perperam autem *Artemidorus* hunc sinũ *Aeniticum*; perperam *Iuba Laeniticum* vocarunt, aut Plinius perperam hæc *confudit L VI, c.28.* Ubi ita inquit: *Sinus intimus* (Arabici maris) in quo *Leanitæ*, qui nomen ei

ei dedere. *Regia eorum Agra, & in Sinu Laana, vel ut alii Ælana. Nam & ipsum Sinum nostri Aelaniticum scripsere, alii Elaniticū.* Addit porrò, *Artemidorus Aleniticū, Juba Læniticum.* Alteruter horum lapsus videtur, aut *Juba, aut Plinius,* & *Læana pro Ælana* vitiosè substitutum. Nam apud *Ptolomæum* cernitur λεανίτης κόλπος *Leanites sinus,* eadem ferè latitudine in *latere Arabico Orientali ad Mare Persicum*, quâ est *Elanites in Occidentali ad Arabicum seu Rubrum Mare.* Ita videlicet alium *sinum Leaniten* appellavit Juba, alium assumpsit Plinius.

§.6. Est igitur *Elana seu Ailath Urbs ripatica ad Sinum Elaniticum in Mari Rubro* in *interiore sinus parte* posita, sedens non procul ab *Asiongaber*, quæ frequentissima & famosissima commercia egit, unde aliquis

quis *transcensus fuit mercium & mercatorum Hierosolymas & Gazam, Joppenque,* quod tradit Strabo *l. XVI. Geogr. f.* 731. Φέρει δὲ λιβανωτὸν μὲν ἡ κατταβανία, σμύρναν δὲ ἡ χατραμωτῖτις. καὶ ταῦτα δὲ, καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα μεταβάλλονται τοῖς ἐμπόροις. ἔρχονται δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐξ ἐλανῶν μὲν εἰς μειναίαν ἐν ἑβδομήκοντα ἡμέραις. ἔστι δ' ἡ ἔλανα πόλις, ἐν θατέρῳ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου τῷ κατὰ γάζαν τῷ ἐλανίτῃ καλουμένῳ. *Cattabania thus gignit: Chattramotitica myrrham, & tum hac, tum alia aromata mercatoribus proponuntur, qui adeos ex Elanis Menæam veniunt in diebus Septuaginta. Elana Urbs est in altero recessu Arabici sinus, qui secundum Gazam est nomine Elaniticus.*

§. 7. *Ad* τοπογραφίαν quoque Elanæ pertinet ista quæstio: *An Elana pone Asiongaberum, an verò Asion-*

Asiongaber pone Elanam fuerit sita? Aut *utra earum propinquior terræ Judæ & Hierosolymis* fuerit? *Heinr. Bünting. & Arias Montanus Elanam* ponunt *ultra Asiongaber* versus Arabiam, ita ut Hierosolymis aut Gaza descendenti primum *Asiongaber* occurrerit, & deinde intervallo quatuor milliarium distiterit Ailath. Sed istud *transponit Nicol. Fullerus Misc. Sacr. l. IV. c. XX. p. 557.* qui *Elanam propinquiorem Asiongabero ponit*, ex eo potissimum fundamento, quia *Deut. 11, 8.* Israëlitæ *prætergressi fratres suos, filios Esau prius dicuntur Elothas, quam Etsionem pervenisse.* Liticulam istam quidem curiosis incuriosę antiquitatis scrutatoribus relinquendam esse censeo; nec temerè me interpono arbitrũ, ubi nihil haberi potest certi. Istud tamen video, quod in *Fulleri argumento* parum roboris resideat.

libri in *Sacris Elana aut Elath inter Stationes Israëlitarũ refertur* quemadmodum *Asiongaber*) sed isto tantum *Deuteronomii* loco dicitur, *viam istam, quæ ducit in prætereundo filios Esavi ab iis in desertum Moab, esse ab Elath & Asiongabere* : puta, quòd *ex duobus istis locis diverticula viarum in unam coinciderint viam ducentem in regiones Moabiticas*. Sed quicquid istius rei sit, parum interest, sive anteponatur, sive postponatur *Asiongaber Elanæ*, modo utriusque situs *ad Mare Rubrum in sinu Elanitico* retineatur.

§.8. Ut tamen, quid mihi placeat, sine ullius prægravatione proferam, *Ariam Montanum & Buntingium* hîc præfero, cum quo faciunt *& Vinariensium & Lunæburgensium & Argentoratensium Bibliorum mappæ*. Ideo quia 2. *Paral. VIII*, 17. dicitur: *Salo-*

Salomon ivit in Asiongaber, & in Elath super labium maris in terra Edom. Primum ergò is *Asiongaber, & deinde in Eloth ivisse* dicitur: quod quanquam facili negotio possit everti, eò quôd alia causa maturandi *itineris in Asiongaber* esse potuerit, quod eum ur erit cura & sollicitudo *Classis Ophiranæ*, quæ ibi fabricabatur, quàm citissimè inspiciendæ, & diligenter lustrandæ: tamen eodem talo stabit, quo *Fulleriana conjectura*, quanquam, ut puto, firmiori adhuc, quam Fulleriana ista. Quia quod supra ex *Dionysio Periegete* adducebamus, *Elana fuit Arabiæ Felicis & Syriæ quasi quidam limitaneus terminus*, utpote *qua distermi nantur Arabes & Syri*: quòd profecto *nullibi legitur de Asiongabere*, ut vel ex unico hoc fundamento Asiongaber sit quoad situm in Mari

Rubro

Rubro prior, & longius ad Arab. sinum distet Ailath.

§. 9. Atque vel hinc facilè *utriusque ab Hieros. distantiam* conjicere possumus. Nam *Strabo l. XVI. Geogr. p. 534.* docet, ex *portu Gazaorum dici mille & ducentorum sexaginta Stadiorum transcensum esse*, quod p. 549. repetit. *Plinius* vero ita commentatur *l. V. H. N. c. XI.* intervallum inter duo oppida Aelanã & Gazam est CLM. passuum. M. Henr. Bünting ita dimetitur: Die Stadt Ezeongeber liegt am roten Meer / vier und vierzig Meilen von Jerusalem gegen Mittag. de Eloth ita ait: vier Meilen von Ezeongeber gegen Norden hat die Stadt Elath gelegen / die Rezin den Juden abgenommen hat / liegt Viertzig Meilen von Jerusalem gen Mittag. diversitas hinc est, quod *Ezeongaber in aditu Ægyptiaco*

aco plano, Ælana autem in sinu intimiori sedet.

§. 10. Et vel eâ de causa *Syri & Indaei* de istius possessione digladiati sunt. Nam (ut prophana omittamus,) ex Sacris certo constat, quod à *Davidis occupatione tenuerit Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphat.* Tempore autem *Jorami, qui erat filius Josaphati*, impius & crudelis, *Idumaei defecerunt, propriumque sibi Regem crearunt. 2. Reg. VIII. v. 20. Mansitq; Ochoziâ, Athaliâ, Ioa & Amazia Regibus,* in *potestate Idumaeorum.* Sed post *Ozias seu Azarias Rex Iudae Amaziae filius,* vi *recepit, readificivit & Iudae restituit. 2. Reg. XIV. v. 22.* Tenuitq; post eum *Iotham Rex Iudae*, Sed tempore *Achas hypocritae & infelicis istius Baalitae & Idololatrae, Rezin Rex Syriae Elath oppugnavit, cepit, & ejectis Iudaeis*

dæis Syros & Idumæos præsidiarios & habitatores fecit. 2. Reg. XVI. v. 6.

§. 11. *Habitatores* inquam. Nam ex *quatuor gentibus* olim habitatum fuisse *Elanam*, sacra testatur *historia*, *Idumæis* nempe *Iudæis, Tyriis & Syris*. *Idumæi* quidem *Arabibus* & quidem *Nabatæis mixti* primitus incolebant, utpote in quorum territorio & regno hoc Emporium erat. Iis accesserũt deinceps *Iudæi & Israelitæ à Davide eò traducti* & sub seqq. Regib. ibidem conservati. His suo *Salomone* juncti sunt *Tyrÿ & Phœnices*, qui ut erant negotiationum maritimarũ peritissimi, ita quoq; in hoc *sive portu sive Emporio littorali* firmiter sederunt, *Iudæis contra variè afflictis, sæpè quoque ejectis.* Nam *Iudæi initio ejecti*, deinde *à Rezin Syriæ Rege non ita multò post funditùs sublati sunt atque deleti, constituta in eorum sedibus* (ut apparet)

Syro-

Syrorum suorum colonia. Minimè verò mirum, *si in Iudæos ab utrisque est tam acerbè sævitum, quippe qui (ut alia* prætercam) *pro Dominis se gererent, & regiis vectigalibus exigendis præessent. Tyrii contra sedulò conservati, ob egregiam & peculiarem navigandi peritiam, variasq; & ditissimas mercaturas, quas non tam negotiatoribus, quàm Regibus ipsis lucrosissimas fuisse oportet.*

§.12. *Quod de Syris, Tyriisq; dixi,* istud sic accipiendum est, quod ii pro *iisdem* (sub ultimis Regibus) sint habendi. Nam & *Tyrii Syrophœnices* sunt dicti, & eadem utrisque lingua communis. Quocirca *oppidū Elanam* duæ simul gentes usq; tenuerunt, *Idumæi videlicet & Syrii* cum ὁμοφύλοις *suis, sive cognatis Syrophœnicibus, Tyriisve.* Id quod subtili compendio pulchrè indicat *vocabulum Ebræum* אֲרוֹמִים *à Masoretis*

retis circello notatum. Istius enim *extrema elementa, judice Fullero,* ad utramque *gentem* ex æquo pertinere norunt eruditi : *media verò distinctè ostendunt alteram ab altera discretum,* nempe *Resch* Syros ארמים, *Vav cholē Idumaos* ארומים. Nec quenquam turbare debet litera ר migrans in ד, *cum id Ebræis familiare sit, uti exemplis Hadar Gen. XXXVI.39. & Hadad 1.Paral.1.50. Riphat Gen.X.31. & Diphath 1.Paral.1.6. Dodanim Gen.X.4. & Rodanim 1.Par. l.7.* cęterisq; ej⁹ dē modi patet Mutila igitur, & decurtata censenda est editio, quæ gentem alterutram *sive Idumaos, sive Syros* solum nominat: *Plena autem integraq;, qua utramque fideliter* reponit, ut vetustissima illa & accuratissima *Bernardini Godali Brixiani, auspiciis Cardin. Piccolhominei* elaborata & divulgata, *Idumæi & Syri*, inquit, *vene-*

venerunt in Haïlam & habitaverunt ibi usque in hanc diem. Cui etiam adstipulatur *vetus apud me Codex manuscriptus*, eandē planè sententiam repræsentans. Atque eo pacto accipiendum esse nomen ארומים; res ipsa quoq; confirmat. *Idumæos enim ibi permansisse omnino consentaneū est, propter inviolabilem totius undique regionis possessionem & dominatum; Syros autem sive Tyrios, perinde consentaneum, propter assiduam & quotidianam ex navigatione & negotiatione utilitatem.*

§. 13. Istud tamen tolerandum non est, quod aliqui Autores *peculiarem Phœnicum & Tyriorum sive Regionem, sive urbem* hoc loco reponunt, quando *Ptolomæi* Φοινικῶν κώμην ex *l. VI. Geogr. c. 7.* huc accommodant. Nam ista Φοινικῶν κώμη est Palmetum, non Phœnicum aut Tyriorum vicus. Ita enim Diod. Siculus

Siculo lib. III. Histor. Bibl. f.m.
ἑξῆς δὲ τοῦ μυχοῦ τόπος ἐστὶ παρα-
λάτιος, ὑδαμώμενος μὲν ὑπὸ
ἐγχωρίων διαφερόντως πρὸς τὴν
χρείαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. οὗτος δὲ ὀνομάζ
μὲν Φοινικῶν, ἔχει δὲ πλῆθος τοῦτ
φυτοῦ πολύκαρπον καθ' ὑπερβολ
καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ διατροφ
διάφορον. *Ad sinum deinceps loc*
est maritimus: quem propter utilit
tem apprime honorant incolæ, palm
nomine insignem. Plurimis enim pa
mis consitus est, quæ summa ubertat
fructus tam ad voluptatem, quam a
victum conducentes proferunt. I
quoque ex *Artemidoro Strabo l. XV*
Geogr. f. m. 736. inquit: Συνεχῆ δὲ,
ποσειδίου Φοινικῶν' εἶναι ἔνυδρον, τιμᾶ
σθαι τε κομιδῆ. διὰ τὸ πᾶσαν τὴ
κύκλῳ καυματηρὰν τε καὶ ἄνυδρο
καὶ ἄσκιον ὑπάρχειν. Εν ταῦθα δ

κα

καὶ τὴν εὐκαρπίαν τῶν Φοινικῶν εἶναι θαυμαστήν. *Posidio vero contiguũ esse Palmetũ quoddã aquis irriguum, & in magno honore haberi, propterea quod tota circumstans regio æstuosa sit & arida, & umbrarum expers. Hic maxima palmarum copia est.* Atqui ita nomen Φοινικῶν hic *appellativè* pro palmulis est accipiendum, non *propriè* pro Phœnicibus seu Tyriis civibus. Nam ὁ φοίνιξ inter alia etiam *palmam & palmæ fructum* significat, uti ex Dioscoride, & Theophrasto potest confirmari. Quod etiam videtur cum *sacra scriptura* congruere. In peregrinatione enim Israelitarum, postquam in *desertum SUR* venerant, circa *sextam stationem in ELIM* commemoratur *PALMETUM*, *ubi duodecim fontes & LXX. palmæ.* Et *castra metati sunt ibi juxta aquas*, uti scriptum

ptum est *Exod. XV. 27. Num. XXXIII. v. 9.*

§. 14. Hanc Φοινικῶνα quondam incoluisse *Saracenos* refert *Procopius. Eratosthenes* populos vocat σκηνίτας, qui iidē sunt cū *Saracenis* in tuguriis habitantes cum suis, quod ex duobus *Diodori & Artemidori* locis in Φοινικῶνα optimè quadrat. Quod igitur aliqui apud *Ptolom.* legunt Φοινίκων κώμην, malè fit: quod iidem vertunt *Phœnicum oppidum*, eò pejus: cum sit Φοινικὼν κώμη seu *Phœnicon id est Palmetum*, quod (Palmetum) *est vicus*, perinde ut idem Ptolomęus Αἴλαν vocat κώμην, propterea fortassis, quod ab initio *murorum præsidio firmatum* non esset. Quo de plura legito apud CL. *Salmasium in Exercitat. Plinianis* f. m. 487. seq.

§. 15. Hic itaque humani quid

passus

passus est *Fullerus l. IV. Misc. c. XX. p. 569.* quando ita: *Huic rei* (scil. quod Tyriorum coloniæ oras Maris Rubri occuparint) *argumento esse potest* Φοινίκων κώμη, *Phœnicum oppidum, non ita procul ab Elana in littore Arabico conditum*, Astarte insula &c. Rectius in eo, mea quidem sententia statuit, quando *E-LANAM nostram* alio etiam nomine ab exteris λευκὴν κώμην, *Album vicum* esse vocatā asserit. Idq; non tantum ex *Glauco*, sed etiam *Ælii Galli expeditione* confirmat. Verba ipsa apponam. *Eam* πόλιν *Strabo vocat propter magnitudinem: Glaucus Rerum Arabicarum* XXX. *& Diodorus* κώμην, *pagum, quod muris careret. Deinde Arabicam Aelii Galli expeditionem ab initio, quemadmodū confecta fuerit, exponens, tacito nomine antiquo, aliud adhibet multo recentius,*

tius, & quam ante ELANAM appellarat, jam λευκὴν κώμην, ALBVM PAGVM, seu vicũ dicit, duobus scilicet nominibus plane eundem locum denotans. Quia illud indigenis, hoc exteris Nationibus, præsertim Mercatoribus, notius & familiarius esse sciret. Id verò, binominem esse urbem vel pagum, hinc indicio esse poterit, quod accuratissimi Geographi, quibus separatim, ac minutatim singula loca recensere propositum erat, uno ex duobus istis expresso, alterum reticeant verbi gratiæ: PTOLOMAEUS Elanæ meminit: Album verò pagum omisit. ARRIANUS in Periplo contra hunc nominatim reponit, illam præterit. *Cujus rei hanc solam (ut quidem opinor) rationem afferre licet, quod, quum utrumque nomen idem valere cognoscerent, alterum duntaxat commemorare satis haberent. Alioqui credibile non est, Ptolomaeum, Album*

pagum,

pagum, locum adeò illustrem silentio tam alto transmissurum. Quippe Album pagum, maximum Nabataeorum Emporium Strabo appellat. Et paulo post. *Albo pago in Petram, ex Petra Rhinocoluram, quæ in ipsa Phœnicia est, apud Ægyptum, merces Indicæ Arabicæque solebant portari, atque hinc in alia loca. Nunc pars maxima per Nilum Alexandriam vehitur.* Atqui pagum, urbemve maritimam claram atque nobilem præterquam Elanam, nullam in Nabatæorum regione reperimus. *Hæc ergò sit oportet pagus ille Albus.* Atque adeò Emporium istud nupero nomine λευκὴν κώμην vocarunt posteri, vetusto & suo Elana est.

§. 16. Res ipsa ex *utriusque loci descriptione* dijudicari potest. Nam *(1.) uterque locus est maritimus in littore Arabico (2.) eadem utriusq; custodia militum. (3.) idem navigatio-nis*

nis cursus. Ita enim de Ailath inquit *Hieron. de Locis Hebraicis: Ailath (1.) in extremis finibus Palæstinæ juncta meridianæ solitudini, & MARI RUBRO. Unde (3.) ex Ægypto Indiam, & inde ad Ægyptum navigatur. Sedet autem ibi (2.) Legio Romana cognomento decima. Et olim* quidem Ailat *â veteribus dicebatur, nunc verò Aila.* Ita quoque *Arrianus* in Periplo suo: Ad *sinistram Berenices naviganti occurrit alius (1.) portus & præsidium, quod* ALBUS PAGUS *dicitur; Ex quo Petram itur ad Nabatæorum Regem. Et est (2.) illud præsidium Emporii loco navigiis minoribus, quæ ex Arabia illuc appellantur. Quocirca (3.) cautionis & custodiæ causa eodem mitti solet, qui quartam partem mercium importatarum exigit, & centurio cum exercitu.* Et quanquam apud *Hieronymum* major militum manus nominetur; istud tamen

rei

rei ipsi nihil præjudicat. Nam *rebus dubiis & vehementer inclinatis (quod accidit Hieronymi ætate) firmiori præsidio opus erat apud omnes gentes, præprimis apud limitaneas, easq́ perfidas & inconstantes*, quod regnante *Adriano*, cum *Arrianus* scriberet, non ita opus erat; siquidem ista tempestate imperium Rom. florentissimum erat. Id tamen totum refellit, & negat Fullero Sam. Bochartus in Chanaan l.1.c.44.f.m.763. qui consulatur.

§. 17. Et talis quidem *Aila* fuit, Admodum *celebre in Idumæa emporium*, utpote in quo in primitiva Ecclesia aliquis ex *Palæstina Episcopus* resedit, cujus in *Concilio Niceno* quoque ratio fuit habita. Nam inter alios quoque ex PALAESTINA PROVINCIA PETRUS EPISCOPUS AILENSIS, ab hac Aïla delegatus, subscripsisse legitur. Quod indicio, istius

istius loci Ecclesiam, & Episcopum magni esse æstimatum.

§.18. Ex dictis disparet, quidnam de Novitatibus istis Goropianis contra communem Geographorum consensum excogitatis sit statuendum. Nam hic (*a*) quæritur: *An Elana Aila & Ailath sint eadem?* Negat *Goropius in Hispan. p.m.78.* Nos contra ex *Strabonis l.XVI.& Joseph.l.* VIII. *Antiq. c. 2 & Maffai l.1.Hist.Indic.p.39.* affirmamus. (*b*) *An Elana sit in Arabia felici?* Quod Goropii autoritatem secutus, aut similitudine vocum, quæ inter *Elanam & Laanam* est deceptus *Carolus Stephanus, ait in Diction. Geogr.Histor.p.50.* Nos autem eandem in Arabia Petræa in campo Ailath invenimus. (*c*) An *Elath seu Eloth sit Elusa Ptolomæi?* Quod iterum *Goropius* affirmat, comminiscens pro *Eloth* in sacris scriptum

esse

esse *ELUT*, deinde more *Chaldaico & Syriaco, Atticoq;* commutari *S* in *T* ac pro *Elut dici Elus*: Jam autem *Elusam, seu Elysam Ptolomæi*, esse *Idumææ urbem* Ægypto proximã; hinc etiam *Eloth esse prope Ægyptum ad Mare Mediterr.* Sed figmenta hæc sunt Goropiana. Nam diversæ urbes sunt, *Eloth seu Ailath*, & *Lut, Lusa seu Elysa.* Utraque quidem *Idumeæ civitas est*, sed longius ab invicem distantes. Nam *Elath ad mare*: *Elusa in media eremo Zin.* In *illius campo fuit XXXII statio Israelitarũ, ad hanc verò X fuit.* De eâ ita *Hieronymus in vita Hilarionis*: vadens *in desertum Kades, pervenit ELUSAM, eo forte die, quo anniversaria solennitas, omnem oppidi populum in templũ Veneris congregaverat: Colunt autem illam ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita est.* Ex his ergò vides *Elusam* in *deserto Cades*

L poni,

poni, dictaq; postmodum est *Tertiæ Palæstinæ urbs.* In sacris vocatur אלוש *Alus, seu Aluscha, ubi Israëlitæ castra sunt metati Num. XXXIII. 13.* Quod cum Ptolomęi λύσα congruit, quam ille *medio ferè spatio inter Mare Mortuum & Erythræum* ponit. Quod si verò ejusmodi προσθήσεσι καὶ ἀφαιρέσεσι vocum esset militandum, parili facilitate ex *Eloth, Lasan seu Lesan, Gen. X. 19.* ad mare mortuum sitam, aut *Bethel in Israël*, quæ olim *LVS* dicta est *Gen. XXIIX. 19.* aut *Elisam*, seu Hellada, & reliquas Archipelagi Insulas facere possemus. Sed

Sunt apinæ, tricæque & siquid vilius istis.

CAPVT

CAPUT III.

De TYRIORUM ET SALOMONÆORUM NAUTARUM NAVIGIORUMQ; CONJUNCTIONE.

Summaria.

§. 1. *Tyri & Hierosolymorum contentio.*
§. 2. *Tyri situs, Apparatus Marinus.*
§. 3. *Tyri bellatores.*
§. 4. *Tyri bella: victoria & clades.*
§. 5. *Tyri nundinæ, & negotiatores.*
§. 6. *Tyri, cum Alcair Quinsai, Carthagine, Venetiis, Athenis & Sparta collatio.*
§. 7. *Tyriæ coloniæ.*
§. 8. *in Mari Rubro.*
§. 9. *Tyrii* αὐτόχθονες.
§. 10. *in Sinu Persico.*
§. 11. *in Taprobane.*
§. 12. *in Cypro.*

§ 1.

TYRUS, potentissimum pariter & opulentissimũ fuit *Emporiũ*, in *toto Oriente* decantatissimum: Uti enim *Hierosolyma ob splendorem Religionis:* ita *Tyrus ob mercaturam in Oriente* potissimum celebrabatur, uti inter cœtera ex *Ezech. XXVII.* & ex *Strabone Lib. XVI. de Situ Orbis. p.m. 510.* patescit.

§. 2. Erat autem TYRUS *Phœniciæ maritima civitas*, in faucibus *maris Mediterranei sita*, mariumq; peritissima. Quod testatur S. *Propheta*

Ezech. quando c. XXVII. ita inquit: *Tyre, quæ habitas in introitu maris negotiatrix populorũ ad insulas multas* v.3. *Tyre dixisti: Perfecti decoris sum, & in corde maris sita.* De apparatu marino ita: *Finitimi tui, qui te ædificarunt, impleverunt decorem tuum v.4. Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris; v.5. Cedrum de Libano tulerunt, ut facerent tibi malũ, Quercus de Basan dolaverunt in remos tuos. v.6. & transtra tua fecerunt ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Chitim. Byssꝰ acu picta de Ægypto fuit velum tuum, ut esset tibi in signum; hyacinthus & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentũ tuum v.7. Habitatores Sidonis & Arvad fuerunt remiges tui, sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui. v.8. Senes Gebal, & prudentes ejus fuerunt in te restaurantes diruta tua. v.9. Omnes naves maris & nautæ earum*

rum

rum fuerunt in te ad negotiandum negationem tuam.

§.3. Erat præterea *bellicosissima Tyriorum natio*, quę tam mari, quam terra copias suas alebat. Hinc S. *Propheta* ita pergit, v.10. *Persa & Lydii & Libyes erant in exercitu tuo:* v.11. *viri bellatores tui, clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo* v.11. *Filii Arvad cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu; & vigiles in turribus tuis fuerunt, scuta sua suspenderunt super muros tuos undique, qui perfecerunt pulchritudinẽ tuam.*

§.4. Hinc cum *potentissimis semper Monarchis* congredi sunt ausi. Nam SALMANASSERIS *copias regnante* ELULÆO *pepulerunt, indeq; non mediocrem sibi gloriam compararunt*, uti ex *Menandri Chronicis & Tyriorum Annalibus* refert *Josephus Antiq. Jud. l. IX. c.14.* Ex qua victoria cum nimiũ insolescerent, *Alexandro quoq; M.*

M. victori Orientis resistere sunt ausi, uti etiã ante *Nabuchodonosoro*, sed cum magno suo damno. Nam ab utroq; sunt devicti, uti ex *Ezech. XXVI. Jos. l. 1. contra Appion. p. 454. & ex Ez. XXVII.* discimus.

§. 5. Inclytum *Emporium TYRUS* præbuit, utpote in quam *merces totius Orientis* convehebantur, ac in Insulas atq; reliquas regiones *Maris Medit.* distrahebantur. Unde S. *Esaias* eam סְחַר גּוֹיִם *Gentium mercaturam*, Der Heyden Marckt appellavit c. XXIII. 3. Sanctus *Ezechiel* quasi facto διαμερισμῷ per partes recenset *negotiatores & eorum mercimonias.* Ita enim pergit v. 12. *In mari fuit negotiatio tua, præ multitudine divitiarum cunctarum, argento, ferro, stanno, plumboque repleverunt nundinas tuas v. 13. Græcia, Thubal & Mesech ipsi institores tui, mancipia & vasa area adduxerunt populo tuo. v. 14.*

De

De domo Thogarma equos & equites & mulos adduxerunt ad forũ tuum v.15. Filii Dedan negotiatores tui, insulæ multæ, negotiatio manus tua: dentes eburneos, & hebenina commutaverunt in pretio tuo v.16. Syrus negotiator tuꝰ propter multitudinem operum tuorũ, gemmas, carbunculos, purpuram, & acu pictas vestes & byssum & unicornu, & cristallum proposuerunt in mercatu tuo v.17. Iuda & terra Israel institores tui in tritico; balsamum & mel & oleũ & resinã in nundinis tuis posuerunt. v. 18. Damascenus negotiator tuus, in multitudine operũ tuorũ, in multitudine diversarum opum, in vino pingui in lanis candidissimis: v.19. Dan & Iavan & Mehusal in nundinis tuis dederunt ferrum nitidum: Casia & Calamꝰ in foro tuo fuit. v.20. Dedan institores tui in vestibꝰ pretiositatis ad equitandum v.21. Arabia & universi Principes Kedar, negotiatores manus tuæ,

cum

cum agnis & arietibus, & hedis venerunt ad te negotiaturi. v. 22. *Venditores tui Saba & Raëma, cum universis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo v. 23. Haram & Channeb & Heden negotiatores: Seba, Assur, Chilmad negot. tua: Ipsi negotiatores tui in pulcherrimè factis rebus, in vestibus hyacinthinis, & acu pictis, & in thesauris vestium pretiosissimarum, funibus constrictarum, & in cedrinis, &c.* Quarũ mercium & mercatorum indolem Clar. noster *M. Til. Olearius in Tyro sua*, ex hoc Ez. c. XXVII. exstructâ nervosè deduxit c. 4.

§. 6. Quod itaq; *Alcair Ægyptiorũ*, pretiositate mercium, quod *Quinsai Chinarum* amplitudine incolarum, quod *Carthago Afrorum* robore, quod *Corinthus Peloponnesiorum* navigiis, quod *Athenæ* vel *Sparta Græcorum* potentiâ, quod *Venetia* *Ita-*

Italorum venuſtate potuerunt olim, aut adhuc poſſunt, iſtud omne in una Tyriorum civitate reperias, ita ut *nulli earũ vel opulentia, vel dignitate, vel potentia, vel robore, vel venuſtate* ſuo tempore ceſſerit.

§ 7. Hinc tot ex ea una natæ *Coloniæ* ſunt, quot ex nulla alia vel *maritima vel mediterranea* ſatę ſunt civitate. Uti enim *feraces apium & jumentorũ naturæ nova ſubinde excludunt & emittunt agmina: Ita & Tyriorũ fœcunda terra in omnes orbis partes & inſulas ſui nominis heredes transplantavit*, incolarum aliis *imperii cupiditate* ſollicitatis, aliis *novarum rerum avidis*, aliis *crebris terræ motibus* fatigatis, aliis *multitudinis domi minuendæ gratiâ* nova & externa domicilia armis ſibimet quærere coactis. Poſtquam enim *terra Chanaan pœne univerſa occupata fuit à Judæis, duce Joſua, littoralis illa tænia, quæ*

amplissima genti sola relicta est, cum tantae multitudini non sufficeret, pars Phœnicum multo maxima è terra sua exules mari se commiserunt, alias quæsituri sedes. Hinc Tyrus.

§. 8. Emisit COLONIAS IN MARE RUBRUM, uti nō tantū *Full l. IV. Misc. c. XX. ex Insula Astarte seu* Ἀςράτη *per* ἀναγραμματισμὸν *â Ptolomæo dicta* (quæ ab antiquissima Sidoniorum Dea *Astarte* nomen accepisse creditur) & ex *stellis lapideis, qua literis incognitis, vetustis scil. Phœnicum,* inscriptæ erant: sed etiam *Plinius l. VI. c. 19.* docet & *Herodot⁹ in Euterpe,* qui gentem Tyriam etiā ad *Sinum Rubri Maris* ponunt. Unde & Hesychius *Sidonios Erythræi maris accolas* fuisse testatur. Σιδόνιοι Φοίνικες καὶ οἱ τὴν ἐρυθρὰν οἰκοῦντες θάλασσαν. *Sidonii sunt* (non solū) *Phœnices* (sed etiam qui) *Eryth. mare accolūt.* Et ne quis dubitet, *Salom. Elana & Ailath* has

has *Tyrioru coloniae* confirmare poterunt, ut superiori capite diximus.

§.9. Hic simul istud discutiendum, quod ex *Persis* hauserat *Herodotus*, diu inter *Tyrios* versatus, & ex *Herodoto Strabo l.1.Geogr.* & ex istis *Dionysius Periegetes, Festus, Priscianus, & Solinus, primos* nimirum *Phœnices ex Mari Rubro in ditionem Phœniciæ descendisse, ibique sedes posuisse*: quod tamen cum sacris literis non consonat, ut pote quę docent, *Chanaan, primum Phœnicum patrem à prima statim terrarum divisione se in Chananaeam* contulisse. Ideoq; rectè *Phœnices & Tyrii possunt dici* Αὐτόχθονες. Inde autem *errorem istum inolevisse apud Persas*, longe hinc remotos, puto, quod fama publica celebratum fuit, *Judaeos ex Ægypto in Chananaeam abeuntes, per mare Rubrum, & ab eodem descenderint in Terram sanctam, vicinam Phœnicibus,*

Tyriis

Tyrius & Sidonius: Inque eo respectu posset excusari, inprimis cũ etiam *Strabo* sæpe *Phœniciã* tam latè extẽdat, ut & *ipsam terrã sanctã* includat.

§. 10. Quin & ex *Sinu Rubri Maris* progressi, *in Persico Sinu Tyrũ & Aradum* Insulas occupârunt. Ut enim in *Phœnice* duæ fuerunt Insulæ magninominis, *Tyrus nim. & Aradus*; Ita etiam in *mari Persico Tyrũ & Aradũ* Geographi describunt, atque in iis *vetusta templa in Phœniciorum modũ extructa*; unde non immeritò colligitur illa codidisse Phœnices: Ita *Strabo l. XII.* πλεύσαντι δ' ἐπὶ πλέον ἄλλαι νῆσοι, Τύρος καὶ Ἄραδος εἰσιν, ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς φοινικικοῖς ὅμοια. *Naviganti ulterius, aliæ occurrunt insulæ Tyrus & Aradus, quæ templa habent Phœniciis similia.* Stephanus Byzantinus: Τύρος νῆσος ἐν Φοινίκῃ &c. καὶ νῆσος πρὸς ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ

Aradus

Aradꝰ insula Phœnices: est & alia Rubri maris (cujus pars sinus Persicus est) conf. *Ptolom.l.6.c.7.* In quibus Tabulis pro *Arado Aracho, pro Tyrus Tylos* scribitur, leguntq; ita *Teophr. l.IV.Hist.Plant.c.9. Artemidor.apud Steph.in τύρ☉. Polyb.apud Suid. Arrianus in Alex. l.7.* Nempe *Liquidis R.& L. inter se permutatis.* de cujus situ & conditione plura videbis apud *Sam. Bochart.l.1.p.2. Geograph. Sacr.c.XLV.f.m.766.*

§.11. Eosdem *Tyrios* cum *nautis Salomonis Coloniam plantaße in Taprobanâ prædictus Bochartus* c.l.cap. quadragesimo sexto evincere conatur, ex Portu *Taprobanes Hippuris seu Hippuro,* ad quem appulit *Anni Plocami libertus.Plin.l.VI.c.22.* Carmaniam *XV. die Hippuros portus invectus.& Solinus: Appulsus est ad hoc littus, portumq; invectus, qui Hippuros nominatur.* In libris, CL. *Salmasio*

teste,

teste, legitur *Hipporus vel Ipporus*, quam ille vocem ex *Opir vel Ophir*, formatã esse judicat, dialecto græca. Prætereaq; *Taprobatani Herculem, DEum Phœnicum,* coluerunt.

§. 12. Sed ex *Orientali Mari ad Mediterraneum* reversi, *Colonias Tyriorum* longe plures, evidentioribus etiã documentis, offendimus. Et quidem *Cyprus domita à Belo*, juxta illud Virg. 1. Æn.

- - *genitor dum Belus opimam*
vastabat Cyprum, & victor ditione
tenebat.

Recepit *Citium & Lapethum*, uti Stephanus confirmat ex isto Alexandri Ephesii:

Βήλου δ᾽ αὖ κίτιόν τε καὶ ἱμερόεσσα λάπηθος. *Pygmalionis* successor *Paphus*, in *Cypro Paphum* condidit, ubi inclytum illud *templum Veneris Paphiæ*, de quo *Tacitus 2. Hist.* Hinc *Elulæus, Papho recentior, Citiæos*, cum à *Phœnicibus* defecissent, ad obsequi-

um revocavit, teste *Menandro apud Joseph. l. IX. c. 14.* καὶ ἐλουλαῖος (qui *Salmanaßari Aßyrio fuit* σύγχρονος) ὄνομα ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἕξ. οὗτος ἀποστάντων κιτιαίων ἀναπλεύσας προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν. *Inde postea longe plures ibi conditæ à Tyriis Urbes, Carpasia, Cerynia, Scylax, Amathus, Curiũ & Mariũ, à duob9 Cyniræ* Regis Tyrii filiis extructæ &c.

§. 13. Hinc in *Ægyptum* quoq; descenderunt. Ita enim *Herodotus* in Musa secundâ: περιοικέουσι δὲ τὸ τέμενος τοῦτο Φοίνικες τύριοι. καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας τυρίων στρατόπεδον. *Circa illud templum* (Protei in urbe Memphi) *habitant Phœnices Tyrii. vocatur autem locus castra Tyriorum.* Hinc prope *Memphim* ab Achille Tatio *pagus* describitur *Syrus* nomine, ad *quem Nili parvum cornu dividitur in tres alveos:*

forte

forte ideo sic dictus, quod incolæ essent Syri. Huc ista ex *Manethonis Dynastiis* excerpta referenda, quæ de *Dynastia Pastorum decima* habet. πεντε καὶ δεκάτη δυναστεία ποιμένων. ἦσαν δὲ Φοίνικες ξένοι βασιλεῖς ἕξ οἱ μέμφιν εἷλον, ὧν Σαΐτης ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ. Β. Ἀνῶν ἔτη μδ. Γ. παχνᾶν ἔτη ξα, Δ. Σταὰν ἔτη η. Ε. ἀρχλῆς ἔτη μθ, ς. Ἀφωβὶς ἔτη ξα, ὁμοῦ ἔτη σμβ. *Decima quinta Dynastia Pastorũ. Fuere autem Phœnices advenæ sex Reges, qui Memphim ceperunt, quorum primus Saïtes* (*seu Sais* quod lingua Phœn. significat marmor Pariũ seu candidum) *Regnavit annos* 19. *Secundus Anon regnavit annos* 44. *Tertius Pachnan annis* 61. *Quartus Staan annis* 8. *Quintus Arches annis* 49. *Sext° Aphobis annis* 61. *Summa est annorũ* 242. Hi βασιλεῖς ποιμένες *apud Josephũ l.* 1. contra Appionẽ leguntur *urbes*

Ægypti

Ægypti incendisse, Deorum templa diruisse, Ægyptiorum *alios peremisse, alios oppressisse.* Inde nomen *eorum Ægyptiis erat exosum, & execrandum* quod etiã in Genesi sacra legimus, *dixisse Josephum fratribus suis cap.* XLVI. *34.*

§. 14. *Ex Cypro & Syria* facilis decursꝰ est in *CILICIAM.* Hinc *Apollodorus lib. III. Bibliothecæ Sandocum* narrat *Cinyræ* (Regis Tyrii) *Patrem è Syria profectum in Ciliciam, Celenderim* urbem condidisse. Est autem *Celenderis celebris portus Cetidis in Cilicia*, de quo *Strabo, Josephus, Tacitus, Lucanus, Ptolomæus.* Huc *Tarsus*, huc *Cetis*, & alia â *Phœnicibꝰ* vel structa vel habitata oppida pertinent.

§. 15. In *Rhodo & Caria* fuisse Tyrios colonos non me sinit dubitare nomen. *Athæneus* enim *l. 4. c. 23.* testatur, *Cadmum cum in Rhodo templum Neptuno vovißet & condidisset,*

ejus

ejus curã demandasse quibusdã Phœnicibus ibi relictis, qui cum Jalysiis permisti, unum Reipubl. corpus constituerunt. Sic *Lindi lebes* ab eodem *Cadmo Minervæ Lindiæ* consecrat9 *cum inscriptione* Φοινικοῖς γράμμασι *Phœniciis literis*, quę *primum ex Phœnicia in Græciam dicuntur allatæ.* Sic *Phœnicum in Rhodum expeditionis* meminit Conon his verbis *narratione XLVII.* τὴν δὲ ῥόδον, τὸ μὲν ἀρχαῖον λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ ἡλιάδων γένος· ἃς Φοίνικες ἀνέστησαν καὶ τὴν νῆσον ἔσχον. *Rhodum autẽ antiquitus populi indigenæ tenuere, quibus imperabant Heliadæ, quos Phœnices ejecerunt, & insulam occuparunt.* Additur quoque, *Cares*, expulsis *Phœnicibus, Rhodiis* imperasse, qua tempestate etiã alias maris Ægæi insulas tenuerunt. Apud Athenęũ l. 8. *Ergeas Rhodi9* narrat, quo stratagemate *Ipicl9 Phalantũ Phœnicũ ducẽ* ex *Achæa* mu-

munitissimo *Rhodi* oppido ejecerit.

§. 16. In *Samo* quoque vestigia *Tyriorum* deprehenduntur. Nam *Ancæus Phœnicis ex Astypalæa* nepos, un9 *Argonautarum, Sami* regnavit, teste *Apollonii Scholiaste l.1.* De quo ita *Orpheus canit:*

Ἀγκαῖ© τ' ἔμολε πλευρώνι©, ὅς ῥα πορείας (νήτας.
οὐρανίως ἄστρων ἐδάη, κύκλοςτε πλα-
Venit & Ancæus cœli pleuroneus orbes
Astrorūq; vias animo indagare perit9,

Quod exactè in *Astronomicā Phœnicum scientiam* quadrat, de qua *Propert. l.2.*

Quæritis & cœlo Phœnicum inventa sereno (*mala.*
Quæ sit stella homini commoda, quæq;

A quo *Ancæo* ortū est vulgatissimū.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικ© καὶ χείλε© ἄκρε
Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

Quia

Quia *Ancaeus jamjam potaturus ab apro interfectus est.* Ad *Samum* hærent *Icarus seu Icaria Insula* antea ἰχθυόεσσα propter copiam piscium, & *Padmus, secessus S. Johannis Apoc. l.9.*

§.17. In *Chio, Lesbo, & Tenedo* res est clara. Nam in *Tenedo Palemon Cadmi nepos* est cultus: *Chios autem lingua Syra* dicitur *Mastyx, Isidoro* si fides habenda *l.XVI.Origin.c.6. Chios insula Syra lingua appellatur, eo quod ibi mastyx gignitur. Syri enim Mastychen Chion vocant.* Aut certè ista Bocchardi conjectura obtinebit, *qua Chia vel Chivja* Syris *serpentē* significat, quem incolę sub *monte Pelinnaeo* occiderunt. *Cadmū* quoq; *Phoenicium in Lesbo* habitasse, colligi posset ex his Lycophronis:

Ὡς μή σε κάδμος ὤφελ' ἐν περιῤῥύτῳ
Ἴσσῃ φυτεῦσαι δυσμενῶν ποδηγέτην.

Utinam futurum Cadmus hostium
ducem
Te nunquam in Issa procreasset in-
sula.

Issa est una ex urbibus *Lesbi.*

§. 18. In *Bithyniam Phœnix Cadmi Frater colonos* deduxisse legitur ap. *Euseb. in Chron. l.* 1. Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν μαριανδύνη. *Bithynia condita est à Phœnice, quæ primum Mariandyna vocabatur.* Vel ut vicissim *Bochardus* annotat, *Bithynia dicta est à Syro Betin*, quod significat *ventrem*, quia *Bithynia*, *quasi Betinia, interior regio sit. Consentit Mela l.* 1. *c.* 19. *Interius Bithyni sunt & Mariandynei & Plin. lib. 6. cap. 32. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni.* Hinc πρόνεκτος πόλις Βιθυνίας, πλήσιον τῆς Δρεπάνης, ἣν ἔκτισαν οἱ Φοίνικες inquit Stephanus. *Pronectus est Urbs Bithyniæ prope Drepanen*

panen, quam extruxere Phœnices. Huc quoq; spectat *insula Phœnice*, quam comemorat *Herodot⁹ l. IV.* quod *Sigæo littori* adhæreat, & *circa Cyzicū.*

§. 19. Ad *Cyclades* devenimus, in quarum Una, *Cea, Aristæ9 Cadmi gener*, ductâ *Autonoe* imperavit. *Napū tenuit Bacch⁹, Cadmi ex Semele nepos: Astypalææ nomen est ab Astypalæa Phœnicis filia, matre Ancæi, qui Samum tenuit. Oliarius est* Σιδωνίων ἀποικία *Sidoniorum colonia*, teste *Heraclio Pontico* apud Stephanum. *Iós* antea *Phœnice* appellata secundū Pliniū: *Melus* secundum *Festum* dicta est â *Melo*, qui *ex Phœnice ad eandem fuerat profectus.* Res clarissima est ex *Thucydide*, qui ita *l. 1. de insulis circa Graciam*: Καὶ ἐχ ἧσσον λῃσαὶ ἦσαν οἱ νησιῶται, κάρες τε ὄντες καὶ Φοίνικες· ἔτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν. *Neq; Insulares minus latroci-*

trocinabantur, Cares nimirum & Phœnices: Hi enim Insularum pleraasque incolebant.

§. 20. Ad CRETICAS *Insulas, Therã & Anaphen* devenimus: In *Theram, Coloniam Phœnicum diduxit Membliarus*, qui sub cognato *Cadmo* stipendia meruit apud *Herodot. l. IV. c.* 147. *Erant autem in Insula, quæ nunc Thera vocatur, quondam Callista,* ἀπόγονοι μεμβλιαρέω τοῦ ποικιλέω, ἀνδρὸς Φοίνικος *posteri Membliari Pœcili, filii viri Phœnicis: Cadmus enim Agenoris filius Europam quærens cum appulisset Theram, in ea reliquit* ἄλλους τε τῶν Φοινίκων καὶ δὴ καὶ τὸν ἑαυτοῦ συγγενέων μεμβλίαρον, *cum alios Phœnices, tum è cōsanguineis suis Membliarum.* De quo etiam *Pausanias in Laconicis* testatur. Ab hoc duce *Anaphe* quoque dicta est *Membliarus* & per Aphæresin *Bliarus*, utp. cui iste etiam imperavit.

§.21. ATTICAS quoq; *Colonias* videbimus ab *Aristogitone & Harmodio* diductas, qui, Hipparcho *interfecto, Athenas Tyrannide liberarunt.* Erant autem genere *Gephyræi: Gephyræi autem, teste Herodoto l.V. c.55.57. & 61.* ἔσαν Φοίνικες τῶν σὺν Κάδμῳ ἀπικομένων Φοινίκων ἐς γῆν νῦν Βοιωτίην καλεομένην. *Erant Phœnices ex iis, qui cũ Cadmo in terrã, quæ nunc Bœotia vocatur, devenerunt.* Iidem *jus civitatis Atticæ* certis conditionibus adepti. *Templa* Athenis extruxerunt, τῶν οὐδὲν μετὰ τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι, ἄλλα τε κεχωρισμένα τῶν ἄλλων ἱρῶν, *quæ cum aliis Atticæ templis nihil habebant commune,* ſed ab *iis erant distincta*: In his fuit *Achæa Cereris templum, & orgia.* Hanc ſc. *Phœnices*, ut Cabirorum unam, peculiari cultu venerati ſunt. Hæc eſt *Gephyræa Ceres*, de qua Etymologus: γεφυ-

ρεῖς δῆμος Ἀττικὸς; ὅθεν καὶ γεφυραία Δημήτηρ *Gephyres populus Atticus, unde & Gephyraea Ceres.* Gephyres iidẽ ſunt, qui Gephyræi. Indidem diſcere eſt, unde ſint dicti *Gephyres, vel Gephyraei;* nempe ἀπὸ τοῦ ἔχειν γέφυραν, δι' ἧς ἐπὶ Ἐλευσῖνα κάτεισιν οἱ μύσται quia *pontem habent, per quẽ Eleuſinem myſtæ deſcendunt.* Pons erat ad *Cephiſum* amnem, â quo non *procul Athenis Eleuſin* euntibus occurrebat *templum Cereris & Proſerpinæ:* Ita *Strabo l. IX. Geogr.* ποταμοὶ δέ εἰσιν ὁ μὲν Κηφισὸς ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' οὗ καὶ ἡ γέφυρα, καὶ οἱ γεφυρισμοί *Fluvii autem Atticæ ſunt, unus quidem Cephiſſus, qui apud Trinemeos ortus per planitiem defluit, ubi eſt pons & gephyrismi.* GEPHYRISMI erant cavillationes, quas cavillatores ad pontem ſeden-

sedentes recitare, & vel stricta, vel soluta oratione ipsi ponti inscribebant. Hinc *γεφυρίζειν in Plut.* significat *cavillari*, & *γεφυριστής* subsanniator. Nam in isto ponte stare *solebat vel impura meretrix, vel personatus nebulo, qui nobilissimos cives ad Eleusinia sacra ituros, cavillis excipiebat, & convitiis proscindebat.*

§. 22. Nunquid autem & SPARTÆ, *Tyriorum Coloniæ* fuere? Ita est. Nam *Phœnices occuparunt Cythera, Laconici Sinus insulam*, ibidemq; *Veneri Cythereæ* templum extruxerunt, quã Græci Ἀστάρτην vocant. *Astarte autem Tyriorum DEa* fuit apud *Cic. l. 3. de Nat. Deorũ:* Quarta *Venus Syriâ Tyroq; concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est.* Portus â Phænicum appulsu, *Phœnicus* fuit dictus ap. *Xenoph. l. 4.* Hellenicon.

§. 23. *Cadmæi* ab Argivis pulsi ad *Enche-*

Encheleas ILLYRICI populos se contulerunt, inter *Drisonem & Naronem* amnes, ubi Buthoen & *Brituã* urbẽ ędificarunt, teste *Herod. l. V.* Et Stephan⁹ autor est, Illyrios ἀπὸ ἰλλυρίου τοῦ κάδμωνος παιδός ab *Illyrio Cadmi filio* esse appellatos. Hinc descenderunt in SICILIAM, quod constat ex *Thucydidis l.6* ᾤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς σικελοῦς. *Habitabant etiam Phœnices circa omnem Siciliam, occupatis extremis ad mare partib⁹ & adjacentib⁹ insulis, ut cum Siculis negotiarentur.* Quib⁹ deinceps accesserunt *Tyrii Carthaginienses*, uti docet *Pausanias in Eliacis*: οἱ δὲ Φοίνικες καὶ λύβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἀττικοὶ καρχηδονίων εἰσίν. *Phœnices atq; Lybies communi classe in Siciliam*

liam venerunt, & Carthaginensium coloni sunt: Porro venerunt etiā in SARDINIAM atque HISPANIAM, teste Diodoro l V. Bibl. οἱ Φοίνικες διὰ τῆς τοιαύτης ἐμπορείας ἐπὶ πολὺν λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν, καὶ τὰς συνεγγὺς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς τὴν λιβύην καὶ Σαρδόνα καὶ ἰβηρίαν. *Ex hac negotiatione Phœnices per multum temporis opulentiores facti, multas miserunt colonias, alias quidem in Siciliam, & vicinas insulas, alias autē in Lybiam, & Sardiniam, & Iberiam.*

§. 24. Quod hic *Diod.* de *Lybia* dicit, istud est intelligendū de *Didone* è *Tyro navigante, & Byrsam seu Castellum Carthaginense condente*, ut ex *Virgilio, Iustino, Livio, Diodoro* constat: Hinc cum *Annibal Tyrum* adiit, à *conditorib. Carthaginis, ut alia patria exceptus est*, dicente *Livio l. 34. Ann.*

Hinc

Hinc usque ad ævum *Augustini* i. e. annis ferè *mille nongentis, post primã Phœnicum in Lybiam navigationem* ista notitia suæ originis mansit: Si *quis ex vulgo rusticorum circa Hipponem aut Carthaginem interrogaretur, quis esset aut cujas esset? respondit se esse* כנעני *Chanani seu Chananæum,* *docente Aug.* Hipponensium Episcopo in *Expos. Ep. ad Rom.*

Quid? quod *Procopii* ætate, qui sub *Iustiniano* scripsit, *circa A. Christi* 540. in *Africa Tingitana* . stabant adhuc *duæ columnæ, quæ ab iis Chananæis erectæ, qui fugerant à facie Iosuæ,* ut testatur *inscriptio. Procop. in Vandal l. 1 & Eusebius Chron. l. 1. p. 11* in Africæ *TRIPOLIM Colonias deduxisse, scribit, illos Chananaos, quos Israelitæ fugaverant.* Quod de *Carthagine* diximus , idem quoque de ἰτύκῃ intellectum volumus, *maxima, post Carthaginem, Urbe, portus com-*

commodos & spatiosos habente, sexaginta stadiis à Carthagine distante, quam ideo *Stephanus* rectè τυρίων ἄποικον, Tyriorum Coloniã vocat. conf. & *Iust. l. XVIII.* de qua rectè *Silius Italicus l.3.*

Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis
Prisca situ, veterisq; ante artes condita Byrsæ.

Item de *Hippone Diarrhyto*, quam *Salustius reliquis Phœniciũ urbibus* accenset, quando ita: *Postea,* inquit, *Phœnices, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasq; urbes in ora maritima condidere.* Post *Rubricatum amnem* in altero sinu *promontorii Apollinis, est alter Hippo Regius,* de quo *Victor Uticensis* ita inquit: *Hippone Regiorum obsessa est civitas, quã omni laude dignus B. Aug. librorum multorum confector Pontifex gubernabat.*

§.25. Atqui istæ quidem *in Mari Medi-*

Mediterraneo Phœniciæ Coloniæ sunt: Ad *Cassiterides* insulas i.e. ANGLIAM etiam ex *Gadibus* descendisse, exq; iis *plumbum & stannum* petiisse, discimus ex *Strabonis l. III. Geogr.* qui ita de *Cassiteridibus*: πρότερον μὲν οὖν Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορίαν ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὸν πλοῦν. *Hanc negotiandi viam soli ante Phœnices è Gadibus missi aggrediebantur, interim cursum istum celantes omnes.* Imo &, ne alii rescirent, præcaverunt. Hinc cum *Romani, quendã Nauclerũ eô navigantẽ sequerentur, ut & ista emporia noscerent, iste per viam sponte in limosos locos navi illisa, eandẽ in cladem sectatores induxit, & ab naufragio evasit incolumis.* Cui ex facto, *amissi oneris pretium publicè* restitutũ est ex *ærario Tyrio.*

§. 26. An autẽ *Tyrij* etiã in ANGLIAM, uti & in *Thulen*, h.e. *Scandiã*, seu

Norwegiam, aut aliam aliquam ultimam insulam, priscis incognitā, atq; in *Galliam* suas *colonias* diduxerint, ego quidem nolo dijudicare; Istam liticulam *Cambdeno*, *Anglo*, & *Sam. Bocharto*, *Gallo*, linquo, qui quid antiquitatis vestigia aut documenta ferant, exponant. Interim non improbabiles sunt pro *Bocharto* conjecturæ, quas in *ipsi⁹ p. II. Geogr. l. 1. c 39. 40. & 41.* legere est.

§. 27. A *Coloniis & quasi filiabus ad Metropolin* redimus, TYRUM, nempe, cuj⁹ omni *ævo semper magna laus fuit in navigationibus*; ideoq; etiam in *societatē maritimā* sollicitati sunt à *Salomone* nostro. *Nā expreßè* istud elogium in sacris ferunt nautæ Tyrii, quod fuerint יֹדְעֵי הַיָּם *gnari Maris*; & *gubernatores Tyrii* in sacris pro *peritissimis navarchis* ponuntur.

§. 28. *Rex* autem *Tyri* ætate Salomonis fuit HIRAM, qui in *2. Paral. VIII. & IX. cap. Huram*, ap. Josephū

Iromus dicitur, cujus magna *cum Davide*, ejusque, in bonis & Regno paterno, herede fuit amicitia, quã multis deprædicat *Scriptura & Menandri Chronicon*, utpote qui non ſolum *Salomoni* de ſolio Patris adepto gratulatus eſt, ſed etiam magna & multa honoris & amoris officia præſtitit. Nec minor utriusque fuit cura, *ingeniis*, quàm gratificandi ſtudio certare. Nam *ænigmata invicem proponebant, & ſolvebant* ſub mulcta magnæ pecuniæ. Et quod *Salomon propria Sapientia, id Hiram ope alicujus Abdemonis, Iuvenis Tyrii* præſtitit, teſte *Diod. & Menandro ap. Flav. Ioſeph. l. VIII. Antiq. Iud. c. 2. p. 113. & l. 1. contra App. p. m. 453.*

§. 29. Quomodo itaque *Hirami & Salomonis Servi coïverint, aut quomodo ſua navigia conjunxerint?* hic juvat diſquirere. Iſtud autem *primò* certũ, quod *Tyrii nautæ navibꝰ vecti in mari Mediterraneo usq́ ad Ioppen,*

ſeu Gazā venerint, indeq; *abierint Hieroſolymas ad Solom.* Hoc enim expreſſè extat 1. *Reg. IX,27.* Et *miſit Hiram* בָּאֳנִי *in Navi ſervos ſuos viros maris* & 2. *Paralip. VIII,18.* non tantū ſervos, ſed etiam *per manus ſervorū ſuorū Naves* miſiſſe fertur. Sed iſtud *ſecundo* eſt incertū: *An iſtæ naves Hirami iverint in Ophir, & ex Mari Medit. in Rubrum transvectæ fuerint?* Quod ego incertum, ſi non prorſus abſurdum eſſe duco.

§.30. *Duplex* autē iſti aſſertioni fidē faciendæ *ratio. Aut enim terra, aut mari eò deveniſſent. Si Mari*, per *Gades & Promontorium Bonæ ſpei in Oceano Atlantico, Africano, Melindano & Oriendali* via fuiſſet facienda: quam nullus credere poſſum, iſta rudi ætate ſaltem *notam* fuiſſe, ne dicam tantis impenſis, ſumptuum, navium, virorum, difficultatū, apertam aut tentatam fuiſſe. Nam

quod

quod quidã de *Eudoxo*, ex Arabico sinu in Gades delato, de *Hannone* ex Carthag. portu *in Rub. mare* velificante, de ruderibus navium *Hispaniensiũ* in Mari Orientali deprehensis, item de *Indis Q. Metello* â Svevorum Rege donatis hic afferunt, ea partim nimis credulã antiquitatis fidẽ redolent, partim incertis conjecturis vel fabulosis anilibusque narrationib9 nituntur, partim deniq; *ætati Hirami & Salomonis* non conveniunt.

§.31. Sin verò *terrâ* eò venissent Hirami naves, ex *Nilo aut Pelusio* id fieri debuisset. Posset fortassis quis in hanc venire opinionem, si cum priscis præsentia tempora cõferat, *Hiramũ potuisse ex Tyro, aut Salomonem Hierosolymis Naves suas terrestri itinere in Asiongaber mittere*, quia testatur *Helfricus* in seiner Reise ins H. Land/ & *M. Heberer in Serv. Ægypt.*

 l.2.

l.2.c.5.Cairi in Ægypto quotannis aliquot triremes in Navali ædificari, easque in partes suas resolutas ab onerariis Camelis inde, usq; ad Heroum urbẽ Sues, & ad Mare Rubrum per vastum, arenosumq; Terræ tractum deportari solitas. Imo si consideret Naves istas *Æthiopum & Alexandrinorum plicatiles,* de quibus scribit *Plin. l. V. c.9.* quod eas *implicare, & humeris trãsferre potuerint, quoties ad Cataractas ventum est, iterumque explicare, quoties aquarum copia data* est. Et *Majolus in Dieb. Can. in Memorab. refert* ex Continuatore *Palmerii,* quod *Anno Domini M.D IX.* ex *India* quoque talis *portatilis Cymba asportata* sit, & *delata Rothomagum,* quam homo *una manu evehere in humeros potuerit.* Et non tantũ de *Navigiis portatilibus, sed etiam integris domibus & Palatiis Regiis ex Historiis* compertum est, quod de loco in locum de-

por-

portatę fuerint; ut de *Francisci Gall. Regis Papilionibus* & *Heinrici Angliæ Regis lignea & amplissima Regia* refert *Jovi⁹ l. XX. Histor.* De *Regis Japonici domo* & *Cubiculo portatorio* in regia *Quaba* condoni *Ludov. Froes ad An. 1586.* & de *Regis Sinarum Diversorio publico* Johannes Sedis Apostolicæ Legatus ap. *Vinc Hist. l. 31. c. 30.* & de *domicilio Imperatorio à Sultano Babylonico* dono misso *ad Frider. Jmp. Rom.* Anno Domini 1232 scribit *Trithem. in Chron. Hist. Hirsaugiensi.* Quidni igitur etiam potuerint *rates* & *Naviũ tabulatura Hierosolymis* aut Tyro transportari in Idumæorum Asiongaber?

§. 32. Attamen, quicquid horũ sit, quoniam nec *Literis Sacris*, nec *Prophanis* traditũ accepim⁹, tali pacto *Salomonẽ suas Naves traduxisse*, imo in *Asiongaber de Novo extructas esse certò scimq*, cur *talẽ transportationẽ*

tam

tam molestã & difficilẽ, tam longinquã & sumptuosam instituisse Salomonem crederemus, cũ potissimum & Compendium sumptuum facere, & longinquioris itineris molestiã avertere potuerit *nova classis fabrefactione in Navali Idumæo?* Quocirca ut dicamus, quod sentimus: *Salomon Navi acceptos Tyrios Naucleros, stipẽdio annuo cõduxit, & ex Hierosolymis in Esiongeber ire jussit, ut suis sumptibꝰ classẽ construerent, & in Ophir vela facerent. Hiram itaq; non Naves è mediterr. ad mare Erythræum per longa locorũ spatia transportavit,* sed *servos mari assuetos & rei nauticæ apprimè peritos* misit, *qui Naves à Salomone in Rubro Mari fabricatas moderarentur.*

§. 33. Ex iis etiã facile patet, quid respondendum sit ad quæstionem: *An utriq; Regi, Salomoni & Hiramo sua fuerit classis, ita ut utrinsq; fuerit juncta in Esiongaber & in Ophir?* Quod

Johann

Johann. Gorop. Becanus audacter affirmat Hisp. l. V. p. 75. Sed profectò præter Pythagoricum αὐτὸς ἔφα, nullum habet fundamentũ. Quanquã enim *1. Reg. X. 11. Classis Hiram* nominetur, istud tamen non est ita intelligendum, quasi *vel solus Hiram instruxerit, vel instructam suo nomine miserit,* sed *quia Tyriorum ope regebatur, qui ab Hiram erant missi.* Idque vel hinc constat, quia *Aurum* quod ex Navigatione redibat, *non ad Hiramum, sed ad Salomonem* pervenit: Non *Tyriis,* sed *Hierosolymitano Regi* pecunia est allata & annumerata, ut expressè extat *1. Reg. IX. 28.*

§. 34. Si ergo *una* saltem fuit *Salomonis classis: Nunquid communib⁹ Salomonis & Hirami sumptib9 extructa fuit?* Ita videtur *Casp. Sanctio Centuputeolano, Complut. SS. Liter. Interpr. Publ. Comm. in 1. Reg. IX fol.* 1110 Quod utut non præfractè negaverim, non tamen

tamen etiam simpliciter asseverare possum. *Nunquid enim Hiram Sumptus contulisset in Classẽ, ex qua nullos sumpt9 recipiebat, nullũ fructũ sentiebat? Aurũ, quod Ophirani rectores attulerunt, ad Salomonem detulerunt 2. Paral. VIII. v. 8. non ad Hiramum.*

****

CAPUT IV.

DE OCEANO ET MARI,

in quo Salomon navigavit.

POstquam *classem Salomonis in portu Asiongaberis & Emporium Arabico-Indicum in Ailoth* constituimus, atque utrumq; locum vindicavimus, oportunum est visum cũ *nantis Tyriis & Salomonais MARE* ipsum ingredi, & quæ hic ambages, atq; præcipitia sententiarum inveniantur exponere, ut ita in offenso pede

pede ad AURIFERAM OPHIRAM deveniamus; *Oceanus*, in quo navigatum est, totus est *Orientalis*, qui *Indicum*, PERSICUM, ARABICUM *Maria* complectitur, specialiter autem in sacris in hac expeditione nominatur *Mare Suph*, quod ad ejus orã naves cõfectæ sint; & *Tharsis*, quod in eo naves cõfectæ iverint, ideo etiã duabus *sectionibus* hoc caput expediemus: *Prima* aget de MARI SUPH, *secunda* de THARSIS. In utraque cũ *Becano* nobis erit confligendũ, tanquã pirata neoterico, & novitatis Geographicæ admodum avido viro, & quid solidi aut veri ferat, videndum.



SECTIO I.
DE
MARI SUPH.

Sum-

Summaria.

§.1. Mare Suph est Rubrum.

§.2. Suph autem, quia littoribus limitatur.

§.3. Quia est algosum & caricosum.

§.4. Est nomen soli Rubro M. proprium.

§.5. Non commune Mediterraneo.

§.6. Jon. II. 6. Suph notat algam.

§.7. An propter contiguitatem unius cum alio, Mare Medit. possit vocari mare Suph?

§.8. Rubrum & Erythræum unde?

§.9. Reâpse non est rubrum.

§.10. Frustra igitur rubedinis causæ arcessuntur à radiis ad littora aut montes repercussis, aut à Sole verticali.

§.11. Frustra ex imbre.

§.12. Frustra ex fundo, ex alga, ex fonte

§.13. Frustra ab Erythra Rege Insulano.

§.14. Frustra ab Erythrâ Persâ.

§.15. Rectè ab Edomo seu Esavo,

§.16. Domino Idumæorum seu Dacharenorum.

§.17.

§. I.

MARE SUPH in sacris passim nominatur, & intelligitur MARE RUBRUM, seu ERYTHRÆUM, quod infallibiliter verum est ex *Ps. CVI. 7. Patres nostri in Ægypto non fuerunt memores misericordiarum tuarum, sed rebellarunt juxta Mare* בְּיַם־סוּף *in mari Suph* & mox v. 9. *Et increpavit (Dominus)* בְּיַם־סוּף *mare Suph & siccatum* est, *&c.* quibus citra dubium S. Psalmista ad digressum *Isr.* per *Mare Rubrum* respicit *Ex. XIV. Huic adde Ps. CXXXVI, 15. Ps. CVI. 22.*

Jer.

*Jer.*49,21, *Deut.*1,1, *Exod.*23,30. & ita passim. Interdũ יַם־סוּף, interdum autem etiã *absolutè* סוּף ponitur, sine addito nom. *Maris*, utpote *Deut.* l.1.

§.2. Dicitur autẽ *Mare Suph* Ebraicè ex ℞ סוּף *deficere, finire*, unde est nomẽ סוֹף *finis seu extremitas Eccl. III,* 11. itẽ סוּף *alga seu juncetũ Jes.XIX,6.* Hinc *Mare Suph*, est, vi verbi, Mare vel *finiens* vel *finitũ*: *Finiens* seu *cõsumens omnia*, quod instar alicujus voraginis absorbet & consumit, uti Pineda opinatur ex *Soph* I.2. *Finitũ* autem (quod malo) ut sit præt. Pahul. סוּף, *ut sit limitatũ, terminis & littoribꝰ circũ septũ.* Nã Deus ipse *mari terminos posuit, & limites præscripsit*, quod excurrere nescit *Iob. XXXVIII,4. & 10. Syr. XLIII.* 25. 26.

§ 3. Atque vi hujus etymi, *Mare Suph* esset *quodvis mare*, quod suis finibus constat. Interim melius fit, quod dicatur, *Mari Suph* dici ex nomine

mine סוף *alga*, ita, ut sit *mare quasi algosũ R. seu jũceũ: & ita specialissima ratione Mari Rubro* tribuitur, utpote in quo *multũ algarũ ac aricũ* succrescit, ita ut ex iis sæpe periculum navib9 suboriatur teste *Pl. l. II. c. 103. & l. 9. c. 17.* & cōmuniter fere in omni fundo marino, pręsertim ad littora, jũci & algæ ejusmodi plures inveniuntur. Ita *S. Hier. ad Fabiolã, ita Ariano, Victorio, Forstero, Pagnino, Avenari*°, pluresq; alii *Doctores Ebræi*, quorũ non possũ nõ hac in parte & laudare cõstantiã & sequi sententiã.

§. 4. Atq; sic statuendũ est, *Mare* סוף *Phrasi Biblica* esse nomẽ *propriũ, soli Mari Rubro* cõveniẽs, nõ vel *Mediterraneo* vel *Mortuo*, vel ulli alii. Verũ his se opponit *Goropi9* in suis *Hispanicis*, & nõ tantũ *corrigit vulgatũ Interpretẽ*, sed *& omnes antiquiores Philologos & Theologos*, qui per *mare Suph* intelligãt *Rubrũ, cũ sit nomen appellativum omni mari algoso* conveniens.

§. 5. Eamq. in rem adducit locum ex *Jonæ II. 6.* Ubi hoc nomen *Suph* usurpatur, quando ita orat Jonas: *Vorago circumdedit me*, Suph, *mare alligatum est super caput meum.* Ubi per סוף *Mare* non *Rubrum* sed *Medit.* est intellig. In hoc enim, non illud, *Jonas* ex Joppe solvens est projectus.

§. 6. Sed R. Frustraneæ sunt eæ argutiæ. Nam vocab. סוף ibidē non *mare, sed algam seu juncū* significat. Ibidemque non ut *proprium*, sed ut *appellativum* nomen usurpatur. Hic enim sensus est: *Projecisti me in profundum, in cor marium, & flumen circumdedit me, & omnes fluctus tui supergressi sunt super me, vorago aquarū me circumdedit, &* סוף *Carectum seu alga alligata est capiti meo*, und Schilff bedeckt mein Häupt. Non itaq; *Jonas* ea precatus est in *Mari Rubro*, ut hic ineptit Pineda, sed in

Maris

Maris Medit. fundo â balæna portatus, id indicare volens, quod pisci πορθμεὺς *omnes abyssos, omnes profunditates cum ipso perreptet*, ita ut junceta quasi ejus caput obtexerint, utut in ceto adhuc conclusus fuerit. Quis autem foret in ista *Goropiana expositione* sensus: *Mare* סוף *alligatum est capiti meo?* quomodo *mare Medit. capiti Prophetæ alligabitur, aut alligatum potest dici?* Si verò ex voce סוף, quoties adhibetur *Goropius* velit *mare Medit.* efficere, cur non & facit in loco *Deut. l. 1.* ubi æquè *absolutè sine additamente* ponitur, ut in hoc Jonæ loco, & tamen ibi citra omne dubium *Rubrum, non Medit.* indigitatur: Aut cur non etiam ex *Nilo facit Medit. Mare*, quia de *Nili aliquo ostio, adhibetur* בסוף *Gen. II, 4.* in quo Moses fuit expositus. Notat autem isto in loco non ים־סוף seu *Mare rubrum*, sed *jun-*

cœtum arundineum in aliquo Nili ostio.

§. 7. Ineptior ista *Goropii* aut *instantia*, aut *excusatio* est, quod ab Interp. vulgato *Mare Suph* potuerit reddi *Rubrum*, cum tamen sit intelligendum *Medit.* quia *Rubrum cum Mediterraneo continuũ sit mare, licet per immensas ambages & circuitus. Uti nomen Ponti, quod unius maris nomen est, ad universum deinceps mare & quamcunq; ejus partem transfertur, & mare Myrtoum vel Carpathium pro quocunq; mari per Poëtas ponitur.* Ineptiæ. Si *propter continuationem istã non contiguam sed interruptissimã* Mare *Medit.* posset dici *Mare Suph seu Rubrum*, etiã mare *Persicum* erit *Norwegicum*, & *Arabicum erit Magellanicum*, quia continua sunt maria, licet per immensos circuitus. Aliud autẽ est quando apud *Poëtas*, *Pont9* pro *quovis mari* Synecdochicè.

cè ponitur, & aliud esset, si *Pont⁹ propter continuitatem poneretur pro mari Russico aut Japonico*, idq; propriè. *Grammatica* à *Rhetorica significatione* est discernenda.

§. 8. Hoc *mare Suph* Græci ἐρυθρὸν seu ἐρυθραῖαν θάλασσαν & Latini *Rubrum Mare* appellaverunt. *Ita Plin. l. VI. H. N. c. 23 Mare, quod Rubrũ dixere nostri, Græci Erythræũ.* unde? res est admodũ dubia, & tot fermè commentis consperſa, quot viri docti de eo præceperunt.

§. 9. Istud autẽ ante omnia præmittendum, *Aquam istius Maris rubram neutiquam esse, sed perinde ut aliorum marium & fluminum aquam se habere.* Ita *Nobiliss. Dn.* Breuning *in suo Itinerario* tanq: ocular⁹ testis Das Schilff-Meer ist an der Farbe nicht mehr roth / als Pontus Euxinus bey Constantinopel schwartz ist.

Ita *Ludov. Vartomannus* qui istud totum ab intimo ferè sinus recessu ad ipsas usque freti fauces pernavigavit, in *l.1.Nav.c.21.* *Satis est*, inquit, in *confesso omnibus, quod dictum aequor non sit Rubrũ, sed instar reliqui aequoris.* Johannes *Brodaeus Turonensis* vir eruditꝰ quam diligentissimè percontatus, & omnia penitus deditâ operâ perscrutatus, rei istius veritatẽ ex oculatis testibus compluribꝰ exploratissimè cognitam his verbis explicat. *Saepe numero de multis sciscitatus sum, qui tempestatibus in hoc mare ejecti, quique etiam huc, peregrè in has regiones profecti, multos dies contemplati essent, an veritati consentirent, quae de ejus rubra aqua, & arena partim vulgo jactarentur, partim etiam à claris hominibus literis mandarentur. Quorũ nonnulli infantiam meam mirari, alii stultitiam ridere, qui mihi fucũ fieri non sen-*

tirent

tirem. Neminem porro adhuc tam stolidum nautã reperiri, qui mare illud, rubrum nuncupatum, ab Oceano nostro quicquã differre prædicaret. His gemina habet *Curtius l. VIII. Hist. Mare certè, quo adluitur, ne colore quidẽ abhorret à ceteris: Ab rege Erythro inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt.* Ex his itaq; patet, hoc Mare non *reapse sed nomine* saltem rubrum esse.

§. 10. Tanto magis mirandũ est, quod viri tam graves & eruditi solliciti fuerint de *Rubedinis aquarum causa*: διότι investigaturi cum de τῷ ὅτι nondum constet. Hinc apud *Eratosthenẽ* nonnulli, ut & *Artemidorus* aliiq;, *colorem tantum apparentẽ* defendunt, istiusq; causam dare allaborant, dum *ad reflexionem radiorũ decurrerunt, exq; eorum repercussione ad littora facta atq; in aqua algida recepta apparentem istius rubedinem* effici.

effici voluerunt. *Photius in Bibl. l. 1. c. 2 p. 717.* ex *Agatharchide* recitat alios, qui *eandem reflexionẽ solarium radiorũ* retinentes, istos *ad montes feriri* volunt, eosq; cum sol *acri & igneo radio feriat, carbonis* (igne rubentis) *imaginem exhibere: Arena v. cumulos subrubentes per litora ortum versus ad multa stadia passuum exstare. Relucẽtem g. atq; emicantem ex utrisq; splendorem* (αὐγὴν) *cum in fretum incidit, simile continentis colore mare inficere videri.* Adduntamen, alios perhibere, *solẽ ibi non, quemadmodũ apud nos, claris & fulgentib. radiis maris aquas impetere, sed sanguinis speciem habentibus; quib⁹ effici, ut ipsum quoq; mare sanguinei propemodum coloris similitudinem referat.*

§. 11. Ab his non procul recedit *Ouranius Historicus non ignobilis Rerũ Arabic. l. 2.* montes *istos rubentes* retinens, aliquidq; novi commenti

addens

addens: Namq; ἐρυθρὰν θάλασσαν ita nuncupatā tradit, ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσὶ καὶ πορφυρᾶ. Καὶ ἐπὰν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν σκιὰν ἐρυθρὰν. καὶ ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων κάτω συῤῥυέντων εἰς θάλασσαν, οὕτω γίγνεται ἡ θάλασσα τὴν χρόαν ab imminētibus montibus, qui valde rubri sunt & purpurei. Atq; ubi sol eos radiis illustraverit, deorsum in mare jaculans ut umbrā. Porro imbre proluti aquis suis undiq; in mare defluentibus, consimili colore illud intingunt. Ast hi autores, 1. rem falsam pro re certa substituunt (2.) colorem realem cum intentionali confundunt. Namq; ex reflexione radiorum sub rubida tinctura aquæ rubicunda nunquam fiet.

§. 12. Ineptiores sunt, qui colorem realem quærunt, ubi nullus est: Eumque

Eamq; vel *arcessunt, à fundo rubro*, qui rubeus apparet per aquas perspicuas: quod facit Schindlerus in Lexico in voce סוּף; vel *ab alga in fundo hærente*, quod *Claudianus* Poëtarum more fecit, vel *à fonte nescio quo*, qui *aquam rubicundam ac minio plenam* in mare emittat, quod facit *Ctesias Cnidius*, homo mirificè φιλόμυθος, *Regum Persarum Medicus*. Mirum ubi *istum fontem* ponat *Ctesias*. *Pausanias* certè in *Messen. p. 113.* ponit talem *fontē ad Joppē* in terra Sancta: Ita enim habent verba: ξανθὸν δὲ ὕδωρ οὐδέν τι ἀποδέον τὴν χρόαν αἵματος, ἡ Ἑβραίων ἡ γῆ παρέχεται πρὸς Ἰόππῃ πόλει. θαλάσσης μὲν ἐγγυτάτω τὸ ὕδωρ ἐστί. λόγον δὲ ἐς τὴν πηγὴν λέγουσιν οἱ ταύτῃ. Περσέα ἀνελόντα τὸ κῆτος ᾧ τὴν παῖδα προκεῖσθαι τοῦ Κηφέως, ἐνταῦθα τὸ αἷμα ἀπονίψασθαι. *Aquā rutilam, quæ colorem san-*

guineum exhibeat Hebræorum terra præbet ad urbem Joppen. Ac proxime quidem mare est, hæc aqua. Sermo indigenarum autem pervulgatus est de hoc fonte; Perseum postquam interemit Cetum, cui exposita erat Cephei filia, abluisse eodem loco sanguinem, quo respersus erat. Si istũ *fontem* intelligeret *Ctesias*, quem hîc posuit *Pausanias*, æque fabulos9 esset, & mendaci Græciæ acceptò ferendus est; Sed iste *Ctesiæ* ad *mare Arabicum* reponendus, non procul â *sinu Persico in Carmania* h. e. in *Sagdiana vel Sagdana*; quæ *sinus Persici insula* est, *Carmaniæ* adjacens. Ita enim tradit *Juba ap. Plin. l. XXXIII. c. 7. & Ptolom. Geogr. l. VII. c. 8.* Σαγδιανὰ ἐν ᾗ μίλτος: *Sagdiana in qua Minium.* Ex hujus insulæ Sagdianæ minio fœcundæ naturę ortus videtur *fons ille fabulosus*. Sed ex eo Terræ situ potius tria Maria Rubra conficiuntur: Mediterra-

terraneum à fonte Joppes rubro, Persicum & Rubrum â fonte Sagdianæ minioso.

§.13. Explosis istis fabulis. *Pomp. Mela Lib. III. de Sit. Orbis c.7. Plin. l. VI. c.23. Curtius l. 8.* sunt audiendi, qui ita dictũ volunt ab *Erythra*, Rege *Insularium in Mari Rubro*, qui cum esset *Andromeda & Persei* filius, his insulis imperitaverit, atq; in una earundem, *Ouracta*, sepultus sit. Sed & hæc fabulam sapiunt. Nec de *Insulæ* nomine conveniunt. Nam *Plinius, Mela, Stephanus & Dionysius Peregietes* vocant ὤγυριν: *Eratosthenes appellat Tyrinam. Nearchus Doractã.* Ptolomæus ὀοορόχθαν vel βοροχθαν. Nec de certo confessoq; *loci positu* quicquã certi habent. Nam *Ogyrin sive Tyrinon aliqui intra sinum Persicũ collocant, alii eam inde duobus stadiorum millibus in altũ Oceanum versus austrum promovent extra Carmeniæ*

Promo-

promõtoriũ. Nec de *homine ipso* satis constat, an *Erythra*, an *Erythrus*, an *Erythraus* fuerit appellatus, an in *Persia natus*, an *Graco genere satus sit*? Si iste *Argivus*, *Danaës filius* fuerit, statim prodit, ἀπὸ τῆς ποιητικῆς ἐξουσίας *à Poëtica licentia* esse fictum.

§.14. Sed fortassis tutius est *Persam* ponere, quod facit *Photius in Bibl. f.1322. ex l.1. Agatharchidis Histor. c.2.* qui ita edoctus est à *Boxo* quodam *Persa*, *Erythram quendam, genere Persam, filiũ Myoza quasivisse boves equosq́, leonum insultu exterritos & in insulam quandam fugatos; quos cum ille per mare, constructa illic primum rate, sectaretur, armento invento, commodam sibi sedem in insula elegisse, inq́ eã, ut & reliquã orã maritimã (è Persia accitos) colonos misisse, pelagũq́ de suo nomine appellavisse*. Sed *Box⁹* iste nugator egregi⁹ fuit, & *fabulis Gracis* gnaviter *imbut⁹*, utpote

qui *patria relicta, Athenis diu vixit*, teste *Agatarchide*. Ideo quod *Graci de Erythra Achivo*, iste de *Erythra Persa* incrustavit, figmentis utrinque aspersis. Nam non *pravidit ineptus fabulator*, nomina ἐρυθρὸν, ἐρυθρὰ, ἐρυθραίας aut ἐρυθραῖος omnia *nomina Græca esse*, nec ab *idiomate Persarum, nec Arabum, nec Ægyptiorum* Mare Rubrũ accolentium proficisci potuisse.

§. 15. Quorsum g. tandem? aut unde denominationẽ petem9 Rubri aut Erythræi maris? cum *Nicolao Fullero* petemus à *Domino Edomææ & maris Edumæi*, qui fuit *Edom*, id quod *Rubrum significat*. Placet ipsa *Fulleri* audire verba ex *l. IV. Misc. c. 20*: *Erythras*, inquit, seu *Erythrus planissimè is est, quem nomine quidem sacræ literæ Esavum appellant; cognomine autẽ Edomum, Isaaci filiũ grandiorem, Jacobi fratrem: Est enim* אדם *Græce*

Gracè πυῤῥὸς sive ἐρυθρὸς, Latinè ruber. de quo ita *Gen. XXV, 30. dixit Esavus Iacobo: Sine ut sorbeam de rufo isto: Nam fessus sum: Quam ob causã vocatum est nomẽ ejus Edom. Atq; adeo cum primũ in lucẽ ederetur, quamvis Esau statim ob omnibus diceretur* (ע‍שׂו scilicet) h.e. *factus vel perfect9. aut parat9, quoniam perfectè pilis ornatus, puerorum instar, qui ætate satis maturi sunt, natus est, tamen quia est* אדמוני *πυῤῥάκης aut πυῤῥὸς, rufus sive ruber, hoc est, frequenti pilo, eoque rubro aut rufo densissim9, ex utero prodiret; insitam jam tum in suo corpore causam nominis Edom gestabat, inque promptuctiã positam: quæ postmodum insigni illo eventu jusculi rubri expetiti, & juris primogeniti, simul venditi rursus renovata & confirmata, æquè cunctorum sermone celebratũ reddidit nomen hoc* EDOM, *atq; illud Esau. Itaq; Esavo nomen* EDOM, *i. e. πυῤῥὸς sive*

ἐρυ-

ἐρυθρὸς Ruber, privatū erat & peculiare nō solū naturali proprietate: quā notam Zoilo etiā Poëta inussit) sed fortuitâ insuper appetitione & memorabili exinde dignitatis primogeniti venditione. Viro huic quantū ad hoc seculū, summa aderant omnia: robustus anim⁹ & bellicosq́, egregia generis claritas; eximia corporis forma planéq́ (ut ait ille) regio principatu digna, εἰδ(ος) ἄξιον τυραννίδος; affinitas splendidissima potentissimaq́ in matrimoniū ducta Mahalatha Nabalothi Nabataeorū authoris, & Ismaelis filii primogeniti sorore germana; copiarū militariū firmissima praesidia, illustris rerū gestarū gloria, maxima divitiarū & opū affluētia, regionis ampla imperiū antiquissimū juxta stabilissimūq́. Haec quidē merito sunt ducenda regalia, & ejusmodi, quae nō nisi in virum principē, & Heroicū convenire queant. Haud mirandū igitur, si EDOMUS, h. e. Erythras vel Erythrus, vir tantus praesertim, regioni in-

ditionẽ ac potestatẽ suã redacta nomen dedit, ut & illa ארץ ארום Terra Edom sive terra Erythra, atq; adeo simpliciter ארום (Edom) genere scilicet fœmineo, Syriacè Edoũ, Arabicè Adoumaɪ ἰδουμαία, Idumæa vel Erythræa appelletur. Gens autẽ ipsa Edomitæ, vel Idumæi, vel Edoumæi, Græcè ἰδουμαῖοι, quæ vulgatior est Scriptura: vel etiã ἐδουμαῖοι, quæ verior, & â Stephano annotatur. Verba Stephani, quãvis mẽdosa sint adscribã, quandoquidẽ & corrigere fortasse cõducet, & explanare: Ἰδουμαῖοι ἔθνος Ἐβράίων (lege ἀράβων, non me, sed Iunio Historico, apud hunc ipsũ Stephanum, authore) ἀπὸ ἀδόμου. ἄδομα γὰρ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν. ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς τῷ ἀδελφῷ (lege αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς, sacris literis cõfirmantib9) τὰ πρωτεῖα εἴληφει. Idumæi (inquit) Gens est Arabica ab Adomo. Adomum enim Iudæi rubrũ vocant, quoniã cibo rufo ei concesso frater primatum præripuit.

§.16. Porro Edomum istum, quia totius *Regionis seu Provinciæ dominus ac princeps evasit, imperio item maris eandem regionem præterfluentis simul potitum esse* consentaneum apparet. Etenim *Idumæa nupera & novitia, quam describit Ptolomæus, veteris* (de qua jam agimus) *pars est tantummodo, eaq; exigua, terminis nimium angustis, quasi in obscurum aliquem angulum obtrusa. Antiquam autem spatiosissimā fuisse constat, ut quæ universam Nabatæorum gentē sibi vendicarit, maximam Arabiæ partem Petrææ comprehenderit, & fines suos ad sinum usq; Arabicū longo ora maritimæ tractu, protulerit. Testatum est enim Idumæos & Nabatæos in populi unius corpus cōvaluisse & multo omnium Arabū fortissimos & bellicosissimos exstitisse.* id quod de Edomo ejusq; posteris divinitus prædixerat *Isaacus* juxta illud *Gen. XXVII. 40. Gladio tuo vives:*

ves: & Sacræ Scripturæ volumina pluribus locis demonstrant. Itaq; *eos solos ex toto Arabũ genere eximio & peculiari quodam cognomento insignitos accepimus, ut Dachareni dicerentur.* Δαχαρηνοὶ ἔθνος Ἀραβίας· ἀπὸ ναβάτου τοῦ προσαγορευθὲν Ναβαταῖον. Σημαίνει δὲ τὸ δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς (lege ἀρσενικοὺς, ex authoritate Eustathii, reiq; ipsius veritate) *Dachareni* (inquit Stephanus) *Gens est Arabiæ â Nabate denominata Nabatea. Significat autẽ Vocabulum Dachareni Masculos: â nomine videlicet Arabico & Syro,* דכר *marẽ, vel masculũ denotante: quod non ut ceteri Arabes,* ἀβρόβιοι *mollitiâ scilicet infames, animos gererent imbelles ac muliebres, sed mares sive viriles, ad bella fortiter suscipienda & conficienda.*

§.17. Et ne quis *excipiat*, antea â nobis negatum esse; quod *hoc mare nomen habeat â viro quopiam*: Insolens-

lensque esse â *viris seu accolis nomina maribus dari*, utrumque rectè refellit *Fullerus*. Prius quidē, *dist: inter Erythram istum fabulosum, sive Persā sive Græcum, qui illic nunquam fuit, & Erytham verum, qui Edomus seu Esavus*, quem si nominare scivisset *Curtius*, nihil repugnasset. Qui ita; Mare, quo alluitur, ne colore *quidem abhorret â cæteris. Ab Erythro (pro quo substituendum est* Edom, *qui lingua sancta* Ερυθρὸν *seu rubrum significat,) Rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt.* Ita quoque explicandus est *Suidas*: ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη, οὐκ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τοῦ ῥεύματος, καθάπερ τινὲς δοξάζουσι, ἀλλ' ἔκ τινος ἀνδρὸς, ἐρυθρὸν τὴν προσωνυμίαν ἐνδυναστεύσαντος· τῆς δὲ τούτοις *Mare rubrū non ex colore undæ nomen accepit* (sicut opinantur quidā) *sed â Viro quodā Erythra i. e.* RUFUS *seu* EDOM, *appellato, qui in lo-*

cus illis principatũ tenuit. In hoc quidem certè uterq; nobis assentitur, ἐρυθρὰν θάλασσαν, *Mare rubrum verè dici*, sed ea lege, ut *cognomen illud Maris à nomine Possessoris sumptũ* existimetur, non *ex natura rei.*

§.18. Ad *alterum* pariter in promptu est *responsio. Nil novi esse ab Incolis à Regibꝰ, & Dominis* Maris Mar: *denominari.* Nonne *Mare Achivum, mare Myrtoum, Mare Venetum, Tyrhenum, Arabicũ* inde appellantur? Potuitne *Atlas mons unus vastissimo, Oceano nomen indere, ut Atlanticꝰ diceretur? Amplissima verò & celeberrima regio Edom exiguo mari cõtermino nomen dare nõ potuit, ut Edomaũ vocaretur? Certè possessa quilibet res quam possidet, jure optimo nomẽ suũ imponat. Esavo igitur,* qui est Edomus *omni ratione licuit tã mari quã regioni maritima, utriqꝫ Dominꝰ ac Princeps nominis sui quasi Characterẽ, notãqꝫ imprimere, ut*

Edomæum utrumq; antiquitus passim vocaretur. Si igitur *Palæstini, mare Mediterraneum,* cujus nec ita diù, neq; magnâ ex parte Domini erant, nuncupare tamen nomine suo quiverunt *Palæstinum,* quidnî & *Edomæi* *Arabicum* quod diutissimè totum tenuerunt, nomine itidē suo nuncupârint *Edomæum*? At quid quæso *Edomæum aliud est, quam* ἐρυθρὸν ἐρυθραῖον *vel Rubrum?* nisi quod, *illud Hebraicè enunciatur, hæc Græcè Latineq; ut Cephas* Πέτρος *& Petrus. Thomas* Δίδυμος *& Geminus cæteraq; ejusmodi.*

§.19. Dicet aliquis. Si ergo ab Edomo dicitur hoc mare, non debet Rubrum non Erythraeum, sed Edomaeum appellari; R. *Neutrum fit malè.* Prius juxta *idiotismum Ebræum* posterius juxta sensum *idiodismi Ebræi* dicitur. Nam *LXX. Interpp. quis crederet nescivisse, Colorē hujus maris rubrum*

rubrum non esse, ij tamen reddiderunt sæpe numero ἐρυθρὰν θάλασσαν, *secuti scil. indubitatã sacræ Geographiæ & historiæ fidẽ. Non itaq; falsò appellarunt, sed appellatione more possessivi à nomine* Edom *(quod est* ἐρυθρὸς vel Ruber) *derivata, Mare quoq; Edom i. e.* ἐρυθρὸν *vel Rubrũ & verè & vulgò dici noverunt, quod* τοῦ ἐρυθροῦ Rubri *esset, sive ad* τὸν ἐρυθρὸν *ad Rubrum illum spectaret.* Itaq; *vocabula* ἐρυθρὸν *& Ruber in hoc loquẽdi genere propria sunt, non appellativa,* κτητικῶς *non* φυσικῶς *adhibita, possessionis non Naturæ respectu intelligenda.*

§.10. Decipiuntur igitur ii, qui Mare Rubrum nonnisi *appellativè* sumi posse putant, & vel *colorẽ maris nativum, vel adscititium necessariò* denotari somniant; quum hac loquendi formula Proprie duntaxat accipi debeat illud epitheton, & solã *Dominantis Edomi* h. e. Rubri *vel*

vel *Rusi* ditionem potestatemq; indicare. *Preinde* γραφικὸν ἁμάρτημα *censendum est, quotiescunq; minuto R. pingitur Rubrum, quandoquidem majusculo, utpote nominis proprii initium occupans, scribi oportet*, sunt *Fulleri* verba p. 550.

§. 21. *Agatharchides* jā olim submonuit non idē esse vocare θάλασσαν ἐρύθρα καὶ ἐρυθρὰν, *Mare Erythra*, & *Mare Erythraeum*, *apud Photium in Bibl. f.* 718. τὸ κατὰ τὸ κυριεύσαντα σημαίνει τῆς θαλάσσης ἄνδρα· τὸ δὲ τὴν πυρρότητα δηλοῖ τῆς ἐνδείσης φύσεως. *Illud enim designat virū, qui in id mare dominatus est, hoc dicto mari insitum atq; innatū ruborem. Est autem loquendi illa ratio, quæ à colore nomen fecit, falsa. Neq; enim Rubrum est mare; sed quæ ab eo qui in mari potestatem habuit, vera.* Agatharchidis vestigia nō leviter premit *Brodeus*, & *Mare Rubrū falso ita appellari, apertissimè pronunciat.*

at. Itane verò? Quid ergo fiet de tot tamq; gravibus autorib9 Græcis & Latinis, qui & Rubrum & Erythræũ appellarunt? Imprimis si istam denominationem non â colore, sed â possessore derivent.

§. 22. Unum adhuc super est decidendum, an *Insula ista Gaditana, quæ dicitur Erythia, ab Erythræo Mari dicta* aut ab *Erithræis incolis transplantata sit*? Ita quidem Scriptum invenio in *Plinio l. IV. H. Nat. c. 93.* Vocatur *ab Ephoro & Philistide Erythia, â Timæo & Sileno, Aphrodisias, ab indigenis, Junonis. Erythia dicta est, quoniam Tyrii ab origine eorũ orti ab Erythræo Mari ferebãtur.* Ex quo sua transsumpsisse videtur *Solinus in Memorab. c. 22. In Capite Bæticæ est Insula, quã Tyrii à Rubro profecti mari Erithræam, Pæni sua lingua Gadir sæpẽ nominaverũt.* Hinc etiam eò inclinare videtur *Silius Italicq qui lib. XVI.* vocat littora *Erythræa.*

Nam

Nam repeto Herculeas Erythræa ad
littora Gades.

Veruntamẽ nos in Capite antecedente §. 9. ex sacris declaravimus, *Tyrios à Mari Rubro non devenisse, sed potius αὐτίχθονες fuisse, ideoq; istud Plinii documentum per se corruit.* Nec verba ejus satis sana apparent hoc modo concepta: *Erythea [dicta est quoniam Tyrii ab origine eorum] orti* Libri nihil adjuvant; nisi quod habent ab origine earum. Ne dubita emendare: *Erythea dicta est, quoniam Syrii aborigines earũ orti [ab Erythræo] Mari ferebantur.* Tyrii *auctores &* *Conditores tam Gadium quã Erythea.* *Ideo Erytheam nominatam dicit, quod earum Insularum aborigines ab Erythræo Mari orti.* Vocem *Aborigines* hic usurpavit pro *conditoribus & originis auctoribus,* quos Dionysius vel πρωτογόνους vel γενάρχας vocat; consul. hic omnino Strabo est. Hinc

Mar

ciani de Erythea & Gadibus versus *sunt.*

ἀντ' ἐχομένη δ' εἰ νῆσος ἡ καλουμένη
ἐρύθεια μεγέθει μὲν βραχεῖα παντελῶς
βοῶν ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων.
προσεμφερεῖς ταύροις τε τοῖς Αἰγυπτίοις
Καὶ τοῖς κατὰ τὴν ἤπειρον ἐπὶ θεσπρωτίοις.
προσεσπερίοις αἰθίοπας οἰκιστὰς ἔχειν
Λέγουσιν αὐτὴν γενομένης ἀποικίας.
Ταύτης συνέγγυς ἐστὶ νῆσος ἐσχάτη
Λαβοῦσα Τυρίων ἐμπόρων ἀποικίαν.
Γάδειρ' ὅπου μέγιστα γίνεσθαι λόγος
κήτη . . . .

❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋

SECTIO II.

De THARSIS.

O Sum-

Summaria.

§.1. De Tharsis Disput. Goropiana.
§.2. Tharsisch est vel nomē proprium,
§.3. vel appell. tivum.
§.4. Tharsis h. l. est mare.
§.5. & in famosioribus locis Bibl.
§.6. Naves maris quid?
§.7. Fautores hujus acceptionis.
§.8. Tharsis non est proprium peculiaris alicujus regionis nomen?
§.9. Num Tharsis sit peregrina & remota regio?
§.10. Mare dic. Tharschisch à colore.
§.11. An Tharsis sit Hispania Bætica?
§.12. Neg. duplici ratione.
§.13. An duplex Navigatio & classis ex duplici portu in duplici mari iverit?
§.14. Pinedæ contradictio in terminis.
§.15. Malvenda rectè unam defendit.
§.16. An una ista in Ophir & Hispaniam uno itinere excurrerit?
§.17. Tharsis, Phorcunus quasi Phär-Kühn. Tartessi Thersitæ. Pactū inter

ter Rom. & Pœnos de non superando Ἱεϱονίῳ & Mastia.

§. 1. SEcunda Disputatio, quæ nobis hic cũ *Goropio Becano* intercedit, est de nomine *Tharsis* Ebr. תַּרְשִׁישׁ quod comuniter ab *Interpretibus* tanq: *nomen loci* retinetur *Tharsis, seu Tharsisch:* sed fideliter omnibus locis Biblicis excussis, in quibus hæc vox occurrit, ita pronuntiandum esse putamus.

§. 2. Nomẽ תַּרְשִׁישׁ accipi vel ut *nomen propr.* vel ut *Appellat.* Ut *propriũ*, notat partim *artificẽ insignẽ ex filiis Javan, Gen. X. 4.* partim *cubiculariũ Ahasveri Regis* de quo *Esth. I. 14*

§. 3. Ut *appellativum* notat, partim *Beryllũ thalassium*, seu *pretiosum marinum lapidẽ Exod. 29, 20.* partim etiã *Mare Ps. 48, 8. Ps. 62, 10. Es. 2, 16. c. 23. 1. Jer. 10, 9. Ez. 27, 12. Ez. 38 1. Jon. 1, 3.* & in locis de Navig. Salom. agentibus omnibus.

§. 4 *Et in hoc ultimo sensu hoc quoq;*

in *negotio & Navigio Salomonis* nomen תַּרְשִׁישׁ accipiendũ esse arbitramur cũ *B. Luth.* qui passim reddidit die Meer-Schiffe it: die Schiffe auff dem Meer. Et rectè quidem.

§. 5. Ita enim OMNIA *ista loca Biblica*, in quib⁹ hęc vox adhibetur, possunt reddi. utpote *Ps.* XLVIII. 8. *Naves Tharsis Euro perfringes. Naves Tharsis* i, e. *Oceani, s. Oceanicæ* Meer-Schiffe/die auf der offenbarẽ See fahren/die zubrichstu durch den Ostwind. aut ut B. Luth. Du zubrichst die Schiff im Meer durch den Ostwind/ Ps. LXXII, 10. *Reges Tharsis, & Insularũ munus reddent.* Quod B. Luth. iterũ hoc modo. Die Konige am Meer unñ in den Insuln werdẽ geschenck bringẽ. Pariter *Es. II. 16. Dies Domini veniet super omnes Naves* THARSIS, *& super omnes picturas concupiscibiles*, quod rectè noster Megelander: über alle Schiffe im Meer und über alle köstliche

che Arbeit. *Es* XXIII 1. *Ululate naves* THARSIS i. e. *Oceani seu Maris*. Jer. X, 9. *Argentum extensum de* THARS. *& Aurum de* UPHATZ, *afferetur*: Silbern Blech bringt man auf dẽ Meer her/Gold aus Uphas. *Ez. XXVII. 12.* THARSIS *erat negotiator tuus*: Du hast deinen handel auf dem Meer gehabt & Ez. XXVIII. 13. *Arabia & Dedan & negotiatores* THARSIS Die Kauffleute auff dem Meer/ *dicent tibi, &c. Jon. 1. v. 3. Et surrexit Jonas ad fugiendum in* THARSIS *à faciebꝰ Domini.* Jonas flohe für dem HERREN und wolte aufs Meer/Et sic passim B. noster Lutherus vertit, sensu perquã apto & congruo.

§. 6. In eodem quoq; sensu alia duo loca 1. *Reg. X. 22. &* 2. *Paral. IX.* 21. sunt exponenda: *Navis Tharsis Regi in Mari cũ Navi Chiram: Semel in tribus annis veniebat navis Tharsis portans aurum & argentum &c.* Das

Meer-Schiff des Königes/ das auff dem Meer mit dē Schiff Hiram fuhr/ kam in dreyen Jahren einmahl. & 2. Par. IX, 21. *Et naves Regis euntes (seu ibant) in Tharsis cum servis Huram, semel in trib⁹ annis veniebant naves Tharsis, portantes aurum.* Die Schiffe des Königs fuhren auf dem Meer/ mit den Knechten Huram. Ita sc: ut *naves Tharsis sint naves Maris seu Marinæ, Oceani seu Oceanicæ;* Grosse See-Schiffe/ *euntes in Tharsis h.e. in Mari tanqu. medio navigationis.*

§. 7. Et, ne cuipiam hæc versio aut acceptio insolentior appareat, alios allegamus quoq; autores, prę-ter B. nostrum Lutherum, qui ante nos ita acceperunt atq; intellexe-runt: *Hieron. ad Marcellin. Forerium in Es. II. Leo Jud. in Reg. X. Emanuel de Saa in Ps. 47, 8. Marinum in Arca Noe, Thom. Malvendā l. 3. de Antichr. c. 20. Riberam in Jon. I. Perer, in Gen*

X. *Genebrard. in Ps. 47. Beroald. in Chron. & ipsum Pinedam l. IV. de Reb. Sal. c. 16 f. 277. D. Salmuth. in Pancirol. p. 34.*

§. 8. Hinc itaq; non rectè sentire puto, qui (1) vocab. *Tharsis in hac navigatione accipiunt pro peculiari aliqua regione in India*, quod facit *Jos. à Costa de Nat. N. O l. 1. c. 14. Pererius in Daniel. Pineda l. IV. de Reb. Sal. f 2* . secuti fidem *Abu ensis, Josephi* atque *Theodoreti qq. in 3. Reg. X. q. 35. p. m. 762.*

Aut qui (2) *Carthaginem aut alium Africæ terræ tractum* interpretantur, quod faciunt *Vatablus ad 1. Reg. X. Montanus in Phaleg. Possevinus in Appar. Sacr. l. 11. c. 5.* imitati fidem *Chaldæi Paraphrastæ, R. D. Kimchi & Theodoreti in Jon.*

Aut qui (3) *Africam meridionalem hodie Angolam* dictam, uti putat *Eman. de Saa in 2. Paral. 9.*

aut

aut qui (4) *Natoliam seu Asiã Minorem & Ciciliam* ponunt, autorib. *Pererio, & Ribera in Jonam, & Beroald in Chron.*

Aut qui (5) *Ciliciam* & in *specie Ciliciæ Urbem, quæ Tārsꝰ scribitur*, atq; ex natalibus S. Pauli clara est, quod *Anselmus, Nic. Lyranus, Istella, Oleaster, Lipomanus*, aliiq; plures sentiunt.

Aut qui (6) *Insulas Maris Mediterranei à Cypro ad Orientem & Aquilonẽ disseminatas*, quod *Gasp. Sanct. Comm. in lib. Reg. f. 1134.*

Hi omnes istud præsupponunt, quod vox *Tharschis sit proprium aliquod alicujus regionis nomen*, quod tamẽ, etiamsi alibi procederet, hîc locum non haberet, cum nullibi talis regio, vel apud sacrũ vel profanum scriptorem ita adhibeatur.

§. 9. *Cautiores* sunt ii, qui *appellativi nominis significationem retinent,*

pere-

peregrinam tamen assumunt, & dicunt, aut *semotissimas & peregrinas regiones* significari, quod itidem facit *Jos. à Costa l. 1. de N. N. O. c. 14.* Ita enim ibidẽ loquitur: *Ophir & Tharsis in divinis literis sæpius non certum aliquem definitumq́; locum sonare suspicor, sed generale potius esse vocabulũ idemq́; efficere apud Ebræos, quod apud nos Vulgo Indiarum Vox. Nihil enim aliud Vulgari tritoq́; usu Indiarum nomine nostrates accipiunt, quam remotam procul regionem, eamq́; opulentã, & à consuetudine nostrarum rerum mirificè differẽtem.* Et mox adhunc plane modum: *Tharsis apud Ebræos videtur mihi non certum aliquem locum designare frequentius sed communiter regiones omnes remotas, easdẽq́; opinione hominũ mirabiles & opulentas*: aut cum *Casp. Sanctio* per *naves Tharsis, Tharsicas intelligunt, h. e. bene munitas & insigniter magnas*, tales sc.

les in *freto & Oceano* durare valent.

§. 10. Sed omnium optimè & tutissimè prius significatum in *notione Maris seu Oceani* retinetur, utpote quo multis satis fieri potest dubiis, in hac præprimis materia de *Navigatione Salomonis.* Ita nim. ut *mare dicatur* תַּרְשִׁישׁ à colore *cæruleo*, quam & *Hyacinthus seu Thalassius beryllus & mare exhibent.* In quam nostram sententiam, si prior stabilis non foret, non invitus descendet *Jos. à Costa*, *vir* cui in hac re multum tribuo *l. 1. de Nat. N. O. c. 17.*

§. 11. Iste autem nodus *Goropianus* potissimum hic est incidendus, *An Tarsis sit Hispanica Batica seu Maritima & Gaditana?* Id enim iste omnibus modis evictum it, *Goropius in Hispan. f. 71.* Invenioq; plures ejus opinionis basiatores, *Anastasium Synaitam Francisc. Forerium in Es. XXIII. B zium Eugub. de Sign. Eccl. l. XV. c. 18. Sotomajor. & Riberā in Jon. c.*

Nec procul hinc abeunt *Barth. Nihusius in Chorogr. p. 84.* & *Jos. Scalig. Commen. in Auson.* & *Sam. Bochartus in p. I. Geogr. Sacr. l. II. c. 7.*

§. 12. Et fateor, si qua sententia ex prioribus mihi esset suscipienda, hanc ultimam præ ulla alia eligerē, cū, quia *Tyriorū navigationes & negotiationes in Hispaniā admodum celebratæ sunt*, tum, *quia magna est cognatio vocū inter Tharsis* & *Tartesson*, quę est *una ex Insulis Gaditanis littoribus Bæticis proxima*, tū deniq; *quia magnæ Hisp. Divitiæ priscis admodū celebrantur*. Sed quo minus hisce subscribam hæc duo me movent. (1) Quia nunquā adducor ut *credā, Salom. ex Asion Gaber portu Maris Rubri voluisse navigare, nedum navigavisse in Hispaniā, cū potuisset faciliori & breviori via ex Joppe aut Gaza eo mittere, sociis Tyriis, ibi locorum emporia habentibus*. (2) quia si *Tharsis* esset

esset Tartessis Hispanica, Tartessis ista Bœtica esset mater, & Tyrus ejus filia & colonia, quod apertè falsum ex omnibus profanis historicis & Geographis. *Tyrii enim Colonias suas in Hispaniam & præprimis in Tartessin & Gadirã transplantarunt, non contra Tartessii & Hispani suas in Tyriorũ terrã.* Consequentia nititur Testimonio *Esaiæ c. XXIII.* 10. qui ita ad Tyrum: *Transi terrã tuã velut rivus* בַּת־תַּרְשִׁישׁ *filia Tharsis, nõ cingulũ ultra:* Fahr hin in dein Land wie ein Strom/du Tochter des Meers/in Eb. du Tochter Tharsis. Si jam per *Tharsis* intelligas *Tartessum Bæticã, Tyrus erit filia h. e. Colonia Tartessi*, quod ut dixi oppidò falsum. Et vel ex unico hoc loco significatio genuina voci *Tharschisch* posset restitui: Ut taceam, quod in ista *Tartessi Bætica* præter *Salinas & Thynnorum piscationem* nihil singulare sit, ut ex *Georgio*

gio *Hæfnagelio Antvverp. Belga*, qui hanc Insulã perlustravit, & ex *Abr. Ortelii Theatro f.*19. est manifestum. Quæ certe muneribus *Navigationis Salom.* neutiq. sunt annumerata.

§ 13. Ex dictis facile poterit dijudicari, quid statuendũ sit de eo: an *duplex fuerit Salom. Classis & navigatio, altera in Mari Rubro ad Ophir, altera in Mediterraneo ad Tharsis*? Istud affirmat *Fr. Ribera Comm. in Jonam, ex Asiongaber & Joppe ivisse duas diversas classes, & nescio qua ratione sibi contradicens Pineda l. IV. c. 5. n. 6. p.* 222. Nam evestigio *p.* 223. per *totum c.* 6. pernegat, quia *unius saltẽ portus fiat mentio, unius saltem classis.* Idem repetit *l. IV. c. 17. p. 286. m.* 1. *Distinxi sæpe & semper quidem Tharsis & OPHIR, quanquã unicam eandẽq; classem ac navigationem in Ophir & in Tharsis utramq; regionem obeuntẽ facilis, ac lubens admitto.*

§. 14.

§.14. Imò verò admittis *Pineda* facilis? Quî ergò fit, quod non admittas sed contrarium ejus defendas *l. IV. c. 5. n. 3.* ubi ad *argum. Malvendæ* respondes. *Minimè efficitur easdem omnino naves navigasse in Ophir, & in Tharsis, cum potuerit quidem fieri, ut simul solventes, diversis postea itineribus separarentur in Ophir, & in Tharsis aliæ atque aliæ.* Et mox: *Classiū una potuit ire in Ophir, ut satisfiat loco Regū, altera in Tharsis ut satisfiat loco paralipomenon. Quæ, postquā diversis itineribꝰ diversa littora tenuissent, negotiatione peracta & auro accepto, poterunt eundem iterum in locum vel terrarum vel maris convenire.* Et ne credas Pinedam hoc tantum de possibilitate intelligere, quasi duæ classes potuerint aliorsum ire: age sequentia hæc pondera verba quæ habet ibid. n. 4.

Ego

Ego, ut quid de hac quæstione sentio breviter exponam, primum assero, diversas esse regiones Ophir & Tharsis secundo, diversam per se esse: navigationem & classem ad Tharsis, & Ophir ex diversis portubus per diversa maria. Et mox num. 6. *Iam illud sequitur. Navigationem in Ophir & in Tharsis per se sumptam, diversam esse, & ad Regiones longè dissitas, ac per maria diversa, ut quæ fieret ex diversis portubus, non solum longè, sed etiam quasi ex opposito dissitis, altera in mediterraneo Phæniciæ i. e. in Ioppe, aut unde Ionas navem conscendit; altera in Arabico Idumæo i. e. Asion-Gaber, unde solvebant classes Salomonis.* Argumentum est tale.

Q. Classes & navigationes sunt per se diversæ: fiunt ad longe dissitas regiones, fiunt per maria diversa, fiunt ex diversis

diversis portubus sibimet invicem oppositis, illa nō possunt pro una eademq́ classe ac navigatione haberi. Atqui Classes & Navigationes in Ophir & in Tharsis, secundum hypothesin & concessa Pinedæ, sunt per se diversæ, ex diversis & sibimet oppositis portubus E. Classes & Navigationes in Thars. & in Ophir, juxta hypothesin Pinedæ, non *potuerunt pro una eademq́ classe haberi.* Quæ sunt certè ἀντιδιῃρημένως opposita.

§.15. Inconstans est *Pineda* in sua asserenda & *Malvenda sententia* refellenda. *Malvenda l. III. de Antichristo c. XX.* astruxerat, *unā eandēq́ navigationem sive classem, quæ ex sinu Arabico se funderet in Magnum Oceanū, ad Ophir simul & ad Tharsis profectam.* Quam dum refutare conatus est Pineda, propria sæpe vineta cædidit Rectè autem *Malvenda* statuit: *Unam fuisse navigationem in Ophir*

phir & in Tharsis quia τὸ *Tharsis accepit pro Mari seu Oceano.* Ita *enim ea Classis, quæ in Ophir regionem tendit, currit in Tharsis seu in Mari, seu per Mare in istam regionem.* Minus autē rectè Pineda, qui *Tharsis pro Hispania* accipiens *unam classem credit, & duas diversissimas tamē* concedit, ut citabamus ejus verba §. 14.

§. 16. Sed porro, si *una salteme & eadem Classis fuit,* num *eadem & una ista simul in Ophir & in Tharsis seu Tartessin Hispaniæ exiit ex portu Asiongaberis?* Ita statuit *Pineda l. IV. c. VI. & XVII. n. 1. sc. eandem classem, exportatis primum ex Ophir auro, lignis, pavonibus, simiis ebore, deinde ex Tharsis seu Hispania aurum & Argentum, aliasq; res pretiosissimas* petiisse. Sed admodum absurda est hæc opinio. Absurdissima esset & sapientissimo Rege indignissima navigatio. *Littora legendo ex Ophir Orientali pete-*

re

re aurũ & alia bona Ophirana; & postea in reditu littora Æthiopica lambẽdo, in Hispaniã ire ex Rubro Mari, ex Oriẽtali Mari, ex Æthiopico Mari, cũ citissima & felicissima via ex Joppe in mari Mediterraneo, auxiliantib⁹ potissimũ Tyriis, in Hispaniã data fuisset. Sed delino nugarũ talium, quæ omnes ex propriâ & *Tharsis* acceptione suboriuntur.

§.17. Cæterum de *Tharsis* prime auctore ridicula refert *Goropius* *Tharsin sc.* dictum etiam esse *Phorcunum, patrem Gorgonum* (*filiarũ se. Insularum Gorgonum*) quasi Phar-Kühn/der Kühn fähret *in Hisp. f. 11* Eundem etiam *Atlantẽ* facit *totiu Africa domitorem*, & quæ reliqu sunt ejus generis. Melius facit *Sam. Bochartus*, qui *Tharsis filium Iavan Gen. X, 4. facit autorem hujus Insula ex testimonio Eusebii* θαρσεὶς ἐξ ȣ̃ ἴβη- ρες, *Tharsis ex quo Iberii seu Hispan*

sun

Hinc *Phœnices nomen Ebræum mu-tarunt in Tartessum*, vel prima per Pleonasmum geminata, vel in תרשיש *Tharsis* altero ש in ת mu-tato, ut cũ *Asturia* dicitur pro *Assyria* & *Batanæa pro Basan*. Incolæ cōmu-niter dicti sunt *Tartessii, aut Tartes-siaci*, item *Thersitæ apud Polybium l. 3. p. 188* qui recitat *æneam tabulam, ab ipso Hannibale descriptam, quam Lacinii â se lectam testatur, inque ea po-pulos, quos ex Hisp. in Africam traje-cit Hannibal, etiam Tharsitas nomi-nari* Ἦσαν δὲ οἱ διαβάντες εἰς τὴν λιβύην θερσῖται μαστιανοὶ, πρὸς δὲ τού-τους ὀρεῖται ἴβηρες ὀλκάδες, *qui in Africam trajecerunt, erant Thersi-tæ, Mastiani, item Montani qui-dam Hispani Olcades nomine*, ex quo colligit, *Thersitas* esse Thar-senos vel *Tharseitas*, ex Thar-schisch. Idem *Polyb. recitat l. 3. p. 179.*

quod

quod convenerit *inter Rom. & Pœnos, ne Romani ultra Mastiam & Ταρσήϊον prædas agerent aut negotiarentur aut urbes conderent.* Plura de *situ & indole* hujus & *insulæ & urbis & notatione & differentia nominis* qui velit, adeat *Plin, l. IV. cap. penult. Solin Mem. c: XXXII.* & utriusque conciliatorẽ & correctorẽ *CL. Salmasium in Exercitat. Plinianis â f. 284. seq Strabonem lib. III. Geogr. Festum Avienum* in Ora Maritima, item *Dionysium Periegeten,* Pausaniam in Eliacis &c.

****

CAP. V.

DE INSTRVMENTO NAVIGATIONIS SALOMONÆÆ, SEU DE PYXIDE NAUTICA.

Paulo

PAulo ante OCEANUM seu Mare, in quo navigatio Salomonis facta est, diduximus, nunc etiã *Instrumentum nauticum* videbimus *acum scilicet aut pyxiden Magneticã*. Quæ ut elegantissima est materia, in qua eruditi nõ pauci ingenium exercuerunt: Ita etiam jucundissimę contemplationes de USU, anxiæ controversiæ de INVENTIONE ORIGINE & ANTIQUITATE, vexatissimę deniq; quæstiones de CAUSIS sunt. Quarum rerum spicilegium aliquod ut faciamus, tribus Sectionibus omnem rem includemus: quarum

SECTIO I.

DE NATURA ET USU PYXIDIS NAUTICÆ.

Sum-

Summaria.

§.1. *Pyxidis Nauticæ Figura, directi-*
& descriptio.

§.2. *Ejusdem usus & commoditas.*

§.3. *Veteribus denegata. Eo gratior e-*
nostratibus nautis.

§.4. *Laudes ejus.*

§ 1. PYXIS NAUTICA quid sit, o-
mnesquidẽ norunt. Siqui tamen a-
deò omniũ *rerũ nauticarum* rude-
sunt, â *nautis* hodienũ feré omn-
b9 omniũ regionũ & nationũ *dir-*
ctionẽ & figurã ejus discere possun-
Nostrum nõ est, ea hic in charta-
conjicere, quæ ex *Mechanicorũ of-*
cinis expectantur. Legi interea p-
test *Bernhardus Varenius Med. D.*
Geograph. General l. 3. c. 38. proposit.
p.m. 757. de *Limeneuretica*, secun-
nimirũ artis directoriæ parte, u-
docet, quomodo talis *Cõpassus m-*
gneticꝰ construendus & adhibend-
sit. *Levinꝰ Lemniꝰ l. 3. de Occultis N-*

tu-

turæ Miraculis c. IV. p. m. 492. de eo sic præcipit: *Subest pyxideculæ huic rotula quædam versatilis, papyracea, plana, circinatæ rotunditatis, tenui ac bipartito ferramento suffulta, in cujus centro seu medio turricula ænea acuminata (nã ferrũ rei effectũ eo loco impediret) affixa est, quæ stilo aut cuspidi acutissimæ insistit, eóq; hinc inde in æquilibrio volvitur, atq; ubi conquiescit, pars illa, quæ lilii imagine inscripta est, & in quã ferramentũ magnete confricatũ desinit, stabiliter septentrioni obvertitur, polũq; Arcticũ respectat, quocũq; etiã contorto clavo navis impellitur. Producuntur autẽ in hujus rotulæ circulo ad circũferentiã æquali distantia duæ & triginta lineæ, quæ & ventos ac cœli cardines designant, terræq; ac maris spatia portubus distincta commonstrãt, ac numeratis revolutis clepsydris, aut, ut nunc usus est, defluẽte arena, clepsammis, quantũ itineris emensũ sit,*

& quidemetiendum, quandoq; inter-
vallo à loco,quo properant,absint,exa-
ctissimè dinumerant ac metiuntu
Quibus addenda sunt ingenios
Arabum inventa in Mozambiqu
& Quiloâ, quæ extant in *Hiero-*
Osori Lusitania p.25.&26.& in*Pet*
*d: Medina l.6.de Arte Navig.*ab in
tio. Keckermann. Comm. Nau
part.spec.probl 7.

§.2. Usus & commoditates vari
hujus compassi nautici melius a
disci non possunt, quàm ex ip
praxi & crebris navigationum p
riculis,magnisq; commodis, si e
istis eluctentur naucleri. Rectè *B*
dinus c.7.Methodi Hist. In tota *re*
natura nihil est admirabilius magn
te,atq; usus istius planè divinus. Re
Cardanus l.XVII.de Artibus & Ar
ficiosis Rebus. Inter cœtera invent
inquit,*prima admiratio debetur p*
xidi Nautica, quippe qua tot sulca
t

tur maria veteribus nec navigata, nec nota, & cui tot hominum salus, tantæ varietates mercium, tanta pecuniæ vis creditur, ipsorum Regum & Principum vita committitur vasculo tam parvo virgulæq; imò acui modicæ. Ejus certe beneficio navigationes ignotissimas & longissimas instituunt, infinita maris spacia, im̃ensosq; Oceani tractus, locorum deniq; sitũ ac distantiam dimetiuntur, & quantũ viæ peractum sit, quidque peragendum restet, noctu diuq; exactissimè explorant, omniaque ad hanc pyxideculam tanquã amussim exigunt. §.3. Quod olim quidẽ priscis fuit denegatum, ut vel ex unico *Virgilii* loco colligere est, qui est in III. *Æneidos* Libro:

Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis
Ipse diem noctemq; negat discernere cælo

Nec meminisse via media Palinurus
in unda. (*les.*
Tres adeò incertos cœca caligine so-
Erram⁹ pelago, totidē sine sidere noctes.

Tanto scilicet majus beneficium navigantes hodienum habent præ antiquis, quanto jucundior & utilior dici â nocte, lucis à tenebris discretio est. Universus nautarum quantus quantus est populus, si una voce loqueretur, hoc diceret: Olim in navigatione cynosurum spectabam, itemq; alias stellas

- - clavumq; affixus & hærens
Nusquam amittebam:

obscuro autem cœlo ignorabā, ubi versarer, eramq; quasi deperditus

- errans pelago, totidem sine sider
noctes:

at postquā immortalis ille *Ioanne Goja civis Amalphitanus ante anno trecentos* mirificam magnetis virtutem mihi monstravit, vasculiq; tàn

parv

parvi, virgulæque, imò acus modice ductu rectũ cursum tenere docuit; ex eo tempore, quæcunque sit cœli facies, etiã in profundissimis tenebris, acutissimè cerno, & intrepidè omnia maria sulco, omnemque aquarũ vastitatẽ feliciter emetior, tanto inventoris totiusque Italiæ beneficio, ut cunctæ terrarũ gentes, quæ fructus inde percipiunt quotidie uberrimos, illud pro dignitate minimè æstimare, quoniã indies evadit se ipso majus, nedum gratiarum referendarum modum reperire possint.

§. 4. Hinc rectè Magnes dicitur *singulare naturæ monstrum, vera cœlorum simia, totius idea universi, novorum mundorum reclusor, divina quædam ad inexhaustas orbis terrarum divitias virgula & clavis, totius deniq; naturæ compendium: Athan. Kirch. Prooem. ad Lect. de Arte Magnetica.*

SECTIO II.

DE CAUSIS CHALYBOCLISEOS & VERTICITATIS.

Summaria.

§.1. *Quid verticitas, quid Chalybоclisis?*
§.2. *Magnes constantiã in polari verticitate tenet.*
§.3. *Gonzalus tamen in Meridiano Azorico, ἀκλισίαν; Cabottus ἐπεροχαλυβόκλισιν observarunt.*
§.4. *Ratio Deviationis.*
§.5. *Ratio verticitatis abstrusa.*
§.6. *Cardani Causa in situ natalitio discentitur.*
§.7. *Sectio magnetica ex Porta.*
§.8. *Fracastorii montes Sideritici.*
§.9. *Montium istorum autores.*
§.10. *Corrigit Fabronius.*
§.11. *Socrates*
§.12. *Merula & Mercator.*
§.13. *Fundam. figmenti Poëticum de Tartaro.*

§.14.

§. 14. Convenientia & discrepantia utriusq; commenti.

§. 15. Priscorum Tartarus quomodo intelligendus?

§. 16 Magnetici montes nō sunt Riphei.

§. 17. nec Alpici.

§. 18. Demonstratio Scaligeri.

§. 19. Instantia duæ Fracastorii diluuntur.

§. 20. Ferrum non trahit Magnetem, sed contra.

§. 21. Vulturina odoratio.

§. 22. Quorundam vertigo cœli.

§. 23. Aliorum κυνοσούρας

§. 24. Virtus astrorum in hæc inferiora. ἡλιοτροπίας flexio.

§. 25. Excutitur vis obj. Scaligeriana.

§. 26. & Fracastoriane.

§. 27. Dubium (1.) contra Virtutem stellarum commotricem in Magnete à determinato effectu ad determinatam causam.

§. 28. Dubiū (2.) â propinquitate principii moventis.

29. An navium clavi ferrei evellantur à montibus Sideriticis sub Polo? in Calecuth? in Satyrorum Insulis?
30. Negat Kircherus, reticet Olaus Magnus.
31. Complexio dictarum rationum.
32. Determinatior causa est propria Magnetis forma.
33. Ex Scaligero utraque.
34. Iungitur causa remota & proxima.
35 Forma autẽ latens est. agit per occultam qualitatem.

§.1. VERTICITATEM vocamus, quâ *Magnes & Magnetica acicula ad septentrionẽ respicit*, & eũ quasi verticẽ suũ sequitur. CHALYBOCLISIN appellamus, quâ *lineã septentrionalẽ nõ tam* præcisè servat, *sed ab eadẽ ad alterutrũ latus paululũ declinat*. Sunt quidẽ aliæ quoq; *multæ & magnæ Magnetis virtutes*, nullę tamen tam certæ & famosę, tãq; observatu jucundę atq; cognitu difficiles, quã *hæ duæ, quas in Navigationibus* deprehendere licet. Ea itaq; de causa has duas potissimũ

hic attingere placet: reliquarū ἐνεργειῶν & operat. magneticarum avidos ad *Henricū Salmuth ad Pancyrollū l.2. Tit.9. q.567. Iohannē Baptistā Portā in Magiæ Naturalis libris XXI.* & ad *Athanasiū Kircherū*, aliosq; delegamus.

§.2. Quemadmodum autem *natura in aliis rebus* semper *constantissima* est: ita nec hic â lege sua discedit. Nam *Magnes perpetuo, quasi quodā necessitatis vinculo constrictus Polū respicit*: & non Magnes tantum, sed & *Lingula ferrea nauticæ pyxidis Magnete leviter tacta & affricta.* Quod non tantum omnes, qui de *Magnete* tradiderunt, attestantur, sed & ipsa αὐτοψία, accurata rerum Physicarum magistra, comprobat.

§.3. Atque ista quidem *lex naturæ perpetua est*; compertū tamen quoque est in frequentibꝰ navigationibus, in *aditu scil. Insularū occidentaliū, quod â præcisa Meridionali linea*

paululum declinet, quam declinationem *Varenius in Geographia Generali Prop.4.p.759. Chalybeclisin* appellat. *Gonzalus* igitur *Oviedus* ἀκλισίαν magneticam in *Meridiano Azorico* : *Sebastianus* autem *Cabottus* ἐπιχαλυβόκλισιν seu *magnetis à polari linea deviationem* cum magna quadam sui laude observarunt, & posteris tradiderunt. In *Insulis Azoribus*, sicut & in *littore Peloponnesiac* *nullam patitur variationem, cujus meridianus transit per maximas & excelsas totius Europæ & Africæ regiones, per Achajam, Macedoniam, Podoliam, Transylvaniam, Lituaniam, Orelliam, Lappiam, Boddiam, Biarmiam, & in Africa per Numidiam, Lybiam, Abassiam, & magnā Africæ meridionalis partem. Circa caput verò S. Augustini in littoribus Americæ variat. Se quinquaginta milliaribus in terra ver sus Eurum plus variat, & 80. milliaribus*

a

adhuc magis, amplius autem adhuc in 100. milliarium intervallo. At à distantia 100. milliarium tradiores sunt diminutiones deviationis versus continentem navigantibus, quàm in distantia 80. milliarium, & in 80. milliarium distantia, quam in 50. In Boreali quoq; plaga majores sunt deviationes, quam circa Æquatorem, nunquam tamen ultra triginta gradus, quantum quidẽ hactenus observatum legimus. Plura istius rei observata & fideliter ex navigationib9 modernis excerpta legito apud *Athanas. Kircherum Mathemat. Romanum. l. II. de Magnete Part. V. sect. 2. c. 1. p. 425.* aliosq;

§. 4. *Causam* hujus *Chalybocliseos* aliqui, cũ *Maurolyco, Insulis Magneticis & rupib9 supppolaribus: alii debilitati virtutis magneticæ* : alii, cum *Gilberto, telluris naturæ, & dispositioni Versorii: Athanasius Kircherus positui terrarum* adsignant, ita ut *Globi terre-*

restris corporis distincta natura hic consideranda veniat, quo de ipsum consule *l.1. Artis Magnet. part. 2. Proposit. III. & in* Geographia Magnetica passim. *Verã & proximã* declinationis causã, aliã nec scio nec dare possũ, quã quæ *ex propria huj9 lapidis nat.* petitur, de qua infra plurib9.

§.5. Æque abstrusa est *verricitatis* ratio: quis enim, quis, inquam, naturalis hujus proprietatis rationẽ penitus perquisiverit? Ego sane (ingenuò fateor) *nec scio, nec si scirem dicere auderem propter varias eruditorũ contradictiones*, vel ad *operationes cœli*, vel ad *montes* nescio quos *attractivos*, vel ad *odoramenta sympathica*, vel ad alias causas confugientium.

§.9. *Hieronymus Cardanus Medic9, Mathematicus, & Philosophus Mediolanensis* AD SITUM MAGNETIS NATALITIUM, *quem in mineris habet*, recurrit; ut, *quo situ magnes in suâ Matrice fuerit, ex eo trahat vires*, &, *quæ pars*

ad septentriones spectarit, ea etiam eò ferrum convertat, ab illa aversa, ad Canopū: idq; non ob Canopi vires, sed quod situs fuerit contrarius. Sed profectò ista ratio mihi nō satis facit. Quæ enim *Quantitatis istius*, quæ *externi situs, quæ positus in terra mineris vis est?* Aut quid ea potest ad *vim* istā *conversivā* facere? *Opꝰ id qualitatū est, nō loci, nō sitꝰ, nō quantitatis.* Præterea, *si magnetica ista vis ex matrice aut minerarū cōditione* esset, potius se *versus istos montes vel mineras*, ex quibꝰ magnes effoditur, quā *versus Polum* converteret. Jam autem *comperimꝰ contrariū. Nullus enim magnes versus natale suum solū, sed à solo versus Polū tendit.* Idē *Scaliger* docet de *Iluano & Idano* magnete in *Exercitatione*, Cardano in hac Materia opposita, & ipsa quarū vis acuū nauticarum *αὐτοψία* demonstrat.

§. 7. Si quis excipiat ex *Joh. Bapt. Porta observationibus magicis*, quod

ut magnes prius steterat in minera, ita etiam semper se vers9 septentrionē vertat l.7. M. Nat. c.4. Rd. aliud *esse in Quæstione, & aliud in probatione.* PORTA enim ibi agit de *sectione Magnetica, & secta seu fracta cujusvis partis indole,* quod scilicet *quævis pars fracta totius naturam retineat: Et quæ pars in toto magnete contiguo pertinebat ad Meridiem, eatametsi, fuerit dissecta, non ad Meri diem, sed ad Septentrionem referatur.* Et hic, ait Porta, ut magnes pri9 steterat in minera ita etiã sese comminuti magnetis particulas vertere. Sed inter nos quęritur, an, *quod & hæc & ista Magnetis portio se vertat versus Arctum,* id veniat ex Minera? quod nos negamus.

§.8. *Hieronymus Fracastorius,* vir in *omni Philosophia studiisq; humanioribg (judicio seculi Scaligeriani) facile Princeps, Poëta, Philosoph9 & Medicus*

Ver-

Veronensis (cui marmoreã statuam Poetæ habitũ referentẽ, redimitũ tempora laurũ VERONÆ *ex Consilio Magnificæ Communitatis* posuerunt) sese ad *montes Sideriticos seu Magneticos* recipit, quos, ajunt, â *dextra nobis secundum Polum sitos esse*, aut rectius *sub ipso Polo collocatos*, ut *magnes nimirum odoretur ferrum in montibus septentrionalib9, ex quibus erutus* est: non secus quam *vultures naturæ sagacitate cadavera maxima locorum distantia, biduo etiam, ut plerique opinantur, antequam cædes facta sit*. FRACASTORII verba ad scribã ex *Lib. V. de Sympath. & Antipathia Rerũ, c. 7. p. m. 28. Nos diligentius rem considerantes, dicim9 causam esse montes ferri & magnetis, qui sub Polo sunt, ut negotiatores affirmant, quorum species per incredibilẽ distantiã usq; ad maria nostra propagata ad perpendiculũ usq; ubi est magnes, consuetam attractionẽ*

efficit

efficit. Propter distantiã autẽ, cum debilis sit, non moveret quidẽ magnetem nisi esset in perpendiculo: quem etsi non trahit usq; ad principiũ, unde effluxit at movet tamẽ & propinquiorem facit quo potest. Sed de *montib9 istis Sideriticis* quid solidi aut certi, vel ex *natura*, vel ex *scriptura*, vel ex ullo alio *navigantiũ aut peregrinantium documento* habem9? Quinã isti *negotiatores* sunt, quos allegat *Fracastorius*. Aut quis *negotiatorũ istos Euripos penetravit, ut montes magneticos deprehenderet?* Videntur isti mihi cũ *montib9 aureis Philosophorũ*, cũ *Orientalibus Gryphorum & Aquilarum montibus priscorum*, et cum *Euripis Borealibus* in eundem fumum abire, id est inter *non Entia relegandi esse.*

§. 9. *Hermannus Fabronius Geograph. parte 2. p. m. 50.* ita de iis inquit: Etliche wollen (respicit ad *Minoritam* quendam *Mathematicum*, se

rectius

rectius *Necromanticum, Anglum, Oxoniensem, Jacobũ Cnoxen, Buscoducensem in Itinerario, Giraldum Cambrensem lib. de Mirabilibus Hyberniæ.* Hi enim hæc scribunt: Das innerste Nordland sey getheilet in 4. Insulen/ umb einen hohen steinfelsen herliegend/ derselbige sey schwartz anzusehen / und begreiffe in seinem umbkreis 33. leucas oder Frantzösische Meilen/ seind siebẽzehendehalb teutsche. Et mox: Man schreibet auch / daß gemelte 4. Arnien durch eine solche heftigkeit nach dem innersten Meerschlund getrieben werden/ daß die Schiffe/ so einmahl da hinein kommen / durch keinen Wind widerumb zurücke gebracht werden mögen / es sey auch daselbst so viel Wind nicht/ daß er nur Windmühlen umbtreiben könne. Der Steinfels sey eben der Ort/ wohin der Magnet-compas zeiget zur lincken/ wie wir nach Septentrion sehen vom Polo.

§. 10.

§.10. Sed statim suam addens ἐπι-
χείρησιν digne nugivendulos istos ex-
cipit: Woher weis man aber von den
Schiffen / daß sie nicht können zurücke
gebracht werden / und wer hats versu-
chet / daß er davon reden könte / so die
Schiffe solcher hefftigkeit getriebē / nicht
wieder zurücke kommen / und alles da
vom Meer verschlucket wird? Erstlich
von der Müglighkeit zu reden / so kan
man auf die 4. Insulen kommen / so
umb den Polum her liegen. Das kan
aber wol geschehen von benachbarten
Reussen und andern / aber zur Zeit da
sie die Sonne ein halb Jahr haben.
Dennoch kan man wohl am Ufer der
Euripen sehen und erfahren / wie es des-
sen und gehe / so ie kein Schiff wieder zu-
rück gebracht worden were. Darnach
so schreibet Gerhardus Mercator die-
se dinge auß dem Reisebuch Cnoxen
von Hertzogenbusch. Derselbige aber
hat etwas aus den Geschichten Artur
der

des Britanniers / das meiste aber hat er von einen Priester beym Könige in Norwegen gelernet / Anno Christi 1364. derselbige ist ein Verwandter gewesen derer / so gemelter Arturus ausgesand hat / die Mitternachtländer zu erkundigen. Derselbige Priester nun hat Cnoxen erzehlet / daß Anno Christi 1360. ein Barfüsser Münch / ein Mathematicus von Onoxien in denen Insulen gewesen / und alles abgemessen habe. Endlichen aber so weiß man gar gewisse / daß die Hollender in Anno 1596. an denen Insulen in Nova Zembla gewesen seind / darvon nachmahls / aber die vorgemelten Euripi und 4. Insulen / wie dann auch der Magnetberg / werden von andern verneinet / und für Gedicht gehalten. Denn es sey kein Mensch von Europa / iemahls so weit kommen / als die Amsterdammische Schiffart Anno 1596. welche 9. und einen halben Grad ohngefehr

gefehr bey dem Polum kommen: und
dergleichen nichts vernommen haben
immassen es auch Paulus Merula in
seiner Cosmographia Universal.
verneinet. Sey derowegen das sicher-
ste/ daß man spreche/die Länder/ Insu-
len und Meer unter dem Polo Arctico
seyn noch zur zeit unbekand/ wie auch
die so unterm Polo Arctico liegen.

§.11. Posset idem istis *Geographi*
reponi, quod *Socrates* olim interro-
ganti, *quid apud inferos ageretur?* re-
spondisse fertur, ut hominis curio-
sitatem derideret: *Ego*, inquit, *ne*
unquam eò ivi, nec cum quoquam illinc
reverso sum collocutus.

§.12. *Paulus Merula* eminentissi-
mus Cosmographus in *tabula* su*a*
universali ita inquit: *Has Insulas*, in-
tellige quæ per *Euripos* & *Polum*
fiunt) *ad aliorum imitationem*
sub Polo Arctico posui, non quod eas in
rerum natura esse existimaverim, sed
q

ne imperitiores hic aliquid deesse putent. Et parte 1. *Cosmograph.* General. l. 3. c. 9. p. m. 171. *tam aßeveranter isti de his dißerunt, quasi vel ibi nati educatiq; vel eò delati suis oculis omnia fideliter & diligenter notaßent, rupem etiam mensi.* Si loco tam mirando *nati, non video, quibus adminiculis, quarumque aquarum beneficio venerint ad nos, tantam ὑπερφυσικὴν nunciaturi? Quum fluctus ex quatuor orbis partibus, ut dicunt, eò se rapientes tanta vehementia obnitantur, & ventus ibi nunquam tam validus, ut moleversandæ (qui verò navi hinc inde contra fluctus reluctantes promovendæ?) sufficiat. Sin eò delati, magna certè prærogativa munitos fuiße necesse fuit, quod adeuntes horrida, tetra & Magnetis inaccessa loca, non fuerint cum navibus, ut omnibus evenire volunt, absorpti, at placidissimè portati ita rupi adhæserint, ut non solum*

ejus

ejus colorem cognoscere, verum & ma-
gnitudinem metiri potuerint. Sisteba
credo, *terribilis ille aquarum raptu*
dum ibi docenda nos illi discebant :
scilicet quid, quod uspiam in rerū na-
turæ nesciremus. Hucusque Merul
Cum quibus coincidit, quod *Ger.*
Mercator in Polo Arctico fol. 42. i
opponit, quia illi *principium attr-*
ctionis scribūt fieri ad grad. LXXVI
cum tamen Nostrates venerint usq;
LXXX. altit gradum, nullas tame
attractiones senserint.

§. 13. *Primum hujus figmenti fun-*
damentum si inquirimus, *commen-*
Poëta mihi sunt reassumenda. H
merus Iliad. θ. *Tartarū* describen
inquit:

ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός
βέρεθρον (ὐδ
ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκε
Cumquo coincidit *Platonis Philos-*
phia in Phoedone, ubi χάσμα μέγισ

ἐς διαμπερὲς τετεχημένον δ' ὁ λκ ς ἶνς γῆς, h. e. *magnum spatium & undiq; pertectam terram circumfusum* somniauit. Quem *Homeri* locum cum exponere vellet *Hesiodus in Theogonia*, ita profectò expressit, ut videatur mihi *Tartarum sub frigidissimo aquosissimo, tenebricosissimo & ferreo Polo ponens*, videatur, inquā, ista sua descriptione *prædictis nostris Geographis fabulandi occasionem* dedisse. Neq; enim ovū ita ovo simile, uti ista Hesiodi descriptio, *Oxoniensis Monachi commentationi est*. Namq; (1.) hos *Euriporū & montiū tractus caliginosos vocat*; At *Hesiodus* apertê vocat Τάρταρα ἠερόεντα. *Deinde regressum nullū ex istis Euripis patere nugatur*: idem fabulatur *Hesiodus*: Τοῖς ἐκ ἐξιτόν ἐστι. *Porrò longe lateq; patentes secessus rapidissimorū Euriporū* fingunt: Fingit & *Hesiodus*: *Terreos montes* asſignat: Hos & *Homerus & Hesiodus* habent. Ita enim *Homerus*. ἔνθα

ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος
οὐδός.

Ibi ferrea porta & æreum pavimentū.
Hesiodus autem paulò prolixius,

Τὸν περὶ χάλκεον ἕρκος ἐλήλαται,
ἀμφὶ δέ μιν νὺξ
Τριστοιχεὶ κέχυται περὶ δειρήν, αὐ-
τὰρ ὕπερθεν
Τῆς ῥίζαι πεφύκασι, καὶ ἀτρυγέτοιο
θαλάσσης &c.

Id est: *Quem circa* (scilicet Tartarū)
ferreum septum
ductū est, circum verò ipsum nox
Triplici ordine fusum est circa colli,
sed supernè
Terræ radices creverunt, & infructu-
osi maris.

Hoc tantummodo *discriminis* inter-
cedit inter *utramq; fabulā*, quod *Po-*
ta Tartarum in & sub terrâ ponant; P-
ëtici autem isti *Geographi septentri-*
nalia ista Chasmata sub Polo. Et nisi i-
un

uno aliquo diversitas fuisset, primo statim aspectu *fabularis* istorū *Topographia* fuisset rejecta. Nunc autē ut fieret plausibilior, locus omnib9 ignotus erat assignandus, in quem nemini descendere, nemini reverti ex eodem dabatur, qui posset contrarium testari.

§. 15. Quid autē de prisco isto *Poëtarum Tartaro Boreali* verè sit sentiendum, istud meo quidem judicio rectè attigit *Natalis Comes in l. III. Mythol. c. XI. p. m. 226. Nonnulli*, inquit, *antiquorū Tartarum locum esse crediderunt, sub utroq; cardine*, ut ajebat *Crates, tum ob frigoris acerbitatē, tum etiam ob diuturnitatem tenebrarum*. Verum illi meo indicio falluntur: *quia multo majores sunt tenebræ nocturnæ sub æquante Circulo habitantib⁹, quā propè cardines. Nā tametsi cōtinui sunt sex mēses una nox sub arctico cardine, dū Sol â principio Libræ usq; ad finē*

finem pi∫cium ∫igna meridiei percurri-
rit, tamen non e∫t adeo ob∫cura nox,
litera legi non po∫∫int. Quare non vi-
tur is locus ob∫curitatis cau∫a po∫∫e Ta-
tarus appellari. Et mox: At nos qu-
dicemus e∫∫e Tartarum, in quem de-
cantur mortui, unde non amplius da-
reditus? terram ip∫am nimirum, ∫
qua occultantur cadavera, qua ubi ∫
mel deciderint in perpetuum carce-
nunquam omninò re∫urgere po∫∫unt:
a∫tuantes igne plurimi lacus e∫∫e dic-
tur, et alii rur∫us conglaciari, in qu-
vici∫∫im anima ∫celeratorum â demo-
merguntur, ut ait Plutarchus in lib-
de ∫era Numinis vindicta. His fidē
cerunt loci ignibus ∫ubterraneis f-
mentes et a∫tuantes, propter varios v-
pores, qui ∫ub terra concipiuntur. Fu-
runt igitur illa de inferis excogita-
ad deterrendos homines â flagitiis: q-
∫i ita credita e∫∫ent, pauci omnino ∫ce-
rati homines, pauci ∫icarii, pauci latr-

nes in omnib9 ætatibus fuissent. Atque utiam jam non fabulis, non vanis inventoribus, non figmentis Poetarum amplius, sed soli veridico, soli sapienti, soli bonorum omnium autori Christo crederetur, vel saltem ab iis qui se Christi imitatores esse profitentur. Huic æterna supplicia consceleratis hominibus minitanti si crederetur, quis pejeraret? quis prædaretur? quis vel fratrem vel virum bonum pulsaret, aut falleret? quis homo ineptißimus & omni plebecula rudior ac impurior intrepido alio alteri9 controversias judicaret, si crederet suorum judiciorum rationē aliquando sibi esse reddendā? cū nulla fides antiquorū dictis vel CHRISTO deniq; summi Dei filio habeatur: inde accidit, ut omnia fraudib9, omnia insidiis, omnia controversiis plena sint, omnia perjuriis. Atq; plus potest in judiciis opulenti hominis, quā legū humanarū vel divinarum autoritas. Sed malos deniq; malè perdet.

Q §.16.

§. 16. Ex quibus manifestum es
montes SIDERITICOS nullos esse
Quod enim quidā recentiores *mon*
tes RIPHÆOS, quos ob altitudinem
& longitudinem alii *Zonam*, alii *ca*
tenam mundi vocant, eosdē esse cum
montibus magneticis putarūt, eo ips
partim *incertum per æquè incertu*
probant, partim prorsus falluntu
Namq; quos *Strabo*, *Ptolomæus alii*
veteres Geographi montes Riphæos scr
pserunt, istos hac ætate compe
tū est *in mundo non esse*. Nā ex *Mosc*
via, si quō ex mundi angulo ejus r
certitudo haberi posset, esset add
scenda. Attamen ex *Demetrii c*
jusdam, ad Clementem SEPTIMUM
legati Russici & Moscovitici relation
de istis ita scribit *Paulus Jovius*, *N*
vocomensis, Episcopus Nucerinus in s
Moscovia (ad petitionem *Johann*
Rufi, Archi-Episcopi Consentani Con
scripta) f. m. 89. *Sunt ea* (vastæ & m
gn

paludes, qui *candidi lacus* appellantur,) *supra Moscham inter aquilonem & Eurum, emittuntque cunctos ferme amnes; qui diversas in regiones diffunduntur, ut de Alpibus videmus, è quorum jugis ac fontibus Rhenum, Padum ac Rhodanum, innumerabilesq; minores fluvios manare compertum est. Siquidē ea paludes pro montibus perenni scaturigine humorem affatim præbent, quum nulli omnino montes eâ in regione, multa etiam hominum peregrinatione reperiantur*, ita ut RIPHAEOS *montes & Hyperboreos toties & antiquis celebratos pleriq; Cosmographiæ veteris studiosi penitus fabulosos es*se arbitrentur. Confer *Scaligeri Exercitationem XXXVII. p. m. 141.*

§.17. Ineptius, quoq; est, quam ut doctissimo JCto veniret in mentē, quod habet *Stephanus Forcatulus de*

Imperio & Philosophia Gallorum lib. *Riphaeos montes esse Alpes in Galliis.* *m.46.* Id enim totus Geographor chorus uno ore refutat. Quocirc *Riphai montes*, si qui essent, *septentr onales* quidem essent, sed ad *Orient tamen spectantes, sub Nova Zembla a fluvium Obium, ad supremã Russiã: P Magnetici isti* sub ipso Polo esse cre duntur. Nec uspiam tanta est ho rum aut istorum longitudo, ut con tinentib9 jugis producti, utriq; co hæreant. Ex qua Geographicaru Mapparum delineatione, potiu *magnetica versio versus Novã Zembl aut fluviũ Obium,* quam *ad Polũ* fi ret. Ideò rectè meo quidem Judici judicat Scaliger, *à montibus non pos istam vim esse, & fortasse* (rectè addit *sunt nulli.* Exercitatione CXXX

§. 18. Cæterum *positis istis montib sub Polo,* nunquid tanta eorum v

esse

esset, ut *Magnetem & ferrum magnete tactum semper ad se contraherent, & quasi in æquilibrio atq; suspenso tenerent, etiam in remotissimis Orientis & Occidentis imò & inoppositissimis Austri terris?* Non puto. *Id enim, nec intervalla, nec radiorū vis objectu terræ impedita persuadere nobis possunt.* Cujus rei *demonstrationem Mathematicam* apud *Illustrissimum J. Cæs. SCALIGERUM de subtilitate* Exerc. XXXI. §. 1. invenies. Certe in aditum *sinus Persici movetur ad Insulā S. Thomæ,* unde *Magnetici montis fastigium deduci per lineā visibilē nemo dixerit.* Et tam in *mari Æthiopico, quam Atlantico* observatum est, *lingulā compassi nostri æque ad Arcticum polū respicere* [ut *c. l. Scaliger ex Ludov. Vartomani & Ferdinandi Magellani libris navigationum* excerpsit) atq; in ipso *Germanico, Norvvegico aut glaciali æquore* respicit. Eo tamen

vis Magnetica montiũ, siqui essen
pertingere nullo modo posset.

§.19. Nihil juvant *causam Fracast*
rianam duæ instantiolæ, quarum *un*
est *de perpendiculo*, altera *de Spec*
Spiritali. *De priori* ita inquit: *Pr*
pter distantiam autem, quum debil
sit, non moveret quidem magnetem, n
esset in perpendiculo. De posteriori ha
habet: *Attractio autem hæc ad atom*
& corpuscula reduci posse non videtu
quia corpus nullum in tanta distant
demitti potest, quod unum continuu
fuisse possit, ab iis montibus usq; ad n
stra maria: speciem autē SPIRITAL
dimitti nihil prohibet, quod & in lum
ne manifestum est, cuj9 speciem à sum
mo cœlo & stellis huc usq; demitti co
stat.

At (a) *Perpendiculi in Architect*
nicis & mathematicis magnam rat
onem habendam esse, non ignora
mus. At *quod in aëre diametralit*

Po

Polo oppositum perpendiculum mihi ponere, quod figere possis, non video. Merum igitur hoc est κενοφίλτον. (b) Supra dixerat, *à stellis nullam attractionem fieri posse, nisi per vapores calefactos*: Hic vero *spiritalem à stellis attractionem* ponit Fracastorius! Quæ certe est *aperta contradictio: Omnis motio & attractio stellarũ fit per vapores calefactos seu qualitatẽ realẽ*; & vicissim: *Quædã attractio non fit per vapores calefactos, sed per spiritalẽ speciem.* Deinde alia est *Solis*, & alia *Arcti* ratio. *Arct⁹ semper in Septẽtrione hæret, at Sol intra Tropicũ Cancri & Capricorni totũ orbem circũvagatur*, & ita ad omnes mundi partes radios suos dimittere potest, quod *Arctus* sane facere non potest.

§.20. Et profecto, si accuratius totum hoc negotium examinetur, potius *ferrum, aut ferrei isti sub Polo montes* raperent & traherent.

lin-

lingulam compassi Magneticam, qu
quod *magnes trahat ferrum,* qua
tamen *Scaligeri hypothesin refutata*
videsis in B. nostri Sperlingii Institutio
nibus Physicis, l. VI. c. V. qv. IV. p. 1
149. seq.

§. 21. Tandem, si tanta *est hujus*
certitudo, quanta est illius *vulturi*
sagacitatis, & odorationis nondu
cæsi cadaveris, *cadaverosa profect*
imò nulla erit. Quomodo enim
quod nondum *cadaver est, cadave*
odorem dabit? Non *Entis nulla su*
Affectiones, inquiunt Metaphysi

§. 22. *Montib9 istis Sideriticis & M*
pheis demissis, aliam cū aliis ingr
diemur viam, *istius* σιδηροςρεψ
causam inquisituri, & cursum nost
è terra in cœlos dirigemus, præeu
tibus nobis ducibus solertissim
Cardano, Scaligero, Marsilio Fic
Comm. l. 3. Ennead. 2. Plotini f. m.
Casp. Peucero de Divin, p. m. 372. G
ber

berto, aliisq; multis. Sed & hic euntiū *ἀμφόδια* occurrunt, & sentētiarum divortia. Nā aliqui, nescio *qua mentis vertigine* moti, COELI VERTIGINES aliqui COELI DIRECTRICEM URSAM sequuntur. Sunt, teste *Hier. Fracastorio c. 7. de Sympath. & Antipath. p. m. 26. qui non trahi ullo modo perpendiculum* (acus nauticæ) putant, *sed cæli* VERTIGINE *omnia perturbante sese ita constituere, ut quiescat magis, quò possit; ad lineā scilicet, quæ ad polos spectat.* Sed istis *Respondendum. Disting. esse inter verticitatem & vertiginem*: Illā tenemus, hanc repudiamus. Numquid ex *vertigine verticitas* veniret? num *cæli vertigo omnia perturbans* soli *acui Magneticæ* quietem daret, & non potius perturbatam inquietem? Pueros *videmus in gyrum motos ita vertigine abripi, ut stare certo pede non possint, sed concidant in terrā, ut, quo possint, loco conquiescant?* Tandem

Q 5

dem quid ista *vertigo cæli* sit, aut *un-*
de veniat, aut cujus natura sit , eg
quidem ingenue fateor, quod ne
sciam. Neque enim *ullum ejus re*
documentum in natura, neq; in sacra
neq; in prophana aliqua historia mih
unquam occurrit. *Circũrotationem*
astrorum cæli novimus, sed *cæli ver-*
tiginem nescimus. Et turpe esset *ver-*
tignem vocare, quod constantem natu-
ra legem sequitur. Ita scilicet inter-
dum ij, qui volunt μεγαλοφρονεῖν
καὶ ἐν ὑπερηφανίᾳ σοφιστεύειν, ter-
minorum lenociniis dementant
simpliciores, quos nec ipsi intell
gunt, nec alii capiunt, ut sub igno
tis vocabulis ignorantiæ suæ
δοξαστικῆς sapientiæ asylũ habean

§. 23. Securius isti faciunt, qui a
omnium priscorum Navigantium C
nostram, ad polum scilicet cæli Arct
cum tendunt, quorum hæc quiden
mens est, quod ista *vis conversiva*

à n

à κυνοσούρας h.e. cauda Ursæ minoris. Quoniam enim *circa istam stellam Polarem circumvolvitur, circumrotatur, & ab ea quasi pendet totus exercit⁹ cælestis, cum omnibus orbib⁹ & sphæris, ideoq; etiam ista vim istam conversivã exercere creditur* in his *inferioribus, inprimis in Magnete nostro,* ut & istũ secum trahat, & ,tanquam sidereæ naturæ esset, ad se semper reflectat, hincq; fieri, ut *pensilis ista acus ferrea magnete tincta etiã semper ad stellam istam polarem respiciat, tanquam suam cynosuram & directricem, à quà hanc suam virtutem unice possideat.* Quo spectat illud Scaligeri: *Tibi (inquit ad Cardanum Ex. 131.)* ad *minoris Ursæ caudam referre hujusmodi vim placuit; nec mihi displicet: convenit enim distantia. Et à cœlo maluerim, quam à terrarum ulla deduci parte.*

§. 24. Et fateor, non est de nihilo

quod

quod dicitur. Eccui enim *ignotu[m] est influxus siderum cœlestis* in hæc inferiora, inprimis in mineralibus & metallis? Ecquẽ latet *quã Symphathiam res* inferiores *cum superiorib[us]* habeant, quàm amicè sæpius conspirent, & quàm late *Borealis cœl[i] pars*, in qua *stellæ Polares apparent* conspici possit, ut ita de se *per tot[um] cœli spatiũ ad terram qualitatẽ quandam intentionalẽ spargere, & Magnetem ad se allicere possit?* Quemadmodũ simile quid in ἡλιοτροπίῳ observatur, quod se *ad mo[t]um solis diurni solet flectere, ut mane ad ortũ Solis spe[ctet], & ej[us] iter ita sequatur, ad occasũ ut semper ad eũ spectet, ut ijã suo* tẽpore *M. Varro l. 1. de Re Rustica, c. XLVI* p. m. 134. observavit, & *Plin. l. XXII cap.* 21. aliique. Simile quid in Tragopogo & Ornithogalo observarunt Medici.

§. 25. Neq; quempiam *Scaliger[i] dubiũ*

dubium moveat, quod Ex. CXXXI. habet, quod, quia *perpetuo sidus istud* movetur, ideò etiam oportere *perpetuo moveri chalybem Magneticam: Cæterum*, ait, *sideris illius perpetua circumactio secum quoque ferrum converteret: quemadmodum à suo sidere cometen quoque arripi atque avehi dictum est. Quare fixæ effectionis, fixam quoque causam esse oportet*. Aut enim hic *ferrum magnete tactum*, aut *nõ tactũ* intelligit. Si *non tactũ*, frustranea est disputatio; non enim jam quæritur, an ab *Ursa Minore convertatur ferrum versus Polum*, id enim nuspiam est compertum. Si vero *tactum magnete* intelligit, ajo ego, omnibus modis *illud unà cum magnete Cynosuram respicit. Numquid autem etiam debebat circumrotari, ut stella Polaris?* Respondetur, *non debet*, cùm *quia motus istius stellæ nobis vix est sensibilis, nisi accuratissimè beneficio instrumentorũ*

Opti-

*Opticorum & Astronomicorum obser*vetur: Ideo quoque ista attracti[o] Magneticæ Pyxidis, si qua esset a[d] circũ actam istam Cynosurã, tam[en] â nobis non animadverteretur, i[n] mari præprimis, ubi *fluctuum incon*stantiâ omnia turbantur; tũ quia *flu*xus & *refluxus Maris æstuantis com*muniter & verè, *mea quidem senten*tia, *Lunæ adscribitur, cujus tamen rapidissimus motus nec impedi[t] nec statas fluxus & refluxus horas im*mutat: Quo circa colligo, nec istun[c] vix *sensibilem sideris septentrionali[s] commotionẽ obstare*, quo minus ver[-] sus polũ sese vertat Magnetica acu[s].

§.26. Multo minus *Fracastorii ob*jectio me movebit, quando iste ide[o] *stellæ polari hanc virtutẽ demit*, qui[a] *ad perpendiculum in navigatoria py*xide *nulli vapores à Sole calefacti pos*sint *pertingere. A stellis*, inquit, *null[a] attractio fieri potest, nisi quæ à calor[e]*

per

per accidens fit; calefactis quibusdam, quæ mox per naturã sursum tolluntur, aut forte circumaguntur cum Sole, vaporibus, qui in una parte facti, & successivè de una in aliam fiunt, recipientibus impetum successivum, & in orbem, sicut principium à quo generantur, in orbẽ fertur. Unde accidit, *quosdã teneros flores & folia propter humiditatẽ circũferri cum sole; Hæc* autem ad *perpendiculum in pyxide navigatoria nullam habent attinentiã.* Hac enim ratione flores *isti ad solis motũ circumferrentur* non qualitate aliqua *occulta* sed *manifesta*, per & propter humiditatem vaporum in aëre hærentium & â sole calefactorum. At quid fiet de Heliotropiis, in tabernis conclusis, ad quẽ tunc isti vapores nõ possunt pertingere? Aut numquid ita *constãter isti vapores omnibus diebus in aëre hærent*, & omni die ex hora in horã *per calefactionẽ radiorum solariũ ita temperantur*, ut, etiãsi ortæ sint aeris

intemperies, rubrum & ventorum vehementissimæ impressiones, non dejiciuntur ab Heliotropiis aut Ornithogalis. Aut non *aliquando aberrent à loco istorum florum natalitio,* ut *alium potiùs quam hunc attingant florem?* Magna adhæc credenda fides requiritur.

§.27. Sed tamē non omni ista res, causam nimirum verticitatis Magneticæ in Ursa minori ponens, dubio caret. Namq; (1) *influxus sideris Septentrionalis est saltem causa remota & universalis,* ut omninm rerum, ita & magnetis & ejus virtutis (siderostrepticæ.) Iam autem *effectus particularis & determinatus semper particularem & determinatam requirit causam,* juxta principia Physicorum ex ipsa natura hausta. Atqui *ista magnetis directio versus Polum, est effectus particularis & determinatus, E. etiam determinatam requirit causam.*

§.28. *Si ista virtus Siderostreptica*

est

est ab Ursa Polari, utique eò erit fortior in Magnetica acu, quò ea Polo Arctico est vicinior, & eò languidior, quò à Polo remotior, & languidissima, imò nulla in opposita plaga Mundi Antarcticâ. Nam *nec eò penetrare Arcti virtus propter oppositum terræ punctum* poterit, aut si penetraret, tamen propter *exilitatem & imbecillitatem radiorum vix poterit movere acum*. Eadē enim *Scaligeri demonstratio* hic videtur locum habere, quam iste *Sideriticis montibus* opposuit. Utut enim *Veronensis iste Philosophus* ajat, cit. libro & capite: *Quodsi naves forte ullæ illis montibus propinquiores sint, ferrum earum omne evelli, & propterea etiam incolas uti navigiis clavis ligneis astrictis*, tamen contrarium evincit *experientia*. Numquid *Hollandicarum navium omne ferrum fuit evulsum à magneticis montibus in Nova Zemblæ aditu?* Neutiquam. Imò sic nec *secu-*

res

res & bipennes retinere potuissen
quibus ex priscis & fractis navigi
novam conficerent scapham? At
hanc confecerunt, & ista instrum
ta retinuerunt. Aut nunquid *omn*
Svecica, Norwegica, Grönlandica n
ves ligneis & non ferreis compactæ sun
clavis? Ecqua hæc est contra *exper*
entiam demonstratio? Eadem fide
habenda *Aloysio Cadamusto in N*
vigat. ex *Ulysbona* usq; ad Calechu
c. 55. *Aliæ sunt* (naves) *quæ idcirco ab*
que ferro sunt, quoniam acū magnet
pavent. Nam is lapis visitur supra d
ctas Insulas, qua iter illi faciunt. Nun
quid supra *Insulas Aromaticas* tant
Magnetis attractio est, ut totas n
ves contineat? Cur non *Portugallen*
ses & Batavas continuit olim, & ho
dienum continet? *Henr. Salmuthi*
olim factum esse putat *non ex met*
illo, quod metuant, ne à Magnete attr
hantur, sed ex *defectu ferri,* quia istu

m

metallū tam copiosum ibi non sit. *l.2.adPancir.tit.XI.p.569.* nec aliunde inferri licebat propterea, quod *Marcianus Imperator* perhibuerat sub pœna capitali *ferri vel facti jam vel adhuc infecti quicquam hostibus venundare R.P.* Sed hodie ista ratio cessat; cessante isto decreto & vigente commercio inter Orientales promiscuo. *Ferrum* tamen admodū rarum ibi est, uti ex *Solino Agatharchide & Diodoro* probari potest, ita ut *duplum auri pro ferro reputent incolæ. Bochart. Geogr. Sacr. l.2.c.27.* Audiamꝰ hic *D. Garciā l.1. Hist. Arom. c. 56. Fabulosū* est, inquit, *quod nonnulli scribunt, naves clavis ferreis nō cōpingi ob scopulorū è magnete frequentiā, à quo scilicet raperentur.* Nam & *in Calecut, & in toto eo tractu plures inveniuntur naves clavis confixæ ferreis, quā ligneis.* Verum quidem est in *Maldovis Insulis naves ligneis clavis*

 esse

esse exstructus, id autem ob *ferri p*-
nuriam potius, & quod minori constet
fieri puto, *quàm quod à Magnete s*-
metuat. Hinc subleste fidei nobis e
Strabo, quando, ἐν τῇ θαλάσσῃ, i
quit, ἀνατολικῇ αἱ ναῦες πολλάκις κ
δινεύουσι διὰ τῶν πετρῶν μαγνητικῶ
In Orientali mari haut infrequent
naves ipsæ vi raptrice magneticaru
petrarum periclitantur. *Dubiæ* quo
fidei, quod auctor operis Ebrai
שלטי הגבורים *Schilte Hagg*-
borim Scuta Fortium, qui non tan
ait, *usum lignearũ naviũ ideò in Ori*-
tali mari retineri, quia inquit, *si r*
linquerent clavos ferreos, periculũ e
set, ne vi lapidis tractæ naves illisæ, a
extractis clavis solutæ raptaq; lame-
tabile naufragium causarentur. Et
errorem hunc *Geographicum* novu
esse sciremus, *antiquitatis quoq; cr*-
dulæ aliqua extãt vestigia in Ptolem
l. VII. Geogr. c. 2. ubi de Satyroru

Insu

Insulis locutus, φέρονται δὲ (inquit) καὶ ἄλλαι συνεχεῖς δέκα ἐν αἷς φασὶ τὰ σιδήρους ἔχοντα ἥλους πλοῖα κατέχεσθαι, μήποτε τῆς ἡρακλαίας λίθου περὶ αὐτὰς γεννομένης. Κατέχειν δὲ τὰς αὐτὰς ἀνθρωποφάγους καλουμένους μανιόλας. *Feruntur & aliæ continuæ Insulæ decem, in quibus dicunt, naves, quæ clavos ferreos habent, detineri, forsasse, quia Lapis Herculeus circa illas gignatur. Eas autem tenere dicuntur Maniolæ humana carne vescentes.* Quanquam istum *Ptolomæi* locum alio insensu accipiat *Cl. Salmasius Exerc. Plin. f.* 1102. *μήποτε τῆς ἡρακλείας λίθου περὶ αὐτὰς γεννομένης*; *Nunquid quod circa illas Insulas nascatur Magnes?* Ita *Salmas.* Cui fabulę etiam astipulatur *Ludov. Vives Schol. ad Librum S. Aug. de Civ. D. XXI. c. 4. Vincent. Natur. l. 8. c. 2. Simon Majol. dieb.*

dieb. Canic. in Coll. de Lapidib. p. 40 qui & ipse *Constantinum quenda* Philosophum de *gradibus*, & *Gale* *lib. de Lapid.* allegat. *Nicol. Fuller⁹* *Miscell. Sacr. l. IV. c. XIX.* At ego, i quit, *Kirch. l. 1. p. 1 de magn. c. 2.* mul rei veritatem indagans, *rem omni* *fabulosã deprehendi. Non video qu* *modo vis ista magnetica, quantumv* *intensa, naves medio cursu velisq; e* *pansis volitantes sistere possit, & qu* *amplius ἀπιστίαν rei auget, quomodo* *psos clavos navibus eximere possit,* *non anchoras, aut reliqua instrumen* *nautica, cum id difficilius factu sit &* Hinc factum esse puto, quod *Ups* *liensis, ArchiEpiscopus, Olaus M. cu* *in Structuris Aquilonaribus* incidisse in istos *Magnetum montes*, altum d *tanta vi attractivâ* teneat silentiũ Saltem id habet *l. XII. c. 1. Demum i* *suppolaribꝰ Insulis Magnetum mont* *reperiuntur, quorum fragmentis lign* *fagin*

fagina certo tempore applicata in saxeā duritiē & vim attractivā convertuntur. Qui rem tanti momenti non omisisset, si quid veri subesse scivisset.

§.31. Ex istis itaque duabus rationibus hæc in *Ursa Minori* assignata causa videtur posse si nō labefactari, tamē dubia reddi. Nam utrumq; certum est, & quod *major propinquitas ad Polum non plus moveat, aut remotior distantia non minus moveat*, & quod *influxus sidereus* saltē sit *remotior & universalis* causa, cujus vis quidem *magna & multa*, sed non *omnis* est. Ad motum animalium, & affectiones aliorum corporū multum facit operatio siderum, sed *non omne, quod in animalibus, quod in corporibus vel mutationis & passionis, vel affectionis & effectionis est, isti influxui sidereo potest assignari.*

§.32.

§.32. Ideoq; ut *determinatiore* & *proximiorem hujus Magneteca Verticitatis* afferremus causam, nostrarum esse partium scimus. At *qua* *aut qualem* dabimus? Aliam no possumus, quam PROPRIAM & PECULIAREM MAGNETICI LAPID FORMAM, *per quam, & propter qua ferrum trahit, & se versus polum ve tit.* Perinde ut & in *Heliotropio*, *Tragopo*, in *Ornithogalo* propior proximior causa istius versionis d urnæ dari non potest, quā propr ejus forma. OMNIS enim VIRTU OMNIS QVALITAS, OMNIS OPERAT A PROPRIA FORMA est. Et Canon e Forma (nim. specifica) dat propr. ESSE, DISTINGVI & OPERARI.

§.33. *J. Cæsar Scaliger* Exerci CXXXI. utramq; causam conjur git, COELI SIMILEM EFFICACIAM, PROPRIAM MAGNETIS FORMAI quando ita inquit; *Jungamus utrū*

sc.

sententiam. Dico: Terrarum omnium substantias, facie, vires, à sibi quamq; simili cœli pendere vultu. Sive mundus incepit (quod verum est) facile persuadebitur cumprimis illis momentis inferioris naturæ rudimēta consensisse: sive est æternus (quod nō propterea dico, quia dubitem, sed ut istos æternitatis assertores in præsēti materia pacatiores habeam) necesse est non fortuitam hanc rerum dispositionem sed ordine ac lege factā ad SUPERIORUM IDEAM *credere. Ideo hæc Terræ pars hujus rei, alius alia ferax est. Ita ibi mare, alibi non: montes, fluvii, campi, testa cum suo quicq; cœli convenit. Non ergo à* MONTIBUS ISTIS SIDERITICIS, SED AB EA VI, QUÆ ILLARUM FABRICATRIX FUIT, *evenire cōversionis motū arbitrandū est, & à prima causa rerum simul omniū conditrice, cōsensione certa, & cōservari & instaurari.* Et mox. Esto igitur: *in naturæ partibus sparsa* POTENTIA ILLA SI-

 DERITI-

DERICA: *caeterarũ omnium* MATR *quasi quaedam sit illa cœli pars, qua ptentrionali illi puncto imminet, & c*

§.34 Ita ergo ex mente Scalig habendum: Quod *Magnetica Ac Septentrionem* reſpiciat, *cauſa rem ta & proxima* poteſt dari. *Remota influxus cœleſtis*, & ſingulari quada ratione *Sidus ſeptentrionale Arctu* cujus faciem tanq. ſuum duce n quitur: *Proxima eſt* FORMA *Mag tis propria*, cujus iſta vis, iſta ope tio eſt, *Converſio ſcil. in Polos* nat & propria. Si urgeas, *qualis aut q nam iſta forma ſit?* reſpondeo *me ſcr.* Si pergas, *quomodo vocetur?* vi ſim dico: *me latet*. Si inſtes, *quom habeat?* regero: *me latet*. Hæc en communis hominum miſeria e ut eorum, quæ putant ſe ſcire, milleſimam quidem partem a qvuti ſint, *in luce rerum tenui ca gent, in mediocri caecutiant, in maj*

ſc

caci sint, & in maxima insaniant, ut egregiè *Scaliger* loquitur.

Quid dicam miserum me agere, & quā ducere vitam,
Irrequietum animi, & quarentem indagine vanâ
Naturam semper fugientem: quæ se ubi paulum
Ostendit mihi, mox facies in mille repente
Ceu Proteus, conversa sequentem eludit & angit
Mærentem, seniiq; horas cassumq; laborem?
Nuper enim tenues species, simulachraq; rerum
Quæ fluere ex ipsis dicuntur, perq; meare
Omnia, dum sector meditans tacitusq; requiro
Avia sylvarum, & secreta silentia solus

Cognovi tamen his spectris illudier
psis:
Ut sensus feriant nostros, semperq́ l
cessant,
Perq; fores caulasq́ animæ ludant
meentq;
Acremeet, ipsamq; nec inter somni
linquant.

Ita ingeniosissimus Veronensis *Po*
ta & Philosophus, Hier. Fracastori
fatetur.

§.35. Quid enim? *Formæ rerum spe*
cificæ quotæquæq; nobis notæ sun
Exceptâ hominis animâ rationali, a
sim dicere *nullam esse*. Circa *cortice*
hic versamur, & nucleum invenire n
possumus. Vas vitreum instar vulpecu
le â ciconia elusa lambimus, pultem
haut attingimus. Humi repit nostr
scientia, & formarum omnem fermè i
modum nescius est animus; sæpeq; cu
formā invenisse gloriatur, vix misell
est accidens: inquit B. *Sperl. Inst. Phy*
l.

l.1.c.3. Nomina tu lapidis, qui quotidio oculis obversatur, formam &
- - - phyllida solus habeto,
inquit *Scaliger* ad *Cardanum Exerc. CCC VII.f.12.* Et mox addit. *Nego tibi ullam esse formam nobis notã plene & plane.* Effectus sentimus, formã & qualitates adesse oportere colligimus, sed quę aut qualis sit assequi non valemus. *Venenum* enecat homines & citissimo motu totum pervagatur corpus, qua, quæso, qualitate? *Medicamenta* in alvum descẽdentia purgant fibras & partes corporis intimas & extimas, qua quæso virtute? alia venenis resistunt, alia corpus roborãt, qua quæso virtute? Eâ, quæ omnem fugit intellectum. Dicam ergo breviter. In re pari par esto judicium. *Magnetis propria forma hæc est, ut versus polum se vertat, ut in Azoribus insulis paululum declinet, ut ferrum attrahat:*

Quali-

Qualitas occulta est, cujus benefi
hæc munia exequitur forma.
quod non veniat à terra visceribus,
à succis & Spiritibus lapidificis, s
quod non *oriatur, à quatuor elem*
tis, aut principiis chymicis, itidē n
sed an ex *propria cœli vi, istoq; s*
Boreali, occulta *quadam ratione*
permeativa δυνάμει in amplexum
occursum Borealem excitetur, an
tur, & quasi instauretur, istud me
fugit intellectū. Malo itaq; in P
PRIA MAGNETIS FORMA *acquiesc*
Sed interim non negaverim *sid*
influxum tanquā universaliorē
sam, faciliusque dixerim, *Unde*
Siderostreptica vis non sit, quā und
qua non sit, quam quæ, aut qualis si

SECTIO III.

De

INVENTIONE E

ANTIQUITATE PYXIDEC
LÆ NAUTICÆ.

Summaria.

1. Origo
2. à Joh. Goa.
3. Non Flavio, aut Gira
4. Occasio inventionis
5. Amalphi an Malphitanum? an Alfellani? an Melsi?
6. Quando Europæis innotuit?
7. Estotilandiæ septuplex detectio.
8. An Origo prima penes Arabes Mozambiqvenses?
9. conceditur usus, non prima origo.
10. An Apud Europaos Insulares?
11. An ap. Asiaticos? Ægyptios?
12. Ægypt. à navig. abstinentes. Piscis Hieroglyph. Odii.
13. Pythagoras nihil de Pyxide.
14. Tabula Bembina.
15. an origo apud Chald. & Babylonios.
16. An apud Tyrios? nulla ejus notitia in navigat. Num excursiones Barbarorum Pyxidem deleverint?
17. Abolitio plumariæ & purpuræ non

infert abolitionem pyxidis nondi
probata.
18. Quia ista ad res voluptatis spe
bant.
19. Nulla Pyxidis memoria in scrip
20. Obj. Fulleri prima refellitur.
21. Obj. secunda.
22. Solvitur à Bocharto.
23. Obj. tertia ex Eccl. 1. 9. R.
Nihil sub Sole novum
(1) in ordine specierum mundi.
24 (2) in genere peccatorum & cala
tatum.
25. (3) in variis vitæ, studiorum, in
niorum generibus.
26. De rebus naturalibus & morali
valet.
27. Non de artificiosis, aut pyx
nant.
28. Obj. quarta de Plauti vorsoria
29. Quæ non est instrumentũ vex
lare.
30. non acus nautica, sed vel guber
cul

culum vel funis nauticus.
31 profune add. loca parallela.
32. Τροπὴ.
33. Pineda succenturiator Lemnii refellitur.
34. Sensus loci Plautini.
35. Eusebii Bœtylus quis?
36. Arist. de Lapid. liber.
37. An prima Origo apud Chinenses?
38. Negatur notitia ejus priscis.
39. An penes Salomonem?
40. Non videtur.
41. Ratio prima.
42. Ratio secunda.
43. Prima Pineda Objectio
44. Refellitur.
45. Ambros. laudat Salom. sapientiam.
46. Illustratur loc° 1. Reg. IV. ex Walthero.
47. Ex Sanctio.
48. Obj. II. ex Sap. VII.
49. tollitur.
50. Secunda Pineda Objectio refellitur.

51. Con-

§. 1.

A *Virgula Magnetica commo*
ne, & commotionis istius
tione ad ORIGINEM ejus prim
devenimus, in qua inquirenda n
minor quam in *causa* erit labor.

§. 2. Comunis fere omnium s
tentia est, *Acum hanc nostram ter*
abhinc seculo, anno scilicet p
Christum natum, *millesimo & trec*
tesimo circiter, primitus esse inve
tam ab *Amalphitano* quodam ci
homine Italo, qui JOHANNES G
fuerit dictus, quique circa A.
1302. vixerit, ad *cujus aures cum p*
mo venißet magnetica hujusmodi f

c

cultas, ipsum in arte nautica, cui erat deditus, primum esse expertum, primumque magneticam pyxidem confecisse, ejusq; directionē docuisse: quod legimus apud *Paulum Joviū l. XXV. Historiar. sui temporis f.m. 47. Flavium Blondum, Historicum Italiæ, & Eugenio Pontifici à Secretis,* virum magni judicii, & solliciti ingenii in *Italia Illustrata, Regione Tertia Decima* f. m. 420. *Gilbertum l. 1. de Magnete cap. 1. Joh. Bapt. Portam l. VII. Magiæ Natur. de Mirabilibus Magnetis c.* XXXII. *p.* 317. *Petrum Giezium l. 2. Histor. Indic. cap. 9. Gomaram, l. 1. Hist. Ind. Gen. Unde rectè Panormitanus:*

Prima dedit nobis usum Magnetis AMALPHIS.

§. 3. Quanquam *Petrus Bellonius, Gallus,* solertissimus Peregrinationis

nis æstimator *libro. II. Singularium & Memorabilium observationum capite. XVI.* aliud Inventotis nomen proferat, dicens: *comperimus eum, qui primus hujus lapidis usum invenit, Flavium fuisse nuncupatum: Idem quoque* cum Bellonio *Thomas Bozius libro XX. de signis Ecclesiæ capite VI.* pag. m. 329. & *Salmuth ad Panciroll. pag. m. 562.* statuant, tamen Gojam potius quam Flavium volumus. Nam boni isti viri inventoris & scriptoris nomina confundunt. *Flavius enim non inventor erat, sed scriptor. Athan. Kircherus* alios allegat, qui eum vocant *GIRAM,* quibus & ipse subscribit. ἐσχά-τως ἄτοπον est, quod *Barthol. Keckermannus in Commentario Nautico, parte speciali, problemate. VII.* vocat *Flavium quendam MELPHI,*

PHI, qui *in Campania regni Neapolitani provincia habitaverit.* Mutat enim *nomẽ loci in nomẽ viri*; (utut etiam de nomine loci nõ rectè sentiat.)

§. 4. Quicquid horum sit, istud memorabile est, quod circa inventionis istius occasionem *Porta* c. l. adfert *Qui* (Italus Amalphitanus) *nauticam rotam ignorans, acum palea, vel ligno infigebat per transversum, & in lance aqua pleno mergebat acus, ut natarent liberè, dein magnetem circumducendo, acus eum sequebantur, quo subtracto, quasi quodam naturali motu cuspides acuum polo arctico vertebantur, eoque invento quiescebant.*

§. 5. Istud oppidum *Malphitanum* vocat *Volaterranus*, & putat esse Plinii *Alfellanos.*

Sed

Sed hac in parte errat. *Alfellani* e-
nim *Plinij*, *fuêre Hirpinorum popu*-
ad mare *Hadriaticum siti*; ideoq;
mare Thuscum eorũ urbs transfe-
ri non poteſt. *Abrah. Ortelius in Th*-
ſauro Geographico putat eſſe *Lucan*-
oppidum in Italia quod hodie *ME*-
FI dicitur. Sed & hunc corrig-
Paulus Merula Coſmog. part. II. l. I
c. 25. p. m. 1153, quando iſtud *AMA*-
PHI in mappa non longè à *Neap*-
& Salerno ponit, ita *ut ea Campan*-
non Lucaniæ ſolum ſit. Adeoque aliu-
oppidum erit *Amalphi*, & viciſſi-
aliud *Melfi*: *Iſtud ad Campaniam*
terra Laboratoris di Laverno, qua-
Plinius *Laborinos campos*, *Blond*-
Ital. Illuſtr. f. 411. Leborinos vocat, r-
liqui priſci *Phlegrorum campum v*-
carunt *quaſi inflammatorium*, *ſeu*
rentem, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, *quoniam*
terra præliorum concitatrix fuit, *du*-
ibi gigantum bellum exarſit. ap. *Nico*-
Peroti

Perott. in Cornu cop. L. L. f. 8. hoc verò *ad Lucaniam* spectat: *hoc incumbit mari Etrusco, illud autem in meditullio Italiæ hæret.* AMALPHIN autẽ nostram *Flav. Blondus l. XV. Roma illustrata* & *Leander* accurratius descripserunt, & testatur insuper Merula *Amalphitanos quondam magnos fuisse mercatores, utpote qui in multis Siciliæ locis apothecas, ædes & mercium promptuaria habuerint.* Cum quibus consonat *Philand. Comment. in Vitruvium l. X. c. 14.* Et potest idem ex *Pyrrhonis Ligorii mappa Geographica* ad oculum demonstrari. Quod eò magis miror, *Ortelium* nõ animadvertisse, qui verissimam prædicat *Ligorii* tabulã, & *suam fecit in Theatro suo, cum regnum Neapolitanum describeret.*

§. 6. *Abrahã Ortelius in Mari Pacifico, seu Del-Sur, fol. 6.* etiã de origine acus nostræ tradit, quòd nimirum *Usus Ma-*

Magnetici Europæis demum innotu
rit circa ista tempora, ubi ESTOtila
dia fuit detecta. Quod contigit ci
ca annū Christi M. CCCC. LXXV
cum *Joh. Scolvus Polonus* ultra *No*
wegiam, Groënlandiam, Frislan
amq; navigaret, & in hanc *terrā L*
boratoris, ac in Estotilandiam defe
retur. Aut si adhuc recentiorem e
lustrationem velimus æstimare, *a*
mum circa annū Christi M.D. à Ga
Cortereali est detecta, tunc scilice
cum inter *Lusitanum & Hispanum*
Moluccis magna esset altercatio.

§ 7. Ad uberiorem hujus *Septe*
trionalis terræ & ejus detectionis c
gnitionem facit, varia temporum i
tervalla annotare, quibus eò m
gratum est classibus. Id igitur ten
atur, quòd *septuplex* in universu
sit *Estotilandicæ oræ apertio. I. Pisc*
toria, cum *Frislandici piscatores* p
tempestatem eò ejecti essent tribu
abhin

abhinc seculis. *II. Zenica,* cum *Nicolaus & Antonius Zeni, fratres, Patritii Veneti* auspiciis ZICHINI *Regis Frislandici* navigiis eò excurrerent, & perquirerent littora *Septentrionalis hujus Americæ* extima, *circa Annum MCCCXC,* uti de iis testatur *Hieronymus Ruscellus in suis ad Ptolem. commentariis. III.* est *Scolvica,* istius *Joh. Scolvi,* quem ante nominavimus, *LXXXVI. annis post trajectionem Zenorum. IV.* est *Cortercalis,* cum scilicet *Gasp. Cortercalis* cõpendium viæ ad aromatum terras quæreret, anno *M.D.* Sed *M.D.I.* idẽ iter ingressus aquis haustus nusquam amplius comparuit. Quem cum quęreret frater *Michaël Cortercalis anno M.D.II.* in eodem periculo glaciali periit. *V.* est *Gabotina,* cum scilicet *anno M.D.VII. Sebast. Gabotus* nomine *Regis Anglici per Septentrionales angustias ad Cathayam*

&

& *Sinarum regionem* iter inten
ſet, omnem quidem hunc Oce
tractum enavigavit, ſed ob imm
ſa frigora infectâ re in Patriam
diit. *VI. Forbiſſeriana,* quæ *Mar*
Forbiſſero acceptò ferenda, facta
no M.D.LXXX. cujus quoq; veſti
in *anguſtiis Forbiſſerianis* i
Groenlādiā & Leſterū Promontoriū
perſunt. *VII.* eſt *Davica,* quam
Davis anno M.D.LXXXV,
LXXXVI. freto iſto Davis, ab eo
cto, exſuperato expedivit, uti de
omnibus *Corn. VVytfliet Lovani*
in ſua Occidentis Notitia & Augm
to Ptolemaico prolixè agit, p m.
ſeqq.

§. 8. Sed ex *Eſtotilandia* vela re
henda, & in *Mozambiquam* diri
da ſunt. Nam *Hier. Oſorius Luſita*
Silvenſis in Algarbiis Epiſcopus de
bus Geſtis Emmanuelis, l. 1. p. m. 25.
altiùs *Magneticæ* noſtræ *cuſpidis*
n

mordia repetit, & ejus inventionẽ *Arabibus Africanis in Mozambique, Quiloa, & Zofala, Insulis & continentibus terris Africæ versus orientem à meridie spectantibus, habitantibus* adscribit, testaturq;, quod *isti jam tum ante adventũ Gamæ, Lusitanici Classiarii,* usi sint in navigãdo *normis navicularii,* quas nautæ *ac9* appellãt, quarum formã prolixius explicat c.1. Hęc autem gesta sunt à Lusitanis *Anno Christi M.CCCC.XXIX. circa festum Paschatos.*

§. 9. Ut igitur *Arabibus Magnetem* nõ denegare possumus, ita etiã facilè concedi potest, quòd *Magnetica acus virtutem* habuerint, ante *Lusitanorum* adventum cognitam: *Sed unde cognitam habuerint, an à Salomonis ætate, an verò ab aliis vicinis & recentioribus accolis? illud incertum est.* Breviter dicam quod sentio: *in Mari Mediterraneo ex Italia in Ca-*

irum

irū & Alexandriā frequenter est nav
gatū, ab eo potissimū tēpore, quo inve
tū est hoc nauticum viaticū. Ex Cai
transitus pedestris est in Mare Rubr
uti multis Joh. Petrus Maffeus doc
statim ab initio lib. 1. Hist. Indic. Qu
facile itaq; fieri potuit, ut Arabes
Mari Rubro, Sinu Arabico, & Oce
no Æthiopico ad prom. Aromata, reg
onē Magadazo, ad Quiloam & Moz
biquen navigantes, etiam hoc benefici
navigandi recens inventum, quod in
re omnium (ut fieri amat) erat, didic
rint, & in ipsum sinum Barbaricum s
Asperum Mare ad ipsum usq; Capr
corni Tropicum dilataverint, & tan
quam aptissimum & utilissimum ubi
receperint. Perinde ut inventū istu
in Italia non subſtitit, ſed famâ cit
ùs in omnem Europam diſſemina
tum eſt.

§. 10. Iſtud ex ſuperioribus clar
eſt, quod inter *populos Europeos, In*
ſula

sulares imprimis, qui tamẽquasi iñatare Oceano videntur, *usus acus magneticae* ante *Joh. Goam* non obtinuerit, sed quod ad *polos & polares respexerint nautae, & littora potissimum legerint, aut in incerto pelago incerti erraverint, ut rectè etiã de aliquo nauta illius temporis* illud *Poëta* possit dici:

Nam te jam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus aestas.

Anglos hîc nomino, *Hybernos, Batavos, Cimbros, Hispanos, Lusitanos, Siculos, Danos, Groënlãdos, Italos, Ligures, Adriaticos*, & quascunq; alias *Europaeas nationes*, quarum quidem notitiam hoc instrumentum nauticum effugit: addo quoq; *Graecos, Peloponnesiacos, Cyprios & Insulares Aegeos*, quorũ duces viarum *Helice & Cynosura* fuerunt. Qui duo asterisci ideo potissimum à nautis quõ dam-

dam sunt observati, quod sub e
& nostro Horizonte noctu sem
navigantibus fuerint conspicui,
è multis illud *Ovidii l.2. Trist.* e
cet:

Esse duas arctos, quarum cynos
notatur
Sidoniis, Elicen Graja carina
tat.

Cum quo consonat *Aratus in* Φ
νομ. vers.35.

- - ἑλίκη γὲ μὲν ἄνδρες ἀχ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ ν
ἀγινεῖν
Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι
λασσας

i.e. *Helice quidem viri Græci*
In mari signantur, quò oporteat na
dirigere
Altera verò Phœnices fisi sulcãt m

Cynosura autem dicitur ab una
Nymphis Idæis, Jovis nutricibus

V

vult apud *Hyginum Agloasthenes, Naxicorũ auctor.*

Aratus iterum:

οἱ ἣν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι
Τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην - - -

Dicitur eadē etiã Φοινίκη eo, quod eam, monstrante Thalete (ap. Herodotum) *Phænices & Pæni* sequerentur, uti ex Arati Phænomenis *Germanicus Cæsar* vertit:

Hic Jovis altrices Elice, Cynosuraq; fulgent,
Dat Grajis Elice cursus majoribus astris,
Phænices Cynosura regit - - -

§. 11. Sed jam deveniendum quoque est ad *Orientales & Asiaticos nauclēros*, & videndum, nunquid horũ major fuerit felicitas præ nostris Europæis, *uti in literis & artibus, ita etiam in rebus nauticis & possessione hujus compassi pontici?* Si qui alii arguti

guti & seduli in perquirendis re
naturalium causis & mysteriis fu
re, *Ægyptii* certè fuere. At eos *m*
gnetica pyxidecula cognitionẽ hab
isse, mihi non sit verosimile, ideo (
quia alias *littora non legissent suis*
cursionibus, quod tamẽ eos factita
se non obscurè colligitur ex iis, q
diximus supra. (2) quia haud dub
isti° pyxidis inter *Hieroglyphica sy*
bola quædam vestigia reperirentu
sed in *toto Hieroglyphicorum ambi*
(uti Oedipum meum examinãti pa
bit, inquit Athan Kircher° in suo M
gnete l. 1. p. 1. c. 5. p. m. 25.) nulla prors
navis, preter solam Barin (quod s
crum quoddam navigii genus, qu
Isiden Nilum trajecisse memoran
atque quod eâ de causa solum int
sacra symbola locũ invenit) *neq*
aliud symbolum, quod nautica pyxid
sive ventorum rhombos referre poss
comparere certius est quam dici deb

at; quæ tamen si cognita ipsis fuissent, procul dubio inter sacra symbola, uti multa alia minoris momenti, posuissent.

§ 12. (3) *Ægyptios* ne *quidem navigationi magnoperè intentos fuisse, hinc suadetur, quòd terra abundatissima contenti, Deorumq́; Patriorum cultu assueti, cæteras extra Ægyptum regiones ferè, ceu rudes & illiteratas & sapientiæ suæ indigas despicerent, unde & legem, teste Plutarcho, qua omnis extra Ægyptum peregrinatio interdicebatur, condebant.* Imò *Ægyptii* à mari, religione quadam ducti, abhorrebant, uti pulchrè *Plutarchus libro de Iside & Osiride* docet. Hinc *Pythagoras ab Ægyptiis doctus mare lachrymam Saturni* vocat; putant enim, *teste Xenophonte, eâ, quâ Sol oritur, parte Mūdi faciem esse; qua*

spirat boreas, dextram, qua Nilus s
stram unde non malè dicunt Ægy
de Nilo, eum ortū à læva in sinistra
rir.; Nilus enim ab Austro profluēs
va mundi parte in boreali Mari se
scens absorbetur, atq; ideò Sacerd
mare aversantur, quod & Typh
Spumam appellant, uti & Salem
sobolem, quem & eādem ob causam
sæ non solent adponere. Quid? quod
de causa homines nautas & mar
veluti ex mari & cæpis (quas *Lun*
Isidi suæ cōtrarias abominabāt
viventes tanquam inhumanos, tru
lentos & Typhonis filios aversentur.
scem quoq; ideò odio prosequuntur
etiam, teste Clem. Alexand. l. V. Str
ab iis pro odii hieroglyphico sit usur
tus. Satis ergo ex dictis patet, *Æ*
ptios Navigationi, vel religione qu
prohibitos nō magnopere addictos f
si, ut taceam, in navigationib9 sole
pyxidis usos fuisse.

S

§.13. (4) Quod si ita *solemnis erat Ægyptiorum navigatio, & pyxis ista tanto in honore,* cur *curiosissimū Mathematicum Pythagoram,* qui omnia Ægyptiorum arcana tanto studio inquirebat, hæc *sola adeò mira pyxis* fugit? *cur nullam ejus in suis scriptis fecit mentionē? Cur Plato, cur Aristoteles, cur alii infiniti scriptores Naturalium Rerum, qui in Ægyptum, Philosophici studii & naturalium rerum discendarum amore ducti, profecti sunt, ejus non meminerunt?* Cur *Augustinus & Plinius, qui multa de Magnete, & aliis rebus attractivis habent, solius Magneticæ versionis Polaris obliti fuerunt?*

§.14. Sed novus hîc nobis exsurgit Adversarius, qui primam hujus pyxideculæ invētionem attribuit *Ægyptiis, Autor* scilicet *Admirandorum Ethnicæ Theologiæ mysteriorum*

T 2 propo-

propalatorū, *Joh. Frid.* Hervartus
Magnetē *antiquissimis passim na*
nib9 pro Deo cultū, & artē, qua Mag
tis ope navigationes per universum
bem instituuntur, à Veterū Sacerdo
Ægyptiis sub involucris Deorum
arumque, & aliarum fabularum
tice summo studio occultatam
omnib9 modis allaborat proba
Ideoque argumenta conquirit
ria, & ex omni antiquitate, q
cunq; obscuriora & ænigmati
Sphyngicis abstrusiora sunt,
obtorto collo contorquet. Im
mis illud notandum (nam reli
ridicula sunt, & nullius momen
quod de *tabula ista Hierograph*
Bembina auguratur, utpote *qua*
gyptii nihil aliud significare vo
rint, quam navigationem per univ
sum orbem terrarum, ope pyxidis
ritica & hyerographica tabulæ per a
Sed istam novam *Tabulæ Bemb*

in

interpretationem cum stupore legit, & improbavit *Copticæ linguæ & Sapientiæ promocondus Romanus Dn. Athanasius Kircherus cum in lib. 1. p. 1. c. 5. de Magnete*, tum in *Oedipo suo*. Cui tanquam artifici in sua arte & professione meritò est credẽdum.

§. 15. Neq; *magneticam acum* reperimus apud *Chaldæos, aut Babylonios*, penes quos olim imperium mundi stetit, & magna regnorum potestas, *fuisse in usu*.

§. 16. De *Tyriis & Sidoniis* non injucundum erit disquirere, *nunquid hi, tanquam peritissimi marium viri nostro hodogeta sint usi? Levinus* quidẽ *Lemnius, Medicus Zirizæ l. III. de occultis Naturæ Miraculis c. IV p. m. 498.* confidenter ait, *nõ esse, quod quis ambigat, Veteribus, imprimis Tyriis eundẽ fuisse hujus instrumenti usũ & cõmoditatẽ, quæ nobis est.* Quib⁹ gemina habet *Nic. Fuller. l. 4. Misc. Sacr. c. 19.*

Sed istud mihi verosimile non a-
paret, *cum*, quod *nulla notitia in*
vigationibus, *tum*, quod *nulla ejus*
moria in scriptis Veterum supersit.
quantum ad *primum*, istud *scien*
nauticæ quasi palladium penes ip
Tyrios & Sidonios solos subsistere
nullatenus potuisset, quo mi
etiam in finitimorum *Cypriorū*,
givorum, & *aliorum Asiæ populo*
notitiam pervenisset. *Neq; vel*
quam tam ab omni hominum mem
iterum extingui potuisset, quo m
secuturæ posteritati de eo aliquid
set communicatū. Quod hic *Lem*
us instantiæ loco urget *de Barb*
rum excursionibus, nihil est: *Quon*
enim (fidem Lemnianā testor!)
potuisset, ut ob barbarorum vast
nes, cædes, incendia & population
salutare instrumētū penitus & ex om
omnino hominum memoria interi
rit? Nunquid omnes omninò art

nunquid omnes nautæ in tota Asia, aut in toto Mari Ægæo extincti, oppressiq; fuissent? Nunquam id persvadeor, imprimis cum *vel ideo dispersæ gentes eò tenaciùs observassent, quod ejus beneficio licuisset tutum iter maris ingredi, ad invasiones hostium terrestres effugiendas.* Magnæ *Turcarum irruptiones in Germaniam & Hungariam* fuerunt, *nunquid ea usum bombardarum recens inventarum* aboleverũt? *Tantum abest, ut aboleverint, ut latiùs earum usum cõfirmaverint. Dubiũ profectò est, an majores in Asia motus fuerint, an in Italia? ibi per Babylonios & Assyrios, hîc per Hunnos, Vandalos, Mauritanos, Gothos, Longobardos, aliosq; portentosos hostes? Nunquid autem ideò vel isti omnem literarum & navigationum, vel hi omnem religionis aut superstitionis memoriam exstinxerunt?*

§.17. *Nicol. Fullerus* abolitionem

ejusmodi fieri posse demõstratu
tria alia adducit exempla de *int*
tu artis plumariæ accentuũ & purp
quib9 unos omniũ gentiũ Tyrio
gregiè& ditatos olim &celebra
fuisse legimus, quæ &*l.1.c.20.& l.*
19.inculcat. Verũ hęc quod spec
de iis ita habendũ, Nos nequa
negare, *multa ap. Veteres in usu fu*
quæ cum iis interciderunt: Integr
enim *Guid. Pancirolli & Commen*
iis in eum Henr. Salmuthi volumẽ
stat *Memorabiliũ olim deperditor*
quib9 sine dubio adhuc plura p
sunt addi iis autoribus omissa
quorum numero etiam *Plumari*
vera Poeseos & accentuum Hebræo
ratio, & usus purpuræ sunt haben
Nam ut recte Horat.

Debemur morti nos nostraq;
&mox: *Mortalia facta peribunt,*
Multa renascentur, quæ jam
dere cadentq;,
Quæ nunc sunt in honore

videlicet nõ *vocabula* tantũ sed *quavis etiã alia humana*; Modo etiã nobis concedatur, *multa nobis iterũ esse manifesta, quæ priscos latuerũt, quorsũ etiã Acus nostra usq; est referenda*. Et (2) de PLUMARIA ista, POESI & PURPURA constat nobis palã, quod illa *apud Ebræos*, hæc vero *apud Tyrios fuerint*, quod minime de *acu magnetica* potest demõstrari: Tandẽ 3. ipse *Fullerus* solutionẽ huj⁹ instantię suppeditat, quod in *plumariis istis operibus sola voluptas fuerit spectata*, qua caperẽtur & oblectarẽtur oculi, ejusq; loco *reliqua byssina serica & pretiosa tenuissima vestium genera* successerint, quorum neutrum de *nostro Hodogeta nautico* potest affirmari.

§.18. Proinde *disting. inter res voluptatis & necessitatis: illæ ut minus sunt necessariæ & luxui potius quã usui bono inserviunt*, ita facile hominum memoriâ excidere poterant, aliis imprimis earum usum supplentibus:

At hæ, quibus carere nullus naviculrius, epibates nullus poterat, & sine qbus ne quidem stagnum, nedum spatissimũ æquor superari aut adiri poteqnomodo omni prorsus & usu, & memria & historia excidissent? Illis sane crere possumus sine ullo insigni damAcu Magnetica non itẽ, cujus admicιslo nobis maria clausa patuere hctenus, & in remotissimas terrarum lira fuit navigatio.

§. 19. Deinde, si mirabilissima i& utilissima Magnetis δύναμις ἑλκκαὶ Syriis fuisset perspecta, mirũ quque esset, si Marinus Geographus Trius, qui multa præclara edidit, & saalia minuta minoris momenti, quahoc ipsum est, attigit, quiq́; Ptolomegregie præluxit, mirũ si alius qupiam vel Geographorum vel Physicovel Nautarum posteritatis notitiamnon tradidisset, neq; commendass

§. 20. Occurrere quidẽ huic O-

jectio

jectioni *Fullerus* annititur, sed nihil efficit. *Imo*, inquit, *quo magis excellunt singulari usus commoditate & necessitate, eo studiosius Syri celabant, & modis omnib⁹ ἐν ἀποῤῥήτοις quam cautissime continebant, ne semel provulgato isto tam insigni navigationis adjumēto, ipsi qui soli adhuc qs. αὐτοκράτορες omnia maria tenebāt, plures imposterum propter communem navigādi peritiam consortes reperirent.* Verum enim vero *qui celari potuisset, & ἐν ἀποῤῥήτοις haberi, quæ semel inventa, fuißet in omni usu promiscuo?* Aut numquid *Phœnix navicularius clavo assidens, & ex pyxide cursum dirigens, latere potuit epibatas, qui sæpe Græci, Ægyptii, Afri, aut Romani erant?* Certè hæc viri docti sententiam ne umbram quidē habet veritatis, *inquit Bochartus.*

§.21. Potissimū suæ sententiæ robur *Füllerus* ponit in *nomine Magne-*

tis

tis, quo is dicitur λίθος ἡρακλεία se
Herculeus lapis. quam in rem ad
ducit testimonium *Claudii Ptole*
mæi, Philosophi & Mathematici us
ad sidera notissimi, quod habet *l. 7*
Geogr. Cap. 2. Quem locum cum
vindicasset ita pergit: *Quamobrem*
ἡρακλεία λίθος *Ptol. haut dubie e*
magnes, deductumq; habet nomen no
ab Heracléa civitate, ut vult Erasm
Chil. 1. Cent. 5. Adag 87 (tunc enim
analogum foret, ἡρακλειώτης ve
ἡρακλεώτης vel ἡρακλεωτικὸς in Ma
sculino; aut ἡρακλεῶτις vel ἡρακλε
ωτικὴ in Fæminino) *Sed vetustissim*
nomine ἡρακλῆς, *quod Hercules lati*
nè appellatur. Porro *Herculem supr*
(lib. 2. cap. 7.) ἡγεμόνα *h. e. viæ Duc*
cognominatum ostendimus. *Quod*
igitur admirādum illum lapidē Her
culeū dico, ita initio nuncupatū argu
remur à Syriis ipsis veterrimis Her
culi

culis cultorib. maximisq; atq; adeo unicis orbis terrarum lustratorb⁹, quod ejus tanquam Herculis aut Solis cujusdam, siderisq; terrestris ductu in longissimis subinde itineribus suis terra mariq; conficiendis dirigerentur atq; gubernarentur. Adeò ut quemadmodũ Hercules ipse ἡγεμὼν & via dux, sic lapis hic quoq; Herculeus ac perinde ἡγεμονικὸς h. e. ducendi viæq; commonstrandæ vi virtuteque pollens nuncupetur. Id quod nos vetusto & vernaculo vocabulo ad amussim exprimimus τὴν ἡγεμονικὴν λίθον Anglicano sermone THE LOADSTONE *eandem ob causam planissime appellantes.* Et postquam alias rationes denominandi removisset, sic post pauca concludit: *Quocirca insignis communisque vis illa ἡγεμονικὴ, quam Herculi quidem Syrius affinxit, lapidi verò*

Deus

Deus infinxit, longe omnium ca[...] accommodatissima est, ob quam [...] gnes nomen ab Herculis nomine co[...] ctus, Herculeum primum à Veter[...] Syris appellat' fuisse existimetur. [...] de propagatum est posteris Vocabul[...] ac deinceps Græcis Latinisq;.

§. 12. Sed Füllero hic oppo[...] *Sam. Bochartum l. 1. Cap. 8. Part[...] Geograph. Sacræ de Coloniis scilice[...] Sermone Phœnicum f. 717.* Verissi[...] quidem, est *lapidem illum à Gr[...]* ἡράκλειον *appellari, nec opus erat,* [...] *lomæum hic invocare testẽ, in re om[...] notissima. Nã ut ut Heracliũ lapi[...] Theophrastus pro coticula usurpet, [...] jus in probando auro usus est, tan[...] præter Ptolomæum, Platoni et[...] & Luciano & Helladio, Bisantin[...] Galeno & Aëtio & Pisida* (apud Su[...] & *Hesychio & Suida & Faverino* ἡ[...] κλειος λίθος *est Magnes. Et Plin[...]* lib. 36. cap. 16, *agnoscit quosdã ap[...]*

[...]

lasse Heraclion. Sed non ideo sequitur, id quod contendit vir doctus, hunc lapidem traxisse nomen â Phœnicio Hercule, cujus numen nautæ invocaverint propter vim ἡγεμονικὴν *quâ pollet. Neq; enim ignota virtus potuit lapidi nomen facere, ignotam antẽ fuisse ex eo patet, quod illius in scriptis veterum nec vola nec vestigiũ est.* Idem, ut Grammaticã denominationẽ Erasmi salvaret, ista subjicit: *Erasmus in Adag. deducit ab Heraclea urbe, in qua reperitur. Neq; eam originationẽ Erasmus de suo attulit, Quin illi astipulãtur Grammatici veteres. Hesychius:* κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ ἡρακλείας τῆς ἐν λυδίᾳ πόλεως. *Sic vocatur ab Heraclea Lydiæ civitate. Autor Etymologici:* ἡρακλεία δὲ ἡ διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ κρατερὸν τῆς ὁλκῆς ἢ μᾶλλον διότι περὶ ἡράκλειαν τὸ πρῶτον ἐφάνη. *Heraclea autẽ vocatur aut propter vim & robur tractionis, aut*

potius

potius quia circa Heracleam prim
apparuit. Ita magnes lapis & Herac
plane erunt Synonyma. Id enim in c
fesso est, magnetem dici, quia nasci
in Magnesia. Lucretius.

Quam Magneta vocant patrio nomine Graji,
Magnetum quia sit patriis de fi bus ortus.

Etymologg: Μαγνῆτις δὲ ὅλι (ὡς φα
ἄνδρες λιθοφόροι μαγνῆτις εὗρον
τὴν τὴν ἐνέργειαν. Magnes autem
catur, quia illius vim invenerunt M
gnetes, qui lapides ferunt, nemp
crepidis, ut docent sequentia. Po
Heraclea civitas pars erat Magne
Suidas ἡράκλειαν λίθον τινὲς τὴν μ
γνησίαν ἀπέδοσαν, διὰ τὸ τὴν ἡράκλε
τῆς μαγνησίας εἶναι Herculeum lap
quidam Magnesiam reddiderunt, q
Heraclea pars est Magnesia. Eod
pertinet quod Lydium vocat Sop
cles, quia Lydia pars est Magnesia,

qua Heraclea. Hesychius: Διὸ καὶ σοφοκλῆς λυδίαν λίθον αὐτὴν καλεῖ. Et *Lydicum* *verꝰ Poeta:* λυδικὴ λίθος σίδηρον τηλόθεν προσήγαγεν. *Itaq; tam à patria dicitur Heraclius quàm Lydius aut Magnes.* Et in *Theophrasto de lapidibus* λίθος ἡράκλεια καὶ ἡ λυδὴ *pro eodem sumuntur. Hæc cum tam benè cohæreant, Analogia Grammatica frustra objicitur, quam derivata non semper servant. Quamvis non desint, qui pro Heraclia scribant* ἡρακλειώτην. *Dato tamẽ, nõ cõcesso,* ἡράκλειαν λίθον *dici ab Hercule, quorsũ Hercules Phœnix potius quam Græciæ intelligatur? qui de suo nomine potuit appellare lapidem à se repertum, dum in Lydia degeret apud Omphalem. Ut eos taceam qui Herculæum dici voluere ob vim ferri* DOMITRICEM, hæc hactenus. Uno verbo: *ex nomine infirma ducuntur argumenta.*

§. 23

§.23. Porro *Lemnius & Fullerus* a-
gumentum objiciunt ex *Salomon*
qui *Eccl. 1. v. 9.* inquit, *Nihil sub s*
novũ: Quicquid fuit, ipsum (est) qu
erit, & quicquid factũ est, idẽ est, qu
fiet. Et *non omne* (nil quicquam) *n*
vum sub sole. Ita ergo & pro re an
qua habet acum magneticã, quan
cum vetustate esset collapsa, den
nunc restitutam esse elargitur. S
Resp. *Multa dicuntur absolutè, q*
sunt intelligenda comparatè & κατ
ut habet Regula Logica. *Non poss*
ista Salomonis verba ἁπλῶς intelli
Alias nulla hodie individua nova
sent, quæ non prius fuerint: Nova uti
sub sole fuére *Salomonis sapienti*
Divitiæ & opes. Nova facies Ecclesiæ
Testamenti à facie ejusdem in V.
Nova partus virginei creatio J
XXXI, 22. Similiter nulla hodie
rent *nova τεχνικὰ & inventa ar*
ciosa, nulla Mathematicorum & Op
cor

corum nova opera & compendia, quod tamen ipsa experientia refutat: sed πῶς & secundū quid NIHIL SUB SOLE NOVUM scil. *in ordine specierū mundi.* Ita enim *omnes mundi species à primordio rerum condita, in natura durāverunt durantq́, ut cum mundo simul oriantur, simul occidant.* Continent enim hæc verba *causam & exornationem Argumenti hujus libri, de vanitate omniū rerū. desumptā à naturali earum corruptione, generatione, mutatione, ortu & interitu,* ut hunc referant sensum: *Res, eventꝰ & facta eadē quidem sunt* IDENTITATE SPECIFICA, sed nō IDENTITATE INDIVIDUIFICA. *Nam in dies individua aut singularia mutantur & variis corruptionibꝰ obnoxia sunt:* SPECIES RERUM ET FACTORUM MANENT. quo spectant illa *Seneca* ver. *Epist.* 24. *Dicere cuiq́ licet: Quousq́ eadē? nempe expergiscar, dormiā satiabor, esuriam, algebo, æstuabo.* *Nul-*

Nullius rei finis est, sed in orbem ne-
sunt omnia, fugiunt & sequuntur. D
em nox premit, dies noctem; Æstas
autumnū desinit, autumno hyems i
stat. Omnia transeunt, ut reverta
tur, nihil novi video, nihil novi fac

§. 24. *Secundò* NIHIL SUB SOLE N-
VUM *in genere peccatorum, & calam*
tatum humanarum. Ita *nihil novum*
quod non etiam in vetustioribus sec
lis fuerit: ubique enim peccatoru
& miseriarum vanitates homini
obviam eunt, ut hic præsentia pr
teritis, plus quam cordati volun
respondeant. Nam ut *B. Osiand*
in hunc l. commentatur: *Sicut hom*
nes instinctu diaboli ab initio post pe
catum nullum non genus sceleris exc
gitarunt: Ita etiamnum hodie veter
b9 semper inhiant sceleribo mortal

§. 25. *Tertiò:* NIHIL SUB SOLE N-
VUM in *variis vitæ, studiorum hum*
norum, ingeniorumq́ ad voluptat
ad honores, ad sapientiam &c. aspir

tium generibus, in iis enim quasi eadem mundi μόρφωσις videtur recurrere, quæ fuit primi mundi. *Terunt pueri vestigia juvenum, juvenes senum, senes avorum & tritavorũ aut virtutes aut vitia in numerato habẽt.* *Recte Horatius:*

Semper in adjunctis, ævoq; morabimur aptis: (*fertur.*
Aut igitur res in scenis, aut acta re-

§. 16. Eleganter hic ampl. Dn. *D. Martinus Gejerus in sua Coheleth.* pag. m. 21. *Generali hoc effato complectitur* RES TUM NATURALES, *quatenus idem semper cœli motus, eadẽ semper sublunarium generatio & corruptio, eadem meteororũ, terra nascentiũ &c. vicissitudo; Tum* MORALES *quatenus eadem semper & vitia & virtutes repetuntur, mutatis saltẽ individuis: Eadẽ semper hominum luxuria, ambitio, avaritia, bella &c. Eadem semper luditur fabula, mutatis saltem personis,* sicut habet illud *Horatii lib.* I. *Serm. Sat.* I.

Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Nihil dicitur, quod non sit dictum p
Ter. ait. Breviter: & *res & facta & ev*
tus semper eidem specie recurrunt,
tem *nova substituuntur individua*

§. 27. Ex quibus manifestū est, p
usu magneticæ pyxidecula apud v
res usitato ex h. l. nihil exsculpi po
Quia *ej⁹ inventio nec ad species m*
di, nec ad genera peccatorum & ca
mitatum, nec ad varia vitæ & studi
genera, sed ad *ingeniosa & artifici*
inventa est referenda, de quib⁹
Salomon nullatenus agit. Quæ
arte imprimendi, & manualiū sclo
tarū usu adfert ingeniosissimus
mnius, ea nec ipse quidē pro cer
habet, nec ista probant *artem Ty*
graphicam aut bombardicam ap
priscos valuisse. Vid. Guido Pan
rollus ICtus Ital⁹ in Nov. Reper
l. 2 Tit. XVII. & Tit. XII.

§.

§.28. *Tertium Argumentum* quod urget, eſt ex *Plauto*, qui in *Mercatore Act. V. Scen.* 2 ita loquitur:

Hæc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo VORSORIAM:
Hic favonius ſerenus eſt: iſtic Auſter imbricus:
Hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.
Recipe te ad terrã, Charine huc &c.

Quæ eſt *loquendi formula Metaphorica deſumta à nautis*, indicans *celerem profectionem*. Omnis autem vis hujus Argumenti conſiſtit in *Verſoria*, quid illa ſit, & quomodo capiatur? Nam de reliquo dicendi genere nihil dubii ſupereſt.

§.29. Sed hic iterum *vel nihil vel parum præſidii* invenit cauſa *Lemniana*. Namque, ut hic taceam, quod aliqui ſint Plautinorum commentatorum, qui per VORSORIAM iſtã nihil aliud intelligunt, quã *inſtrumen-*

mentum aliquod vexillare, *aut ali*
quodcunq;, *ex quo cognosci soleat*, *u*
de flet ventus, *quale fortè est quod*
dic vocant, *Cansjam penel*: quema
modum ex quorundā mente sc
bit *Taubmannus in Plautum pag.*
772. Qui videtur respexisse ad *S*
ckium, *Scheliis in Arriani Periplu*
& Lambinum in Plautum. Huc qu
que spectat, quod *Iohannes Bap*
sta Pius, *antiquarius iste Plautinus* h
bet *Hunc Plautinum nodum non e*
simulanter omisit Venetus Hermol
ita scribens: *In Plauto Versoria inst*
mentum videtur esse nauticum, *ex q*
soluturi cognoscebāt, *unde flarent*
ti, *& an mare admitteret*. *Cujusm*
ferè apud nos Magnetis usus in eo v
se, *quod pyxidecula vocatur*. Ex qu
bus verbis hoc elicitur, *quod ex m*
te Pii aliud instrumentum Plauti
& aliud Pyxis nautica, quæ apud n
est. Tamen hoc minus placet *Pin*

de. Nam *etsi id videtur nostro instrumento convenire, in cujus rotula aut circulo triginta dua lineæ totidem indicant ventos, tamẽ neq; is videtur potissimus hujus Magnetici instrumenti usus, neq; tunc præcipuè illud capiunt Nautæ, cum retrocursus vertendus est.*

§.30. Istud tamen pro certo dico, quod *ista Plauti Vorsoria* non sit *rotunda & versatilis nostræ aciculæ Rotula,* quâ *inspectâ naves â sinistro vento vertuntur ad secundũ,* uti sibi persuadet *Zirizæus Medicus, & Gyraldus de Navigationibus c.1. Cœlius Chalcagninus in Supellect. Nautica, & Joh. de Pineda l.IV. c.12. art. 4.* Sed *vel funis nauticus,* quo vertitur velum secundum auram, uti existimat *Adr. Turnebus l.XX. Advers. c. 4. & Joh. Philipp. Pareus Not. in Plaut. p. 468. & Henr. Salmuth ad Pancir. lib. II. tit. XI. p. 7657.* vel *gubernaculum nauticũ,* quo navis ipsa secundum ventos

vertitur, uti *Andr. Alciatus Med.*
Poëta, Orator & ICt. *Picinus* vult, ne
omnino diffitetur *Ioh. de Pineda,*

§. 31. Suam autem *Turnebus* exp
sitionem confirmat ex *Plauti Epi*
co: utcunq; in alto ventus est, Epidi
ex imo velum vertitur. Recte ex im
Sic enim ima pars veli h.e. imus an
lus intelligitur, vel funis, quo velū t
ditur. Quē funē etiā Navis pedem
cunt & quidē tā dextrū quam sinistr
Isidorus l. XIX. cap 4. Propedem nom
navit, uti quoq; Turpilius scripsit.

Quasi cum vento fert navem in m
re secundo

Si quis propedē misit in veli sinist
Catullus quoq; *duorum navis pedi*
facit mentionem:

- - - *sive utrumq; Iuppiter*

Simul secundus incidisset in pede.
Similiter ea expositio ex alio lo
Plauti parallelo stabiliri potest, q
est in *Trinummo Act. IV. sc. III.* ubi *st*
simus servus ad Charmidē inquit: *C*

versoriã: Recipe te ad herũ. Ista phrasis itidẽ metaphorica est, non propria & elliptica, ut putat *Joh. de Pineda*: *Cape versoriã scil. viã.* *Quis enim unquam versoriã viã* dixit, *pro via, quæ remetienda & repetenda est cursu?* Ejusmodi *adjectiva in orius*, utpote *petitorius, accusatorius, exercitorius, depositoriꝰ* *actionẽ* significant, adeoq; ex indole linguæ latinæ, non *passivè sed activè* sunt capienda quod observat *Laur. Valla l. 1. Eleg. c. 9* *Falx messoria non est quæ demetitur, sed quæ metit, aut qua quis metit.* Et sic juxta hanc analogiam *via versoria* esset, non *quæ repetitur cursu, sed quæ vicissim viã istã repetit.* Absurda omnia. Hic est planus Plauti sensus: *fito, παλίνδρομος*, Hans kehr um/ quod Flaccꝰ reddit, *da vela retrorsũ* & Virg. 3. Æneid. *da lintea retro.* Quo spectat & ille ex *Solino* locꝰ. *Nunc in Thraciã pergere locꝰ & ad validissimas Europæ gentes vela vertere.*

§. 32. Istam ergo vocem *Vorsoria*
reddo τροπὴν i.e. *versurã, seu reflex*
nem neutraliter sumptam: *Versura*
enim *angulorum in porticibus* dix
Vitruvius, quâ uno latere absolu
in aliud deflecti necesse est. Et
translatio est desumpta vel *à solsti*
is brumali & hyberno, utp. quæ &
psa τροπαὶ θερινὴ καὶ χειμερι
vocantur, eo quod *tunc sol retroc*
& se vertat versus alterum Tropicum
vel â *Nauticis temonibus & funibu*
quos vertunt Nautæ ad opposi
ventorum & tempestatum later
Quomodocunq; se habeat, meli
tamen est *ea Scalig. ad l. 3. Manil*
sub finem, aut *hæc Turnebi expositi*
quam illa *Lemnij* & ejus sequaci
Joh. de Pineda certè, qui ex *Versori*
hac vult facere *compaßũ Nauticum*
prorsus abludit. Nam ipsius plen
opinio est, quod *vorsoriam capere*
nihil aliud notet, *quam viam, quan*
qu

quis antea ingressus est, remeare. Quid igitur hæc phrasis, quæ nullam aliã Metaphorã, secundũ ipsum, admittit, pro *Magnetica acu* facit? Nihil certè.

§. 33. Dicacitatem *Pinedæ* miror, qui *Lemnio* succenturiaturus excipit 1. Si igitur per *versoriam* intelligitur *funis nauticus*, quia *eo velum vertatur*, *etiam remos quibus navis vertitur*, *clavus quoq; & gubernaculum*, *quo in utramvis partem intorquetur*, *esse versoria*. 2. Potius *versorius* (scil. funis) quam *vorsoria* fuisset dicendum, quemadmodũ dico *anchorarius* & *ductarius* scil *funis*, non *anchoraria* aut *ductaria*. 3. *quia fune illo non vertitur retro contrario cursu navis* sed *velũ tantum obliquatur*. Sed *prima* exceptio nos non ferit. Sive enim *funis sive clavus gubernatorius Plauti dicatur vorsoria*: perstat nostra, cadit Lemnii assertio.

Secunda peccat iu Grammaticam quia *verſoria* non Adjectivum ſe Subſtantivum eſt. τροπὴ non τροπι κή. Ergo per appoſitioné recte d citur *VORSORIA Funis i.e funis q vorſoria eſt*, das wendeTauw. *Ter* nihil probat. Nam & *obliquatione veli & verſionem navigii ad vorſur veli ſequi ſæpius* quis ignorat? Peri de ut ad gubernaculum navis m tus fieri amat.

§. 34. Cęterum, ut ad *Acicul Magneticam* redeam, quomodo vocabitur *VORSORIA*? *activo*, vero *paſſivo in ſenſu*? Si *illo*, ergò id erit *vorſoria*, *quod vertat navigi ſcil. & magnam velorum & malor molē*; quod falſum: *Si hoc*, *quod v tatur*, ergo injuria fit *voci*, *qua act nem ſemper denotat*, ut *deluſoria*, *a bulatoria*, *aleatoria*, *defēſoria*. Et p tius *verſa*, *aut mota*, quam *verſo* diceretur. Quid denique eſſet, *c*

V

versoriam i.e. *Pyxidem Magneticam*; ut tempestatem addisceret, cum eã secundus ventus, & serenus favonius ipsam tranquillitatem ostendã? Evidens igitur hic fit sensus Eutychi Plautini. *Huc propera, nõ istuc, quo tu tendis. Huc enim bonus ventus ergo cape versoriam. Illi enim nautæ nave ventis impulsâ versoriam capiunt i.e. velum atq; gubernaculum contrahunt contorquentq́;, & ita ex imbrico austro navem flectunt ad serenum favonium. Ita tu quoque Charine versoriam cape i.e. reflecte gradum & me sequere.* Quid ex his lucrabitur *Acicula nostra nautica*? aut quod suo *Josepho à Costa* requirenti aliquod idoneum ex antiquitate *hujus Aciculæ* testimonium reddet Pineda?

§.35 Sed *duo* adhuc ex *Antiquitate obstacula* nobis objiciuntur quæ hic maturè removẽda sunt, ne postea nostram ex obliquo petere & qs.

trans-

transversam invadere aciem arg
mentorum possint. *Primũ ex Phot*
est, secundum ex Aristotele. Photius
Bibliotheca scribit de *Eusebio* qu
dam, quod nactus sit mediâ noc
Betylum, sacrum lapidem, cujus ben
ficio eadem nocte decem & ducentoru
stadiorum iter confecerit. Unde conf
putãt nõnulli, alio modo id fieri neq
visse, quam per magneticã acum, q
cursum nauticum direxerit, cum it
terrestre tanti intervalli, tam exig
noctis mora absolvi nullateno potuer
At conjecturæ hæ sunt, asini umb
leviores. *Incantatorem* aut *Magu*
gentilem hunc Eusebiũ fuisse, ex ip
facto constat, qui beneficio vatic
ci istius *Betyli certis ritibus & cerem*
niis superstitiosis oraculum de oport
nitate navigandi consuluit, & de ea
doct9 ê portu solvit, & ipsa nocte adh
in desideratum locum pervenit. Qu
vero hoc ad *Acũ Magneticam*: Nu
qu

quid *Batylus statim* est *magnes?* Aut si esset, nunquid *statim libratus & affrictus ferreæ cuspidi, & impositus rotulæ circulari,* ut in omnes partes mobilis esset?

§. 36. *Aristotelem ex lib. de Lapidibus* allegant *Albertus Magnus in lib. 2. Tract. 3. cap. 6. Vincentius Bellovacensis lib. 8. Natural. Cap. 19* Et *Simon Majolus Colloq. 18. pag. 404.* quod sic loquatur: *Angulus Magnetis cujusdã est, cujus virt9 apprehendit ferrum, & ad Zoron, h. e. Septentrionem, & hoc utuntur nautæ: Angulus vero alius illi oppositus trahit ad Afon h. e. Polum meridionalem, & si approximes ferrũ versus angulũ Zoron, cõvertit se ferrũ ad Zoron, & si ad oppositum angulum approximes, convertit se directe ad Afon.* Resp. Meminit quidem *Diogenes Laërtius de vitis Philosophor. lib. 5.* alicuj9 libri, quem scripserit Aristoteles περὶ τῆς λίθου: Qui ipse tamen,

 ut

ut *articuli & sexus* differentia in-
cat, potius de *gemmis, quam de la-
dibus* egit. Et quanquam fieri p
tuerit, ut *Aristoteles* in eo libro a
qua de *Magnete* attigerit, hodie
men non superest, neq; ullus in e
operibus de *lapidibus exstat lib*
Imo ex portentosis istis nomini
Polorum Zoron & Afon, quæ nec *Gr*
nec Ebræa, nec Chaldæa, nec Arab
sunt, colligo & *librum & locũ esse s*
posititium.

§.37. Præterea reperiuntur eti
aliqui, qui cũ *Gilberto & Füllero* p
mam *Magneticæ verticitatis inven*
onē ingeniosis SINENSIBUS arroga
contenduntq; ex *China per Paul*
Marcum Venetum Anno 1260. Eur
primum esse manifestatam, utpote
eam artem in China primum didice
Sed cum fideliter peregrinatione
& itinerarium *Pauli* percurrere
nihil in eo hac de re inveni. Hu

tia

tiam ſpectat, quod *Ludovicus Vartomannus lib. 6. Navigationum cap. 27.* teſtatur, *ſe, cum circiter Annum Chriſti 1500. navigio Indico vectus ad Javam contenderet, obſervaſſe gubernatorem Indum pyxide nautica chartaq; marina variis lineis ventorum indicib9 diſtincta noſtro more utentem.* Aſt iſta tempeſtate *Europæi noſtri* jam tum in India agebant, nauticâ pyxide utentes. Hinc *Kircherus teſtatur, ſe ſingulari diligentia exquiſiviſſe ex iis, qui in China fuerunt, quiq; annales Chinenſium optime norunt, ſed nihil certi de rei veritate cognoviſſe.*

§. 38. Atque ita hactenus evicimus *artem acicula Magneticæ directricem* recentiorem prorſus eſſe, quam ut priſca *Romanorum, Germanorum, Græcorum aut Phœnicum tempora* attigerit: In qua quoque ſententia ſunt

Joſe-

Josephus à Costa lib.1.de Natura No
Orb.Cap.XVI.& XVII. Joh. Marian
de Rebus Hispan.c.22.f.91. Petrus B
lon l.2 Sing. Observ.c.XVI. Malve
da l.III.de Antichr c.24.Gomara T
H Indic.c.X. Adr.Turneb.l. XX.A
vers c.20.Guido Pancirollus in Nov.R
pertis l.2.tit.XI. Philander Comm.
Vitruvium l.X c.14. Lilius Gyraldu
de Navig.c.1. Bozius de Sign. Eccles
XX.Jacobus Pomerus, Patritius No
bergensis in IV.Oratione de Antiq
tate, Casp.Varreri⁹ de Ophyrâ, Ath
Kircher⁹ de Arte Magnetica l.1.p.1.c
Sam.Bochartius part.2. Geogr. Sacr
Chanaan l. .c.38.

§ 39. Sed ut tandem ad SALOM-NEM nostrum deveniamus, in fartasſis tanquam *Physico & Mat-matico post Adamum omnium expe-entissimo*, non tantum aliqua rude *sed ipsissima experimenta Magneti hujus artis* reperire est. Hujus rei p

tr

trociniū suscipiunt *Abulensis, Lyra, Johannes de Pineda lib. 3. Salom. Præv. cap. 22. sect. 9. num. 11. Et lib. IV. cap. XV. Num. IV. Nicol. Fullerus lib. IV. Miscellaneorum Sacrorum Cap. XIX.*

§. 40. Sed salva priori ista nostra assertione, quod *inventū Magneticæ acus* recens sit. hęc stare non potest. Ideoq; nos quoq; in *Negativam secedimus* sententiam, quod istud *pyxidis nauticæ beneficium* Salomonis tempore nondum fuerit cognitū.

§ 41. Namq; *si nautæ Salomonis isto compasso instructi fuissent, cur triennium uni orientali navigationi insumsissent, quæ hodie, acus beneficio infra anni spacium potest absolvi? si medium mare plenis velis sulcare potuissent & non littora legissent, nullatenus trium annorum decursus* requisitus fuisset.

§. 42. *Deinde* si *Salomoniæa navigia isto magnetico ductore fuissent recta,* quis *Tyrios & Sidonios ej9 usu, aut saltem*

tem cognitione privare potuisset ca
domũ essent reversi, ut non eodem qu
instrumento in mediterraneo Mari
terentur? Aut quis omnem ejus cog
tionem ex Israelitarum & præprim
Hierosolimitanorum recordatione
radere potuisset? utpote ad quos quo
bet anno tribus vicibus tantus Judæo
& Proselitarum ex omni regione & n
tione erat confluxus, ut nihil supr
Nunquid saltem Salomon hunc Th
saurum sibi reservasset & nulli vel A
licorũ, vel nautarũ, & ne quidem fi
suo enarravisset? O insigniter in
dum sapientem! Aut nunquid
nes Salomonis servos tantum natu
mysterium reconditum mansisset?
miram hominum istius seculi co
tinentiam & tacendi studium! A
nunquid Salomon ejus usum suis ci
bus invidisset, & ad solos indos (
quib9, per Pinedam, ad nos fuit d

riv

rivatus) *relegavißet?* O stultum Regem! aut *numquid illi prius etiam quam Salomon tenuerunt?* O miram omnium rerum anticipationem! Ponderet hæc, qui ita promiscue fidem scriptoribus adhibet, ut nostro seculo, nostris ingeniis nihil amplius permittat. Me ab illorum partibus non stare, ingenue fateor.

§. 43. Sed audiemus, quibus nitatur Pinedæ conjectura, rationes. *Primam* facit hanc: *Nemo debet ambigere, magnetis naturam & virtutem, qua polum respicere natus est, perspectam fuisse Salomoni non minus, quam aliorum lapidum, herbarum, arborum, rerumq; minutissimarum naturæ constantium. Nam cum vulgatissimam aliam ferri attractricem virtutem, quæ est in magnete, & quæ aliis* *Phi-*

Philosophis explorata fuit, oportet e-
ploratissimam fuisse Salomoni ex i-
amplissima & perfectissima rerum e-
minutissimarum sapientia sibi divi-
tus communicata: quorsum illi Deus m-
terii tantum partis scientiam inder-
alterius denegaret? Argumentum e-
tale: *Cujus Sapientia tanta fuit, ut*
tiam minutissimarum rerum natura-
& virtutes habuerit exploratissim-
illi etiã nota fuit vis magnetis conve-
siva ad polum. Sed Salomonis Sapient-
tanta fuit. Ergò.

§. 44. Sed ℞. 1. Eadem probabil-
tas est de *sapiẽtia Adami*, quam *Gr-*
gorius de Valent. Perer. Pined. Ga-
Sanct. Salomonis Sapientiæ præferun-
cur non igitur *ab ejus congenita re-*
naturalium scientia hujus mysterii -
riginem arcescunt? Aut cur *Deus -*
Arca Noacho non manifestavit qu-
ea admodum opus habebat?

2. *Negatur Major.* Nulla enim con-
necten-

nectendi vis est: *Salomon novit eminentissimas res. Ergo etiam hanc magnetis virtutem scivit.* *A particulari ad particulare ineptè concluditur.* Major indefinita est. Ergo *vel universali æquipollet vel particulari. Si universali*: probanda *est Minor*, quod Salomon *omnes res, omnium rerum virtutes perspexerit. Si Particulari*; vitiosa est *in Majori Collectio.*

3. *Negatur etiã Minor*, quod Salomon quarumcunq; rerũ notitiam habuerit. Non enim αὔξησις ista Sapientiæ Salomonææ extendenda est *tam ad præteritarum, quam ad præsentium & futurarum rerum cognitionẽ.* Ecquid enim? *Nunquid Salomon omnia novit etiam futura?* Aut saltem *ea etiam perspecta habuit omnia, quæ nostris demum seculis reperta sunt, aut venturis demum temporibꝰ* (si qua futura sint) *cognoscentur?* Nunquid *adiꝰ Nova Zembla, Islandia, Groënlandia?*

diæ? Nunquid totus circumnavig
lis Oceanus? Nunquid omnes plant
arbores atq; animalia, quas & quæ
merica, Florida, Chica & extima
ponia gignit. quæ nunquam in *terr*
Judaicam venerunt, de quibus n
fando audivit, nihil legit, nihil ali
de rescivit, ei fuere explorata? N
puto. Neq; enim *ex homine sapie*
omniscium facere, aut ex perfecto P
sico & Mathematico Deum cudere
hemo. Major ejus fuit sapientia qu
omnium hominum, omnium regum
temporis, addo etiam *ante sua T*
pora: Ergone etiam *res nondum*
homine ullo sui orbis cognitas, de qu
ne quidem constabat, an existerent
mundo, cognovit? Cognitas habuit
res & naturas omnium rerum natu
lium, sed illarum quæ tum vel cogn
erant, vel quas divina sapientia
mano generi cognoscendas, aut hom
curiositas oculis & manibus Regis
ju

judicandas tum dederat. Nam certè *res, vires rerum, & beneficia, quæ Deus secuturis seculis reservavit, quod ea omnia & singula minima maxima Salomon quoque calluerit, ego quidem non persuadeor.* Nonne Deus alia aliis reservavit temporibus, aliis inventoribus?

§. 45. *S. Ambrosius commentario in Cap. 30. Prov.* locum *Sapient. 7. v. 17.* illustrans, admodum amplificavit *Salomonis Sapientiam,* restrinxit tamen ad *res factas & cognitas, neq; ad res secuturis temporibus adinveniendas extendere ausus est.* Tam locuples sapientiæ professor *Salomon,* inquit, *cum omnia cognovisset quæ in arcanis abditarum dispositionum tenebantur, absconsa noverat, mundanæ dispositionis introitum, qualiter esset hoc cœlum, omne quod cernimus ardua sublimitate suspensum:*

Quem-

Quemadmodum fieret aeris istius c- cumjectus & fusus a quo moderam- libratus in medio, quibus modis p- ad invia dilapso pondere terra su- steret, qua ratione intra certas litt- metas liquidi Elementi impatiens - ctus lapsus exaestuet, quod principi- rerum, quis finis, & quae sint media. Q- iterum divisiones & mutationes t- porum non latebant, qui comprehen- rat, qualiter sibi annorum mutua - cissitudo redeunte orbe succederet, - causa varios stellarum ageret cur- praecedendo se nonnunquam aut sub- subsequendo, unde earũ esset ort- obitus, & alia multa, quae sapientia - cente cognoverat.

§.46. Sed videntur probatio- *Minoris* conducere duo loca, qu- rum unus ex 1. *Reg. IV. v.30.* alter - *Sap. VII. v.20.* petiti sunt. In *pri-* dicitur, quod Salomon fuerit *sa-* *entior cunctis hominibus:* sed acco- moda-

modam responsionem pro nobis scripsit Exc. Dn. *D. Michael VValtherus in Harm. Bibl. pag. 397. Verba*, inquit, *scripturæ, de cunctis hominibus sapientia Salomonis superatis, non sunt intelligenda absolutè, alias nec Christus filius hominis deberet excipi, nec Moses, nec Paulus: Sed* LIMITATE *partim respectu omnium orientalium & Ægyptiorum sapientiæ laude conspicuorum uti & illorum, qui v. 31. suis exprimuntur nominibus: partim respectu antecessorum & successorum in statu regio. Quemadmodum verba ejus videmus adducta Eccl. 1. v. 16.* quod dixerit: *Ecce magnus sum effectus, & præcessi sapientia* (si non Theologica saltem Philosophica, *omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem. Quo ipso sapientiam suam vehementer adstringit, & reipsa ostendit, sæpe in scriptura sacra propositiones universales cum aliqua exceptione esse accipiendas.*

§. 47.

§. 47. Quibus ista sunt ex *San*
addenda, quod 1. *Reg. IV. v. 30 Or*
tales nominat populos, & in illis q
quid est in terrarum orbe homin
pientum, est acsi quis dicat Atheni
Philosophorum omnium esse sapien
mum: Quicquid enim est in terris
losophiæ, id Athenis esse putabatur
vero statim additur. *Sapientio*
than, Ezraita & Heman & Cha
& Darda perinde est, ac si quis d
ret, *sapientiorem esse Platone, Soc*
Aristotele. Hic enim diceret, *in*
entia cũ illo neminem debere conf
quando isti censentur *Philosopho*
omnium facile principes. Hi enim
lomonis tempore obtinuerant prin
sapientiæ laudẽ. In Orientalibus C
dei intelliguntur & Syri, qui de
arcana multa cognovisse narran
Quales vero fuerint Ægyptiorum
re Astronomica atq; Geometrica d
plina nemo nescit ex Iustino Ma

Q

Quæst. 25. ad Orthod. Clem. Alexand. lib. 1. stromat. in fin. Philone de Vita Mosis lib. 1. Augustino de C. D. lib. 8. cap. 40. Confer *Pererium in Exod: 1. quæst. 7.*

§. *48. Sapientiæ VII.* ita scriptum est: *naturas animalium & iras bestiarũ & differentias virgultorum, & virtutes radicum,* ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ ἔγνων, ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με σοφία. *Et quæcunque* (sub quibus verbis potissimum magneticę quoque cognitio residere putatur) *sunt absconsa & manifesta, didici: omniũ enim artifex docuit me sapientia.* Id quod etiam *Pineda* urget *lib. 3. Cap. 22. Num. 9.* Argumentum est tale.

Q. didicit omnia quæ sunt occulta, is etiam virtutẽ Magneticã didicit.
Atque Salomon didicit omnia. Ergo.

§. *49.* ℞. *Negatur conseq. in Maj.* Nam 1. *ex mente Pinedæ, virtus Magnetica non erat aliquod* κρυπτὸν, *sed ab aliis etiam Philosophis cognitum.*

2. *Iste*

illorum uno cognito, cognoscitur & alterum. Atqui in magnete vires attractiva & conversiva erant connexæ. Ergo etiam una earum cognita à Salomone, cognita etiam est altera.

Sed R. *Negatur Major.* Non sequitur: *Hæc sunt in lapide, herba, frutice conjuncta. Ergo etiam conjunctim cognoscuntur, ut cognito uno, alterum etiam sciatur.* Num, qui primus observavit *Smaragdū reficere oculos, statim etiam cognovit, quod venena pellat?* quod *partū promoveat, si coxæ prægnātis alligetur? Impediat, si ventri imponatur:* Num *qui manna habuerunt veteres Virgili9, Galenus, Plini9, ejus etiā vim purgatricem & medicinalē una cognoverunt? Averroes certè eā incognitā fuisse ante se aperte scribit.* Nū *Rhabarbari vis purgatrix statim cognita est, cognito rhabarbaro? aut lolii vis καρκωτικὴ cognito? aut opii vis ὑπνωτικὴ cognito lolio?* non arbitror id di-

V ctūrū esse Pino-

Pinedam, *nonne dies diem, & hora horam docet? plures supersunt in Rebus naturalibus qualitates Sympathicæ & antipathicæ, quæ nondũ sunt cognitæ. Sola Chymia hoc docere potest, cujus beneficio laboratores unius herbæ lapidisq́ue unã virtutẽ post aliã inquirunt.*

§. 11. Huc spectat quod *Athanasius Kircherus de Magnete l. 1. parte 1. c. 5.* prolixe ostendit, *Magnetẽ, ejusq́ue vim ferri attractivã nullo non tempore fuisse cognitam: Veruntamen,* inquit, *utrũ ejus verticitas atq́ue dispositiva vis ad axem mundi ceteraq́ue ejus virtutes noviter adinventæ primis iis seculis, ut Ebræis, Ægyptiis, Græcis,* (adde etiã Salomoni) *fuerint cognitæ, merito quẽpiam dubitare posse.* Addit post multa: *Plinius etsi de magnete varia sit commentatus, tamen ne verbo maximã & nobilissimã illius vim, qua illisa ferro, illud versus boreã spectare facit, attigit.* Hinc non sequitur, cognita una lapidis virtute, altera etiam

statim est manifesta

§.55. Disputabo saltem ex *Hypothesi Fülleriana* quâ statuitur, *magnetis vim ἡγεμονικὴν primitus Tyriis notam fuisse, sed postmodum occultatam esse, & funditus intercidisse, donec ægrè tandē longissimo seculorum plurimorū intervallo in extrema hac mundi senecta, summe suspicienda & prædicanda Dei bonitate quasi ab inferis excitata revixit*. Hic id saltem quæro: *Annon longo isto tempore, quo vis Magnetis ἡγεμονικὴ seu gubernatrix intercidit, altera ejus vis ἑλκτικὴ seu attractiva ferri, fuerit notissima?* non puto id vel *Füllerum* vel *Pinedā* infitiaturū, cū omnes libri pleni sint, plenę sapientū voces, plena Exemplorū vetustas isti' rei. *Cur igitur altera ista vis directiva, quæ æq; in Magnete hærebat ac altera attractiva*, cur, *inquā, ista non æq; nota fuit? cur illa funditus intercidit? cur attractivâ cognita, directiva etiā cognita non est.*

V 2 §.53.

§.53. *Tertia Pineda conjectura* ita habet. Non *longe à mari Arabico ad Insulas Calechut est magna magnetis copia, ut scribit Aloysius Cadamustus in sua navigatione c. 55. adeò ut multæ ibi naves absq; ferro fiant, quod vim Magnetis paveant: atq; etiam nunc inveniantur in Arabia boni & probati Magnetes rufficoloris, dum præterea in Insulis Maris Erythræi & nominatim apud illos Arabes Troglodytas Ægyptiis & Iudæis conterminos, ut EVAX Rex Arabum testatur:*

Magnetes Lapis est inventus apud Trogloditas
Quē lapidum genetrix nihilominus India nutrit

Ex quib9 etiam *Magnetes allati sunt ad Salomonem.* R. *Allatos esse* concedamus; hinc tamen *nondum sequitur quod omnes Magnetis virtutes fuerint cognitæ.*

§. 54. Quarta Conjectura est, quia vi-

videtur ad *divinam Providentiã pertinuisse, ne ea Magnetis virtus respiciendi polum esset diu mortalibus occulta, quippe quæ data fuisset propter mortalium usum atq; navigandi commoditatem, quæ jam inde à primis seculis & à prima orbis terrarum inhabitatione frequentata fuit, quia nulla videtur esse regio, in qua non reperiatur & nascatur is lapis.* Argumentũ est tale.

Quod hominibus navigaturis erat necessarium, divina providentia non sivit diu esse occultum.

Atqui magnes in Usu nautico hominibus erat necessarius E.

§.56. *R.* 1. Eadem argumentatio posset pro *Europais & Germanis* adhiberi, quib9 in navigationib9 ille etiã necessari9 erat, & tamen divina providentia hunc magnetis usum tã diu *Europais* sivit esse occultum, donec divina moderante gratia ante trecentos annos primum in Italia inveniretur. 2, Re-

2 Reliqua in argum: probant sa-
tem, quod *Magnes effodiatur*, no
quod olim Salomoni hæc δύναμ
ϛρεπτικὴ fuerit perspecta.

§.57. Tandem ut hanc nostra
de *pyxide magnetica* disputatione
concludamus, ita statuimus, cu
Salomonis nautæ exirent in Ophir
rientalem, tunc nõdum instrumentu
hoc nauticum adhibere potuerunt,
pore quod nondum inventum erat, n
vel à Salom: vel ab aliquo alio unq
demonstratum. Interea littora leg
runt, & ex vicinis ripis in alias or
expansis velis transfretarunt, observa
sideribus, emissis certis avibus;
quarum volatu littora cognoverun
more tunc temporis apud omnes ta
Erythræi quam Mediterranei Ma
incolas recepto.

Ca

CAPUT VI.

De OPHIR.

NUnc ipſam Acropolin Navigationis Salomonææ ingredimur, in qua & cardo rei conſiſtit, & â qua omnia alia pendent, æſtimanturque. Hâc rectè vel male cõſtituta, cœtera quoque vel benè vel male ſe habere neceſſum eſt. Terminum â quo, Et Portum ex quo conſideravimus. Conſiderandus nunc quoq; eſt Terminus ad quem, qui eſt OPHIR. Ophir inquam, de qua tantopere certant Principes Viri inter Eruditos. Eſto autem & hic

SECTIO I.

DE NOMINE.

Summaria.

§. 1. *Etym. Ophir regionis nomen ab Ophiro, uti terra Chavilah â Chavilah*

2 Reliqua in argum: probant saltem, quod *Magnes effodiatur*, non quod olim Salomoni hæc δύναμις στρεπτικὴ fuerit perspecta.

§. 57. Tandem ut hanc nostram de *pyxide magnetica* disputationem concludamus, ita statuimus, cum *Salomonis nautæ exirent in Ophir Orientalem, tunc nõdum instrumentum hoc nauticum adhibere potuerunt, nempe quod nondum inventum erat, neq; vel à Salom: vel ab aliquo alio unquã demonstratum. Interea littora legerunt, & ex vicinis ripis in alias oras expansis velis transfretarunt, observatis sideribus, emissis certis avibus; ex quarum volatu littora cognoverunt, more tunc temporis apud omnes tam Erythræi quam Mediterranei Maris incolas recepto.*

Cap.

CAPUT VI.

De OPHIR.

NUnc ipsam Acropolin Navigationis Salomonææ ingredimur, in qua & cardo rei consistit, & â qua omnia alia pendent, æstimanturque. Hâc rectè vel male cōstituta, cœtera quoque vel benè vel male se habere necessum est. Terminum â quo, Et Portum ex quo consideravimus. Considerandus nunc quoq; est Terminus ad quem, qui est OPHIR. Ophir inquam, de qua tantopere certant Principes Viri inter Eruditos. Esto autem & hic

SECTIO I.
DE NOMINE.

Summaria.

§. 1. *Etym. Ophir regionis nomen ab Ophiro, uti terra Chavilah â Chavilah*

lah dicta est.

§. 2. Discrimen inter Opher & Ophir.

§. 3 Homon. Ophir non incolæ, sed regio-
nis nomen est: Nō auri, sed loci nomē

§ 4. Synon Συβιρ Σώφειρα, non Thar-
sis; non Tartessis Bœtica.

§. 5. Ophir non est orbis Atlanticus.

§. 6. Conjugata. obryzum seu obryza-
rum aurum. Obryzi incunabula du-
bia sunt. Goropii Teutonica, obrysum
quasi oberreisum.

§. 7. Latina. Græca. Solidi obryzati.
Obryza & balluca. obrussa. aurum
obrusum. ad obrussam exigere.

§. 8. Argentum pustulatum, pusillatum
postulatum, pusulatum.

§ 9. Suetonii locus illustratus. aurum
ad obrusam nummus asper.

§. 10. פרוים non est Ophir, ut no-
tet duas Peruanas. vera notio ꝙ Pe-
ru, vel Biru.

§. 11. Parvaim nō est Parbatia Pliniana

§. 12. Parvaim videtur esse Chavilah.

§. 1

§.13. *notatur Becanus cũ suo* pher/weer/heim/ & pher-hu-heim.
§.14. *Parvajm est Assyr. ditionis locus.*
§.15. *Aurum de Ophaz vel Muphas.*

§.1.

O*Phir* significat cinerem seu incineratione, aut rectiꝰ ciner eam, ac pulverulentam terram, ein Aschen-Land: ex Rad Ebræa אפר cinis. In Sacris literis Ebraicè scribitur אוֹפִיר Estq; nomen regionis & terræ, sic dictum ab אופיר filio Iectanis, nepote Eberi ex Gen. X, 29. utpote qui cum fratre suo Hevila hanc terram occupavit, ibidemq; facta linguarũ confusione, & varia populorum migratione, sedem posuit. Ut igitur India (ea scil. quæ intra Gangem) etiam dicta est Hevilah ab altero isto JECTANIS filio Hevilah: ita ab Ophiro quoque altera Indiæ pars (quæ est *extra Gangem*) nomen est sortita, & dicta est

OPHIR. Ita enim tunc moris erat, ut quas quis terras primus occupasset, eas pro se, suisque posteris possideret, atque iis nomina daret; Id quod totidem verbis nobis inculcat *Hieron.* de Loc. Ebr. Fuit unus de posteris Heber, nomine Ophir, ex cujus stirpe venientes, à fluvio Cophene usq; ad regionem Indiæ, quæ vocatur Serie, habitasse, refert Josephus.

§. 2. Non itaque legendum est *Opher* pro Ophir, quemadmodū suo sibi usitato modo facit & contendit Joh. Gorop. Becan⁹ l. VI. Hisp. p. m. 112. qui *Opher*, *sive Over*, *sive* Meer flectit atque reflectit. Aliud enim oppidū fuit *Opher* seu *OFER*, quod etiam *GETEPHER* seu *Gath-Chepher* item *Gethaceper* dictum fuit, patria scil. Prophetæ Jonæ, in tribu Sebulon, ut est Jos. XIX, 13. & 2 Reg. XIV, 26. & vicissim alia *Regio Ophir* est Indica

dica scilicet & Orientalis mundi plaga.

§. 3. *De Ophir* autem certum est quod istud vocabulum hic non tã de *Incola regionis* Ophir; quã de ipsa *regione Ophir* usurpemꝰ, utpote cujus sitũ, naturã & ubertatẽ hic perpendimus. Præterea istud quoq; in antecessum notandũ est, quod OPHIR hîc ut *proprium, non ut appellativũ* velimus consideratã *ut propriũ*; inquam, ut sit nomen terræ; non *ut appellativũ*, ut sit nomẽ auri: Neque enim possumus h.l. aut dissimulare aut præterire hanc quæstionẽ. *An Ophir etiam aurum significet: Seu an sit nomen auri?* Invenimꝰ enim S. Hieronymũ Ep 104. ita scripsisse, *Ophir esse genus auri, vel â loco Indiæ, vel â colore nomine indito.* Idem repetit *Ep.* 140. *ad Principiam.* Attamen si curatius vim vocis consideramus, nobis non videtur, eam significationem

habere. *Locū notare* in quo aurū effoditur, aut reperitur, advertimus: ast ipsam auri naturā exprimere, nō invenim9. Indubitata res est, quandò simul *Ophir* cū alio nomine conjungitur ut *aurū de Ophir* 1. Reg. X. 11, 2. Paral. IX, 10. Job XXVIII, 16. In iis quoq; locis, ubi potissimū aurū significare debebat, semper *in regimine* quod vocant Doctores & Grāmatici Ebræi) ponitur, utpote Es. XIII, 12. מִכֶּתֶם אוֹפִיר *præ auro Ophir.* Certū enim est quod כֶּתֶם per se significet insigne aurum, seu nobilē auri massam: Ideoq; conjungitur cū Ophir, ut significetur præstātissimū aurū ex Ophir. Hinc quoq; Job. XXI, 24. nominantur *torrentes Ophir*, quod Vulg. reddit *aureos fontes seu torrentes*, non ideò, quia Ophir aurum significat, sed *quia in Ophira regione sunt fluvii, qui aurū secum vehunt, quiq; ideo possent aurei*

rivi

rivi seu torrentes appellari, per metonymiam scil, Subjecti. Abundantia igitur auri tota phrasi innuitur & metaphoricè magna felicitas. Ita Ophir explicant R. Salomo & Aben Ezra, uti & R. Levi, Ben Gerson, qui phrasin integrā sic explicat: *vult dicere, veluti producit petra fluvios abundanter, sic Jehova benedictus abundanter tibi dabit aurū Ophir*, apud Salom. Glass. Rhet. Sacr. t. 1. c. 3. p. 39.

§. 4. *Ophir*, alias etiam appellatur *Sophir* apud Josephum Σȣβὶρ item Σώφειρα secundum LXX. Interpr. qui סופיר legisse creduntur. Præterea *Ophir* & *Tharsis* æquipollentia nomina esse plures statuunt, ideoq; quod *de Ophir* dicitur, illi etiam *de Tharsis* dicunt, & vicissim *cū Tharsis meminerunt*, *Ophir* omittunt, procul dubio ea de causa, quia utrūq; pro uno & eodem reputant, *Joseph. à Costa l. 1. c. 14. de Natura orbis Novi.*

Pro-

Procop.in l. 3. Reg. Villalpand. T. 2. in Ezech. Thom. Malvenda l. III. c. 19. de Antichristo, Bozio l. XX. de Sign. Eccl. c. 7. Theodor. l. 3. Reg. 4. 31. At profecto his calculum nostrum dare nõ possum9: Ophir enim est *nomen regionis.* Tharschisch est nomẽ *maris:* *Ophir est Terminus navigationis Salomoneæ,* Tharsisch verò est mare, in quo naves ibant. Multo min9 istud verum est, quod *Tharschisch sit Tartessis Hispanica,* ut Athanas. *Synaita. l. X.* Hexaëm. *Franc. Forerius* ad Es. 23. *Bozius l. XV.* de sign. Eccl. c. 18. *Ribera* in Ion. 1. *Sotomajor in Cant. V. Joh. Gor. Becanus* l. 5. & 7. Hispan. *Pineda* l. 4. de Reb. Salom. c. 14. p. 244. volunt, quod in eã vel propria aliqua Classis Salomonis ex Ioppe in mari mediterraneo solverit, vel quod eadem, quæ in *Ophir, etiam in Bæticã Hispaniam* tetenderit. Utrumq; enim à nobis rejicitur.

§. 5.

§.5. Nova prorsus & plane insolens est Goropii nomenclatura, quando *Ophir* etiã ORBEM ATLANTICVM vocat. *Quia*, inquit; hic *Oceani Occidui trajectus maximus fuit, optimo jure Atlanticus orbis Opher dictus est* in Hisp. *l. VII.* p.m.112. Nã *mare Atlanticum propriè est pars* maris Africani in Mediterraneo à Muluchâ fluvio, Mauros à Numidis separante, incipiens, & ad occiduũ vergens, Abylã montẽ alluit, & ab Ampelusio, promontorio terminatur. *Latius* si acceperis partẽ *maris Del Nord*, imprimis Maris Æthyopici ita quoq; nominare licebit propter Insulas Atlanticas ex adversu Africæ hærentes. Tandẽ quoq; demus si *Latissimè* capias *totũ Oceanũ Occidentalẽ*, ab Africa & Portugallia, usq, ad novum orbẽ Americanũ, vocari *Mare Atlanticũ*. Ipsa tamẽ terra Ophir, ORBIS ATLANTICUS dici nullo modo potest: quia tantũ ab *Ophir distat Orbis Atlãticus*, quan-

tũ Asia ab America & una pars terr ab altera; i.e. per aliquot centũ milliaria. Quod addit *Gorop.* *Platonẽ in Tymaeo* jamtũ vocasse *Atlant. Pelagũ*, illud tantũ abest ut credã, ut potius arbitrer, Platonis *Oceanũ Atlanticũ* alium nõ esse quã *pelagũ circa* Africæ occidentalia littora. Quid enim *Plato novit de Ophir?* Quid *de novo Orbe Americano*, qui aliquot millenariis annorũ postdemũ inventus est?

§. 6. Sunt qui ab *Ophir* diducunt *Obryzũ & Obryzatũ* aurũ, ut sit idem quod *Ophiriticũ* dicaturq; quasi *Ophirosum*, secundum Hier. in Ierem. & Ep. *104*. ad Principiã. Perer. in Gen. l. XV. D. XI. p.m. 415. Isidor l. XVI. Etym. c. *17*. *7*. Avenar. in Dict. Ebr p. 28 Lamb. Dan. p. 2. Phys. c. *46*. Först. Mercer. Mar. Del-Rio, Capell. Villalp. Malv. Beroald. in Svet. Matt. Hostũ l. V. veter. rei Numar. p. 704. aliosq; quod aliquoties Vulgatus Inter-

terpres retinuit, & ubi præstantissimũ aurũ nominare & exprimere volebat, *Obryzũ* reddidit Es.13,12. Iob. 28,15. Cap.31,24. Dan.10,5. 2.Par.3,5. Cæterũ nõ adeo congrua hæc literarũ cognitio est. Nã *Obrizũ*, vel *Obrissũ an ex græco, an verò ex latino Themate veniat*, - - - adhuc sub judice lis est. Erasm⁹ certe in Annot. in Ep. 13. Senecæ, *ambigi* scribit, *cuj9 lingvæ vox sit obrissũ*. Joh. Gorop. Becanus, cuj⁹ hic iterũ adducẽda est novitas l. VII. Hisp. p. m. 113. Obryzũ ex Teutonica aut Cymbrica Dialecto, more suo, derivat, quasi sit aurum *Oberreisum* Ober-reise Goldt / quia ex profectione in altũ nauticã, quę comuniter dicitur eine Oberreise / afferebatur in Hispaniã & Tartessum. Opher / inquit Ower / & Ober / *sine discrimine pro eodẽ in variis dialectis usurpãtur, unde* Oberreiß *ad verbũ significat iter quo trajicitur, quo per excellentiã* *figu-*

figurā profectio in orbē Atlāticū denot... tur. Hincq́ inter mercatores Tartessiac... & alios ejusdē navigationis peritos aur... Oberreisum dicebatur, quod illo itiner... esset allatū & inde mox συγκοπικῶς Obre... sum in vulgus trāsiit pro auro purissim... quale videlicet Atlātic9 dabat traject... Quamobrē aurū Opher, aurū Perueim... aurū Obreisū pro eodē dicuntur, pro au... ro nimirū puro puto, cui nihil est alter... metalli admistū. Ast bone Deus, qu... hęc est notatio Nominis? Quare no... poti9 obryzū diceretur quasi ober r... tzendt/ ex Idiomate inf. Sax. ritzen/ pr... reitzen/ quia allicit & stimulat homi... nes ad se quęrendū? Sed profectò Be... canū hic potius lusū ingenii exercu... isse, quā veritatis avido lectori satis... facere voluisse arbitror, saltē ut ostē... deret quod nihil singul. opin. intact... relinquere soleat hominū curiositas...

§. 7. *Isidor. l. 19.* Etymol c. 17. ab *obra... diando* deducit, quod cū *obrasū* fueri...

aurum

aurũ ſplédidi⁹ fiat, & obradiet clari⁹. Alii à Lat. *Obruſo* derivãt, ideo, quod ej⁹ color ruf⁹, fulv⁹ ſeu rutul⁹ appareat. *Hermolaus quidam ex Phocione in Plin. l. 33. c. 3. & Corn. à Lap. Comm. in Jer. X. p. m. 69.* originẽ græcã allegant, ut ὄβρυζον dicatur ἄβρυζον (quod vocabulũ quale ſit, nullibi invenio, ideoq; Hermolai peritię eſt remittẽdũ) h. e. *ſincerũ, delicatũ, quod ſæpe igne cãdefactũ & exuſtũ eſt, donec nihil alterius metalli admixtũ habeat, & purgatiſſimũ ſit, ἄπεφθον χρυσίον* quod experimẽto ignis rubet igneo colore, ut loquitur Plin. l. 33. c. 3. In quo ſenſu etiam apud JCtos allegantur *ſolidi obryzati* qui auro expurgato & excocto cõflãtur. L. ult. c. de vet. Numiſm. poteſt. *Hic noſter Conſ. Dn. D. Caſp.* Zigler *in Cal. Jan. legend⁹ eſt.* Et apud eosdẽ *obryza* diſtingvitur à *ballusca* L. 2. de Metallar. quarũ ea notat, excoctũ aurũ, quod minoris Põderis eſt, hęc vero eſt quę modo ex aurifodinis extrahitur

Sunt qui *Obryzũ ab Obrisa vel obrussa* denominant, quę significat *examen probationẽ ac excoctionẽ auri*. Quare *aurũ Obryzũ seu obrussatum seu obrussum* erit aurũ expurgatũ, quod nulla amplius exploratione opus habet. Unde Politianus ad Beroaldũ l. *VI.* Ep. ad obrussã exigere dixit. i.e. ad examẽ & expurgationẽ: Et quod Seneca l, *IV*. Nat. c. 5. dixit, si omnia argumenta ad lancẽ cœperimus exigere. &c. id *Joh.* Opsopæus legendũ esse vult, argumẽta *ad Obrussã exigere*. Et Andr. Schottus ex *J. Lipsii & Joh. Fred. Gronovii* emendationibus in edit. Elzeviriana Anno 1649. Lugd. Batav. etiam ad *obrussam* legit.

§. 8. Ejusdẽ census esse videtur *Aurum ad obrusam*, quod *Nero Claudius* Imperator ingenti fastidio & acerbitate exegit à Romanis, cũ expeditionẽ in Gallias susciperet; *Nummũ asperũ, argentũ Postulatũ, aurũ ab obrusam* nominat C. *Suetonius* Tranq.

in Neron. c. 44. Pro quo alii Codd. & imprimis Memmianus, legunt *argentum pustulatum, à pustulis* scil. quæ in argento cœlato in aspredinē quandā excisæ visuntur, sicut pustulæ in corpore, ἀργύριον φλυκταινῶδες, quemadmodū *Martialis in Sextum*, cū ab eo ad convivīū invitatus non esset, jocatur l. *VII*. Epigr. 86.

Sed causam scio, nulla venit à me
Hispani Tibi libra pustulati:

Hinc apud eundē alibi *pustula*, dicitur ipsa puri argenti massa. *Carolus Molin.* Gall. & Germ. ICtus celeberr. tract. de mutat. monet. qu. C. n. 76. cōtendit, legēdū esse *pusillatū*, quod est Adjectivum ex diminuto pusillo) i. e. in *pusillas partes divisum*, quam & lectionē constantē & antiquissimā, & ad Nebrissensem usque in Lex. & Budæū de Asse inconcussā & omnino retinendā cēset, ostēditq; quando fornace purgatum, & jā cineraceum

ceum est, & in aquā ab igne deject
& in plures particulas & temerari
figuras formatū est, quomodo tu
ab aurificibus soleat comodissim
tractari. Interea *Alciatus* legit *post*
latum. Jac. Cujacius l. VII. Obser
CXXXIX. *pusulatū*, quod soleat a
gentū merū in coquendo in *pusul*
seu postulas assurgere, quia inqu
postula & pustula idem est, & Pusu
quoque dicitur: ut Tibullus

Læderet aut teneras pustula rup
manus.

Et apud Pliniū l. XXI. c. 25. *quatu*
locis, quibus scriptū est postula vel cr
stula veteres libri habent pusulas. Pr
ma tamē lectio melior est & probat
quoq; Turnebo l. *XXIV*. c. 28. & Isa
co Casaub. Comm. in Svet. p.m. *50*

§ 9. Similiter pro *auro ad Obru*
in Viterbiens. Corrupte aurū ade
obrosū, in Petr. Pithæi & Hier. Gr
stotii Lislæi Codd. *aurū obrysū* scr
ptū extat. Clarius tamē sonat *aur*

ad obrusá. Nihil itaq; aliud notatur â Svetonio, quã nov9 cens9 & crudelis ejusdẽ exactio, quẽ imperator inhumaniter & cõtumeliosè nimis additis carceris, vel torturę aut alteri9 asperitatis pœnis exigebat. Istum enim *numum asperum* vocat, ut est apud *Renerũ Budeliũ* JCtum, & Monetæ Colon. Elect. præfectum, de Moneta & re Numm, p. m. 554.

§. 10. Sed ad *Ophir* revertimur. *Thomas Malvenda l.* III. de Antichristo c. 20. & *Gregor. Garcias* de indor. Occident. origine, Arias Montanus præf. lib. Phaleg. it. in descriptione habitarorũ, & terrarũ, in sedib9 filiorum Sem Num. 19. Th. Bozius Eugubin9 congregationis Oratorii Presbyter, l. XX. de signis Eccles. p. m. 115. putant ab *Ophir quoque descendere* פַּרְוַיִם, & à *Peru, Peruaim*, quod cum Parvaim idem esse debet, Dualis sc. aut pluralis Numeri, & ut ait Arias-

Mont.

Mont. κατὰ τὴν μετάθεσιν *Opire est Pe*
sic dicta quo tempore Paralipomenō
storia conscripta est. Attamen ista
pinio nobis nō probatur. Novi
equidem, nomen *Parvaim*, de cu
laminis texit (Salomon) domū Sa
cti sanctorum, sed pluralem num
rum ex singulari אופיר esse, & li
rarum, & punctorum, & termina
onis diversitates non permittu
Vatablus tamen *Peru & Mexico* du
scil. Americæ terras intelligit, Fo
tassis, inquit, *locus ille, qui nostro te*
pore Legrand Peron, & Lepetit Per
dicuntur, apud Ebræos Parvaim num
ro duali dicitur. Cum his quoq; fa
Dn. D. Glassius in Bibliis Vinar. in h
saltem à Vatablo dissidens, qu
loco *Mexica Hispaniam* substitu
Duasq; istas sive Insulas, sive con
nentes, *Peru & Hispaniā novā* indi
tari dicat, ut *Parvaim* sint, quasi d
Peruanæ. Interpres Latinus exi

m

mat, nomen esse *auro à dignitate datum*, ideoque reddidit aurum *probatissimum*. LXX. retinentes Originem legunt Aurũ de Pharväim; Pagnin9 & Tigurini legunt Paruam. Veram autem nominis hujus rationem audi ex Garcia Lasso Inga, qui ex Ingarum Peruanorum stirpe ortus erat; Quã Pineda Comm. in Job. c XXVIII p. 16. p. 518. sic exponit. Peruani nunquam audiverunt ante Hispanorum adventum eam suæ regionis appellationem, seu tanquam recenter ab ipsis Hispanis invectã aut inventã accepimus. Memini me aliquando hac de re familiariter egisse cum nobili Garcia Lasso Inga, qui maternam originẽ ducebat ex Ingarum Peruanorum sanguine, regio viro sane omi laude dignissimo, neque solum moribus honestissimis, sed etiam politioris literaturæ studio præclaro & qui nunc

X etiam

otiam Indiarum occid. historiam jucundissimam svavissimamque parat propediem daturus. Is audita illa conjectura nominis Ebraici tam lõgè petita, tanque curiosè excogitata bone Deus! quantum risit. Audire me statim jussit veram illius nominis rationem & occasionem. Cum primi Hispani post longam navigationem illa tenuissent littora atque indigenam quendam piscationi intentum ex improviso comprehendissent, gestu ac signis rogare cæperunt, quęnã illa terra esset? ille (quod naturale) suspicatur rogari, quî appellaretur, frequẽter repetebat Beru Beru. Est autẽ hoc nomẽ frequẽtiss. & familiarissimũ maritimis hominib9 Peruanis. Inde Hispani vel respõsione decepti, vel occasione sumpta regionem istam Peru appellarunt. quid hoc ad Ophir? Idẽ legere est ap. Joseph. à Costa l. 1. c. 12. Jonst. de Nat. Const.

Conſt.p.8. Pineda de Salõ.l.IV.c.16. n. 3. Laur. Anan. in Fabr. Mundi tr. 4. Corn. à Lap. in Ier. X. Horn. de Originibus Americanis l.2.c.8.p.m.57.

§.11. Longius petita mihi videtur Cl. *Joh. Buxtorffii* in Lex. p.m.614. & *Junii Tremelliiq;* in 2. Chron. III. Conjectura, quod *Parvaim ſit Parbatia ſeu Barbatia*, oppidũ ad Euphratẽ & Arabiam in Characenorũ regno, corrupto nomine dictum pro *Parvaim*, ex *Plin.l. VI. N.H.c.28.* ex quo David magnam auri molem repoſitavit, & ad uſ9 ſacros conſecravit. In eamq; rẽ citant locũ ex 1. *Reg. VI, 20.* In quo tamen loco nihil horum extat. Obſtant huic ſententiæ hæc potiſſimũ, momenta, 1. *Hiſtoria & victoria* Davidis. 2. Sam. 8, 3. ſeqq. & 1. Chrõ. 19, 2. ſeqq. nec *Barbatiã, nec Parvajim, ſed Tibehath & Chun*, aliasq;, duas Joſeph9 in antiq. Jud. l. VII. c. 6. *Bettæam & Machonem* nominant, quę nullam plane cum *Parvajim* cognationem

habent, (2) Neq; tam ex iis civitat
bus Hadad Eseris seu Adrazari *aur*
quā multū pretiosi æris reportasse d
citur. 1 Paral. 19, 8. Neq; (3.) ita div
auri perhibetur ista Barbatia, à P
nio. Neq; (4) *aurū ex Parvaim* in e
usus, in quos *aurum & æs ab Adraza*
Arachi filio fuit collatū. Nam au
Parvaim erat tegumen templi, at
ex Zoba seu Sophenorū regno fiebat m
teria maris ænei, columnarum & va
rum æneorum; aureæ verô peltæ f
ebant ἀναθήματα, quæ David Dom
no consecravit, ut est in 1. *Paral.* 19
& 11. quę omnia deinceps Susac9 R
Ægypti, tanquā opima spolia, vic
Roboamo, reportavit Jos. l. c.

§. 12. Melior mihi videtur esse eo
sentētia qui *Parvaim* putāt esse *C*
v la seu Indiā intra Gangē, ubi p
stantissimū aurū fuisse testatur M
ses Gen. 2, 11. Ita ut sit nomē prop
loci ubi præstantissimi auri co

fu

fuit. Conf. Glaſſ. Gramm. S, l. 4. tract. 3. Obſerv. 15. p. m. 788.

§. 13. Antequã hinc abeamus, non poſſumꝰ cõticere, quã ridiculus ſit, *Joh. Gorop. Becan* l. 7. Hiſpan. p. m. 112. qui vocem Ebræam פַּרְוָיִם diducit ex dialecto & lingua Teutonica ſeu Atlantica, quam vocat, quaſi pher-hu-heim / quod nos trajectum & ſtationẽ navalẽ vocamꝰ ein Fähr-Hauß. Verba ejꝰ adſcribã, ne videar incli-to viro, & Medico Regio injuriã feciſſe pher hu inquit, *idẽ eſt, quod custodia trajectus, ſive tutela naviũ ſtationis quã* pher *etiã ſive per digamma* wer *vocamus, unde* Fer / *oppido in Zelandia nomen. Quod ſi* heim *huic Compoſitæ voci jungatur* pher hu heim *habetis, quo denotatur domus ad naviũ ſtationẽ & trajectũ custodiendũ cõparata. Inde eſt ut aurũ è Pheruheim in Paralipomenon libro allatũ nõ aliud ſit, quam aurũ opher ſive aurum apportatũ ex arce orbis Atlantici, facta ad navigationis & merca-*

tius securitatem, ex his igitur Peru & Petueim rejectis aspirationibus habemus.

Spectatũ admissi risum teneatis amici?

Numquid originatio ophir & Peru ex Teutonica lingua, mater ex filia derivanda? Nulla omnino vocaliũ, nulla aliarum literarũ consonantia in *Parvaim &* pheruheim *vel perueim* animadverti potest. Non piget adjicere *Ioh. de Pineda* judiciũ, quod de hoc Goropiano instituto fert: *Auctor hic,* inquit *ingeniosus, acutus, argutus, nullũ suæ doctrinæ solidũ firmũq; fundamentũ, præter suas suspiciones unquã posuit. Quare in hujusmodi reb⁹ somniare, sed ut Sapientẽ virũ, illũ semper existimavi, atq; eũ vero similitudinis quadã voluptate & veritatis specie, cujusmodi esse plerũq; solent sapientũ somnia. Comm. in Iob. 28, 16. p. m. 318.* Rectè Scaliger: Nunquam legi majores nugas, nunqvã insigniorẽ temeritatẽ vidi, neque

neq; audivi, ut qui om̃es lingv. a sua barbara deducere velit, adeò ut ipsã Ebræã posteriorẽ Cymbrica asserat. Pl9 ergo ibi vanitatis quã veritatis, pl9 stolidi quã solidi. Neq; enim modio aut trimodio, sed pene horreo ipso maximas nobis ineptias admetitur, dicẽte Becmaño de Origg. L. I.

§. 14. Si verò coniecturis agendum hic est & ex nominũ cognatione aliquid colligendum, ego sentirem cũ Barrada & Pineda, *Parvaim esse Assyriæ aliquam provinciam, aut vicinam aliquã regionẽ (ab Aßyriis tamẽ devictam)* quæ sæpius in Scriptura dicitur Sepharvaim. Inter eas enim voces propinqua Analogia est, utpote quæ sola additione & demptione literę ס differunt: extatque 2. Reg. 17, 24. & 31. *Hi qui erant de Sepharvaim comburebant filios suos, Adramelech & Anamelech diis Sepharvaim &c.* c. 18, 24. *Ubi est DEus Sepharvaim?* Ubi procul dubio gens Assyriis subiecta

intelligitur: cũ iis enim gentibꝯ copulatur, quas *Salmanasser subegerat*, & Señacherib tunc temporis tenebat.

§.14. *Sanchetz* ex Chald. in *Jer.* X putat ab *Ophir* etiam descendere *Ophaz* vel *Ophas*, ac *Mophas*, aut certè idem esse *Ophir* & *Ophas*, quod per aphæresin etiã *Pas*, mutata lit. r in s, & vocali a in i, quorũ hoc apud Ebræos, prius apud Gallos sit in usu, qui pro *Pere* dicunt *Pese*. At Ophaz est nomen loci, uti dicitur Ier. X.9. aurũ de *Ophatz*: Locum autẽ alium oportet esse quã Ophir, vid. Corn à Lap. in *Jer.* X. Pineda de Reb. Salom. l. IV. c.18 n.8. prolixè Mercerus & Forst. in Muphatz.

SECTIO II.

AN OPHIR SIT INCERTUS ET REMOTUS LOCUS.

Summaria.

§.1 *Ophir & India remota loca. secundũ Jos. à Costa, Goropium & Varrerium.*

§.2. *Ejus sententiæ scopus & bonitas.*
§.3. *Castigatur.*
§.4. *Quid propriè India: America etiã Oreliana & Amazonia posset dici.*
§.5. *America credita est cohærere cum China.*

§.1. Josephus à Costa l.1. de Nat. N. O. c. XIV. arbitratur, quod, quemadmodũ nostri homines *Indiã vocant, quãcunq; longius dissitã regionẽ, sub eaq; Americã, Mexico, Chinã, Malacam & Brasiliã comprehendunt*, ideò saltem, quia longius à nobis remotæ sunt, utut alias inter sese diversæ sin terrę, nec omnes ad Indiam referendæ; Ita quoq; in Scripturâ nomine Ophir, & nomine Tharsis notari terram aut locũ quemlibet remotũ arbitratur. Non videtur longe recedere ab hac opinione *Joh. Gorop Becanus* in Hisp. l. VII. p. m. 112. *Optimo jure*, inquit *Atlantic⁹ orbis Opher dict⁹ est, quo nõ aliud in Japeti, cujus Atlas nepos fuit, lin-*

gua denotatur, quam Id, quod ULTR
jacet. Et vicissim p..r., qui Opher h.e
ultra marinũ orbẽ nobis aperuerũt
Hos sequitur *C. Varrer. Com. de Oph*
c. fin. ubi de *Tharsis* ita pronunciat
Scriptura Africã nomine Tharsis expre
sit, sicuti terris nostris nostra memori
repertis usu venisse videm9: Quæ ideo
quod à nobis procul versus occiduas orbi
partes recesserint, & auro plurimũ abu
darint vulgo jã Indiæ nomẽ invenerun

§.2. Et fateor multis difficultatib
satisfieri posse, si hæc teneatur opi
nio. Sive enim in Americã sive in A
fricam, sive in Sianam Indicam ex
currisset Salomonis classis, sempe
tamen in Ophir i.e. in remotam pro
vinciam ivisse dici potest.

§.3. Attamẽ ex seqq. manifestũ fie
quod Ophir (de Tharsis hic nihil d
cã) propriè hic accipiatur, noteto
certã istã Indię Orientalis partẽ, qu
Ophir Eberi nepos incoluit, eiq; no
mẽ dedit, Quis enim Salom. classen

in incertū evagatā esse, & certū sibi terminū prefixū nō habuisse credet? Neq; ullus vel in sacrâ vel prophana historia loc9 est, in quo Ophir incertum aliquem terræ tractū significet.

§ 4. Neq; eadē ratio denominationis *in India & Ophir est*. Nā *Hispani & eorū more nos Germani* quoq; Indiam vocam9 utrāq; Orientalē & Occidētalē, West- und Ost-Indien/ sed falsò & impropriè: Cū vera India, Asiæ regio sit ab insigniori fluvio *Indo* nominata. Si verò Americæ ab ejus flumine primario nomē indere libuisset, *Amazoniā* poti9 vel *Orelianā* indigitassēt, ut Car. Stephani loquitur.

§. 5. Quocirca etiamsi nos quoq; cū vulgo interdū Indiā vocemus, propriè tn. Orient. saltē India est. Occidēt. verò v. vulgi errore, v. ideò sic appellatur, quia primi ej9 invētores ex antiquis Geogr. putarunt, *eā extimâ sua parte* cū *regno Chin. cohærere* & ita eādē cū India Oriēt. cōstituere terrā

SECTIO III

AN OPHIR SIT AFRICANA?

Summaria.

§.1. Quatuor classes Ophir in Africa ponentium.

§.2. Primi in MELINDE.

§.3. Secundi in Angola

§.4. Tertii in Zophala, aurifodinis divite, & negotiante cum Mozambique. notatur Dinothus quod Zephala non sit Insula Luna, & Pererius, quod non sit Sumatra.

§.5. Quarti Carthagine, æmula Romæ.

§.6. Refelluntur. Carthago nõ est Ophir.

§.7. Angola non est Ophir.

§.8. Melinde & Sophola non est Ophir.

§. . Fundamentum positum est, quod Ophir certum scilicet locum denotet Quis autem, & ubi terrarũ sit, porro est dispiciendũ. Primus hic Autorum census est, qui Ophir Salomonæam in *Africa* ponunt. Et ii quidem

dẽ iterum in quatuor discinduntur Classes, quarũ aliqui *in Cuspide Meridionali*, aliqui in *umbilico mediterraneo*, aliqui in *media littorali ad Ægyptum*, aliqui in *Fronte Africæ minoris ad confinia Numidiæ* sollicitè Ophiram indagant.

§. 2. *Primi* igitur opinantur, *Ophir* esse *MELINDEN*, seu regnum *MELINDANUM*, quod dicit *Bartholdus Nihusius in Tract. Chorogr* p. m 85. quod in potentissima & littorali regione *Zangibar*, præ aliis regnis præcellit, & avorum nostrorum memoria humanissimos & erga exteros benevolos Reges habuit, hodieque Lusitanorum mercatorum frequentia admodum celebratur. In eo metropolis & sedes regia *Melinda* sita ferè est sub circulo ęquinoctiali, quę cũ sua vicina QuiLoa ditissimarum *aurifodinarum* plena est, uti *Johanni Regi* Lusitanorũ nunciavit *Petrus Covilla-*

villanius primus Abyssinorum & Indicorũ emporiorum lustrator apud *Joh. Petr. Maffeũ* H. Indic. l. 1. p. m. 40.

§. 3. *Secundi*, citante *Corn. à Lap. in Ier. X.* p. m. 69. 2. OPHIR esse ANGOLAM *in Æthiopia* arbitrantur, quia Joseph. dicat classem Salomonis prętter aurũ etiam *Æthiopica mancipia* advexisse. Est autẽ ista *Angola in Presbyterio S. Iohannis*, quod vocant, i. e. in Abyssinorũ imperio, quorũ ACEGUE & NEGUZ (ita enim suum imperatorẽ Abyssini salutant) ex ea titulum ducit, dum se *Regẽ Angolæ & Fatigar* appellat. Sub ipso circulo æquinoctiali ad fluviũ *Onchu*, in Nilũ se exonerantẽ, sita est.

§ 4. *Tertij* longi⁹ progrediuntur, & ad ZOPHALAM cõfluunt, ibiq; *Ophirã Salomoneã* esse dictitãt. *Volaterranus l.* 12. *Cosmogr. Stucki⁹ ad Arriani Periplũ Maris Rubri*, *Oleaster ad Gen. X Hector Pint⁹ in Ez.* 2. *& Dã. X. Abr. Ortel. in Th. Geogr. Istella in Gen. X. Ramusi⁹ in Hist. Naval. Thom. Lopez. in Navig Ind. Be-*

roald. Merula, & plerią́ cōmuniter Lusitani, ap. *Lud. Venetū in descript.* Navig. Indic. Est ea *Zophala, alias Cefala, Sophala, itē Ceffala* sub imâ Africa ad Oceanū Ægyptiacū sita nō procul â Trop. Capricorni, quæ duob9 quasi notissimis fluminib' includitur Zuamâ & Rio de Sp. S. (loquēdū ita barbarè cū barbaris) aurifodinis prænobilis terra, ex qua Lusitanis magna auri copia transportatur, ut *Covillanus* in literis Memphi datis ad *Ioh. Portugallū* docet, apud *Maffæum l. 1. p. 40.* Hæc magna cōmercia cū vicinis Mozābique, Fartana, Quiloa, Mambaza aliisq; exercet. Ex *Osorij l. 3.* eam *Rich. Dinoth9 in Adv. Hist. Quinquages. prima de Regionibus orbis p. m. 157.* vocat *Zofulā*, eāq; facit insulā *Madagascar*, quę cōmuniter *S. Laur.* itē *Luna Isola* vocatur. Sed meo quidē judicio fallitur Dinoth9. Nā alia est Insula Laurētii, & vicissim alia cōtinens Zephale, utpote quę Presbyteriū ATICLABASSI

adhæret, & inter Monomotapã, M-
zambiquen, atq; montes Lunæ Afri-
canos qs. interjacet media. Similit
quoque humani quid patitur *Bene*
*Pereri*⁹ *l. XV. in Gen. D. XI. n. 155.* quãd
opinatur hanc Zeffalã esse *Sumatr*
Quia Sumatra Asiatica insula, Zeff
la autem Africa continens est.

§. 5 *Quartum pro OPHIRA locũ*
liqui ex R. D. *Kimchi* aliorumq;, q
Latinum Interpretem avidius qua
decet, seqvuntur, opinione assign
in *Africa* CARTHAGINEM, eo p
tissimũ fundamẽto ducti, quia *Tha*
sis & Ophir hic conjungi videntur, *t*
quam nomina ejusdẽ regionis aurifer.
Tharsis autem in multis Scripturæ loc
vertitur à Vulg. & intelligitur quoq; à
Hieronymo Carthago. Queadmodu
etiã *Corn. à Lap. in Ier. X ait, Africa e*
Carthago, quæ diu mari dominata es
æmula Romæ latè quidem in Afric
& in aliquot Europę partibus; Hisp
ni

nia imprimis Siciliaq; dominata est, magnumq; divitiarũ & merciũ apparatum collegerat, ut de principatu cum Romanis cõcertare auderet.

§. 6. Sed eã sẽtentiã de *Ophira Africana* plane repudiamus, utpote quæ non adeò magnos habet patronos, quæq; cũ suis assertorib9 exolevisse judicatur. Nam (1) ut ὕϛερον πρώτερον faciam, quo min9 credã CARTHAGINEM esse *OPHIRAM*, aut Tharsis, hæc imota sunt fundamẽta. α) quia *tempore Salomonis Carthago nondum erat in rerum natura, utpote quæ demum annis post Salomonem Centum & ultra est ædificata.* Quomodo igitur Salomonis tempestate tot massas aureas & argenteas, tot species animalium Salomoni mittere & cõmunicare potuit? (β) *Port9 navigii Salomonæi non Ioppe fuit*, ex quo versus Ægyptũ & Numidiam facilis fuisset in mari mediterraneo in regnum Carthaginensi-

nenſium expeditio, *ſed, Aſiongaber*
littore Maris Rubri, ex quo in mari I
dico, Æthiopico & Atlantico, ſup
rato Capite bonę ſpei, incredibilis
plane diſpendioſa mihi videtur n
vigatio. Cũ potuiſſet fieri per pauc
cur facta eſſe creditur per multa
infinita diſcrimina rerum & mar
diverticula?

§. 7. Quantum ad *Angolam Æth*
opicam ſpectat, illa OPHIR eſſe no
poteſt, quia nõ maritima ſed med
terranea ora eſt, neq; ita dives aur
quam aliis metallis, imprimis au
ære. Imo in *Ioſepho nihil de man*
piis Æthiopicis invenio, quod ea cla
Salomonæa ſint advecta, utut ali
diffiteri nolim9, quod Salomoni ta
topere ob divitias & magnificent
celebrato undiquaq; dona allata,
ſic forte etiã ex Æthiopia tales ver
dono mitti potuerint, ſed iſtac na
gat. aſportatos eſſe nullibi legitur

§. 8. Deinde quod ZOPHALA *aut* M

LINDE *Ophira* titulo non veniant, ex *his* conficitur rationibus. Nam (*a*) *Melinde & Zophala viciniores sunt portui Arabico, quam ut triennalem navigationẽ* requirerent. *Covillanus* certè (explorator locorũ horũ Lusitanicus) in MELINDES & Zophalę loca excurrit, & isthac reversus est Cairũ in semestri anni spatio, quum huj9 pelagi non admodum gnarus esset. (*b*) QV. *regio nullos pavones gignit, nullum gemmarũ pretiosarum gen9, nullũq; argentũ habet, ea non potest esse Ophir Salomonis. Atq; Cefale ac Melinde nullas gemmas, nullũ argentũ habẽt*, quod habet *Varrer. in Com. suo Topogr. lit. c. 8. E.*

SECTIO IV.

AN OPHIR SIT AMERICANA, ET NOMINATIM VEL HISPANIOLA, VEL PERU, VEL PERU ET MEXICO SIMUL?

§1. Partitio toti9 sectionis in tres sectas.
§. 2. Prima ponit Ophir in Hispaniola. ejus invẽtor, nomina prisca & recẽtia.

§.1.

§. 1 Novus nunc adeundus orbis est, cum iis, qui *OPHIRAM* nostram ex orbe veteribꝰ cognito versus *Occidentem* in *AMERICAM* transportant. Interim & hic in tres abeunt sectas, hujus sententiæ Patroni. *Primi ponunt in HISPANIOLA. Secundi in PERU, Tertij in Peruana & Mexicana ditione* conjunctim sumpta.

§. 2. In HISPANIOLA *Christoph. Columbꝰ, Rob. Stephani, Genebrardꝰ ad annũ* M. 3150. & imprimis *Franc. Vatablꝰ* ad 3. Reg. 9. ponunt. *Columbus* enim felicissimꝰ iste Oceani Occidentalis vector, victor & Apertor cũ A. C. 1492. hanc novã in novo orbe primã insulã, quam ipse postea Hispaniolam, quasi minorẽ Hispaniã, vocavit, invenisset, sæpe, dicere solitus est, se *Ophir SALOMONIS* invenisse, ut scribit Petrꝰ Martyr Angleriensis de eo l. 1. Dec. Oceanicæ quod aliquoties ex ejꝰ ore audiverit. Cui Fr. *Vatablus*, cõstanter assentitur, Dum eam

hujus regionis occidentalis partem nomine Ophir significatã esse autumat, nempe insulã ante ingressũ Peru, nostratib9 *S. Dominici, La Espannola*, exteris Hispaniola dicitur. Sic enim ille: *Ophir*, inquit, *est remotissima insula, à sinu Elanitico. Nam tertio demũ anno revertebantur inde; vocatur hodie Spagniola; sic nominata â Chr. Columbo: in occidẽte est, in terra nuper inventa, Est enim ibi aurũ laudatissimũ.* Eam insulã totã descriptã habemus in *Petr. Martyr. Decad.* Oceanicis & *Franc. Gomaræ Gener. Hist. Ind. c. 26. seq.* A primis conditoribus dicta est *Quisqueja*, postea *Haithai*, deinde *Cipamga*, ab Hisp. autẽ *S. Dominici*, eò, quod die Dominica invẽta esset, âq; primaria urbe, ejusdem nominis.

§. 3. In Peru ponunt *Ben. Arias Mont. Hispalens. in l. phaleg de Gentiũ prim. sedib. in præfat. & cap. 9. de tertia terræ parte p. m. 11. Ioh. Gorop. Becan9 l. 7. Hispan. p. 105. & 112. Guil. Postellus in Com.*

Rer. Atlant. item in Compend. Cosmogr. Marcus Marinus Brixianus de Arca Noe in voce *Ophir. Genebrard. in Chron. A.* M. 1820. 3150. & 5572. *Ant. Possevinus* l. 3. Bibl. selectę c. 8. *Theod Zvinger. Theat.* Vit. Vol. 23. l. 2. p. 3969. *Th. Bozius Eugubinus lib. 20. de Sign. Eccl. Franc. Roder. Jepes* in Hist. Pueri Innoc. Crucifixi: *David de Pomis* in Germine David, in Oph. *Greg. Garc.* Dominic de Indor. Occid. Orig. l. 4. c. 2. 3. seq. *Mart. Del Rio ad Medeã* Sen. act. 2. *Dn. Joh. Aven.* in lib. Rad. Ebr. sub R. אפר p. m. 48. *Val. Schindl.* in Pentaglott. col. 1477. His accedunt quoq; plures alii recẽtiores tũ ex nostratibus, tum ex aliis quoq; *B. Dn. D. Franzius* de Interp. Scr. p. m. 179. *B. Dn. Eras. Schmid. in Orat. de* America *adjecta Pindaro p. m. 261.* It. *Pet. Mart. Com.* in 1. Reg. 9. *p. m.* 9. *Henr. Alsted. in Mathem. pluresq;* alii *Ioh. de Pin. etsi Com. in Jobũ* huic sẽtent. nõ faveat, tn. *l. 4. de Reb. Sal. c.* 16. n. 6. ab ea nõ videtur multũ discedere, dũ Mõ-

tani, & Vatabli minus *levem minusq́, deformem & minimè indignā, quæ à sapientibus & veritatis amantibus benignè audiatur, sententiam* pronunciat p. m. 282.

§. 4. *Conjunctim* in *Peru & Mexico seu Hispania Nova* collocant *Thomas Malvenda, Gregor. Garcias, Vatablus,* quem supra c. 1. §. 10. citavimus, quique cum *Genebrardo* ad Ann. 3450. in via ad Cubam & S. Dom. Insulam cōstituunt: qui à prioribus non multū discrepant, dum eandem aut saltem similem transportationis rationem fuisse volunt tempore Salom. qualis hodienum est, dum Hispani aureas laminas ex *Peruanis* fossis erutas navibus deferunt in *Panamam,* & ex *Panama* per integram istam Isthmū XVIII. præter propter milliaria curribus deferunt in urbē oppositā maritimā *Nombre de dios,* ex qua in *Cubā aut Hispaniolam,* aut aliorsum trans-

vehi

§.5. Quibus quoq; *Quarta* posset accenseri Non-neminis sententia, qui in *Insulis Salomonis ad novā Guineam* sitis (quas eam ob causā sic appellatas esse judicat) auriferā nostrā Ophirā esse sitam autumat, quia fortassis facilius, aut certè æque facile fuisset per fretum Magellanicū in eas exire, quā per mare Atlanticū superatâ *Brasiliæ, Tinada, Cabarinæ, & vicinarum longe patētissimarum regionū continente* ad Hispaniæ novæ, aut Peruanæ ripam appellere.

§.6. Cæterum quia

Diversum sentire duos de rebus iisdē
Incolumi licuit semper amicitiâ.

Speramus nos quoque, vitio nobis versum non iri, si ab hac tot tantorumq; virorū auctoritate corroborata sententia recedamus, ostendamusq; ejus rei certas aliquas causas. Nihil aliàs tā violentū est, quā in aliorum placita cogi, & vicissim nulla

major libertas est, quàm ubi licet quæ sentias & corde premas, ore calamoq; proferre.

§. 7. Agite igitur, & perpēdite, quas præviis, & quasi ductorib9 *Jos. a Costa l. de N. N. O c. 13. p. m. 31. Bernh. Aldrete l. 3. de Orig. Ling. Hispan. c. 13. Thoma Malv. l. 3. de Antichr. c. 27. Barradio l. 5. Conc. c. 11. Casp. Sanct. in 3. Reg. 9. n. 24. Corn. à Lap. in Ier. X p. m. 69 Ben. Pererio in Gen. l. 3. D. 4. n. 109. p. m. 106. & l. 15. d. 1. n. 152. seq. Casp. Varrer. pecul. de Ophyra Comm. Barth. Nibusio in tract. Geog. de Asia c. 6. §. 5. p. m. 84. Joh. de Pin. Comm. in Job. 28.* aliisq; sum9 in causæ nostrę negat. patrociniū vocaturi rationes

§. 8. Primū igitur in *Genere* cōtra sitū Ophir æ Amer. istud unicuiq; æquo rerū æstimatori cogitandū relinqui mus. Nunquid consentaneū sit, *Salomonē ex Mari Rubro* (ibi enim navigiū ej9 solvit) *relicta India orient. viciniori notiori; multoq; rerū pretiosarū fertiliori, atq; min9 periculosa aditu, immēso*

circuitu navigationẽ instituisse ad novã (nõ notã sed detegendã primũ & incertã min9 divitẽ, remotissimèq; missitã) *regionẽ* Amer. & Peruensem, prȩsertim cũ ad eã regionẽ ex Ioppe vel alio portu Maris Medir. per fretũ Gaditanũ multo breviori, faciliori, & magis usitata navigatiõe pervenire potuisset? Mihi sanè istud nõ videtur. Ecqua enim pericula in Arabico, in Æthiop. in Magellan. in Atlantico, in Brasiliano, aut pacifico Oceano metuẽda fuissent, eo prȩsertim tẽpore, cũ maria adhuc incognita & quasi invia videbãtur, ipsaq; navigãdi ars in suo latitabat primordio? Ecqui sumpt9 & impẽsæ? quantũ tẽporis spatiũ requirebatur? quanti æst9 & sudores perferendi? dũ in excursu & recursu quatuor distinct. vicib9 circul. æquinoctialis (e cõtra in expeditione Indica ne semel quidẽ) superand9, totiesq; Trop. Capricorni, duploq; min9

Tro-

Tropicus etiam Cancri tangendus esset. Quot flexuræ, quot indirecti cursus, quot retrogradationes in littorum periplo & aditione meticulosa fuissent necessariò suscipiendæ? Alias natura quoq; animalia rationis expertia docuit, ut lineam rectã omnium brevissimã sequãtur. Certe si bovi pabulum, lepori malvã, cani pulmentũ eminus monstres, nõ per circulũ aut obliquã viam sed per rectissimã, quã potest, ad prandendũ accurrit. *Quæ igitur* (malũ!) *in sapientissimo Salomone fuisset insipientia, quæ stultitia, aut imprudentia, per inextricabiles flexus Ægyptiacos, Arabicos, Æthiopicos, Magellanicos, Americanosq; adigere naves, quo nulla ante eũ itinera pervia aut nota erant?* cur non in Mari Mediterraneo, cujus nautę Phænices peritissimi erant (*linea propemodũ recta*) tẽdisset in Latiũ istud Americanũ? In quẽ igitur finẽ novus ille in Mari Rubro portus institutus fuit?

§. 9. Porro. *Quæ via & terra nunc nuviter inventa veteribusq; aut prorsus incognita, aut saltem fabulosa fama cognita erat, ea terra non est Ophir, ea via quoq; non est in Ophir. Atq; via ex Asiongaber versus promont. Africæ extimũ in Americam nostrorum temporibus demum est inventa, veteribusq; aut prorsus incognita erat, aut saltem fabulosa fama cognita, E. Terra Americana non est Ophir. Major est* certa. *Minor prob.* quia via ista â Portugallis, A. 1496. est aperta, ut in peculiari dissertatione deducemus. America autem â Columbo auspiciis Regis Castiliarum est detecta, ut est apud *Aug. Thuanum* l. 1. H. *Paul. Jovium* lib. 34. Hist. in *T. 2. Hispan. Illustrat.* apud *Gonzalum Fernandum Oviedum* in 1. part. Gen. Hist. Indic. & *Aug. Justinianum in Notis* Octapli ad Ps. 18, 5.

§. 10. Eo magis mirandũ, delineare ausos esse autores Navigationis Salo-

Salom. cursũ, quẽ in Americã perfecerit. *Genebard. ad Ann. 3150.* hanc demõstrat viã. *Solvẽtes,* inquit, *ex rubro, & aliqua India Orientalis parte perlustrata, attactis Malaca, Sumatra, recta deinde cõtenderunt ad Insulã S. Laurẽtij, ex qua ad Caput B. Spei, inde ad Brasiliã, inde in Cubã, & Insulã S. Dominici,* Via certè tã cõpendiosa, ut cõpendiosiorẽ excogitare non posset, qui per glacialẽ Septentrionis oceanum in Orientẽ, & ex Oriente per mare Æthiopicũ in regionem Psittacorũ flecteret naviũ cursũ, cũ posset ex Gaditano freto prope littora Africę recto fermè tramite adire. *Cur enim quæso apparavisset Salomon classem in sinu Arabico, ut circa totã Africã navigaret, quum commodius in Mari Mediterraneo per fretũ Herculeũ vela facere potuisset? Aut cur ex Rubro Mari promõtoriũ B. Sp. petiturus, primũ adiret Sumatrã, Malacã (i. e. insulas orientalissimas*

simas, & ubi omnia habebat, ac habere poterat, quæ Ophir suppeditabat) iterum 1/13 flexo gradu ex oriente versus austrū, & vicissim ex austro versus septendrionem in Brasiliā progrederetur. Nisi omnia me fallunt, hæc fuisset errabunda & puerilis navigādi ratio, qua iter multis annis non absolveretur.

§. 11. *Aliam* expeditiorem, si fortuna favet & Neptunus, viam monstrasse Salomonem suis nautis opinatur *Arias Mont. Versus orientē*, inquit, *prænavigatis Moluccis per archipelagū ad regionem Mexicanam venerunt, deinceps lambendo oras Peruanas & regni Chilensis per fretum Magellanum & Caput B. Sp. iterum redierunt in mare Arabicum.* Ad hęc respondet *Pineda l. IV.* de R. S. c. 16. p. m. 183. *Hæc quidē possib. sunt, sed an reipsa ita perfecta sint, res incerta est: Incerta vero? imo prorsus inepta.* Cur enim Salomon ex remotis adeo oris peteret, quod viciniores affatim suppeditabant?

omnis generis merces, quas exoptare ſibi delitioſus, aut expetere poterat, inveniebat? Cur igitur amplius in incertum evagaretur? *Acquiſito fine actio ceſſat*, dicunt Philoſophi.

§. 12. Herculis errores, iisq; majores audio, quando una eadēq; claſſe *Hiſpaniam & Americam* ex Rubro Mari aditas eſſe conjecturat *Ioh. de Pineda*, ut ſuperato Prom. Afric. & freto Magellanico in Peru, ex Peru viciſſim per fretū Magellanicū *in Braſiliā, exinde in Hiſpaniolā, illinc in Hiſpaniā Europaeam iverint* (& cū ex Hiſpaniis recta potuiſſent redire in Japhan Judaicum portum, tamen) ex *Hiſp. vario auro, argento & avibus multis comparatis, per integrum mare Atlanticum & Æthiopicum reverſi ſint in ſinum Elaniticū, ex quo exierant.* Bone Deus! quæ hæc diſpendia itineris, temporis & navigiorū fuiſſent! *Perinde ac ſi Rex Hiſpaniarū claſſē vellet in ſuam novā Hiſpaniā emittere, eamq;*

juberet ire primum in Norvvegiam, Islandiam, Estolilandiam, terram Cortirialem, Norunbegam, Floridam, Virgineam, & sic in Peruanas ac Cubajanas provincias, illinc autẽ per Brasiliæ, terræ Magellanicæ, totius Africæ, Mauritaniæ, Numidiæ, Tunetanæ, Cyrenæ, Ægypti, Syriæ, Asiæ Minoris, Græciæ, Italiæ, Hispaniæ, Lusitaniæ oras domũ revertentẽ exspectaret. Quãquam hæc circũnavigatio littoralis tã dispendiosa & periculosa non videatur, quã illa Salomonis fuisset, quam Pineda sibi comminiscitur, quæ tantũ abest, ut tum temporis, ubi infantia navigationum erat, tribus potuisset absolvi annis, ut ne hoc quidẽ tempore, ubi ars nautica ad ἀκμὴν perducta est, sex aut supra annis absolvi si præsertim omnia litora essent, ut olim, emetienda, mercesq;, quibus onerentur naves, comparanda.

§. 13. Sed propius ad *Hispaniolam.*

in quo Columbus Genebrard. & Vatabl9 propi9 *ad Peru*, in qua Goropius Postellus, eorumq; socienni, propius ad *conjunctas Peru, & Novam Hispaniam*, in qua Malvenda & Garcias Corn. Wytfliet Augm. *Ptol.* f.13, sq. Salmuth ad Panciroll. l. 2. Tit. 1. p. 31. OPHIR, ponunt, accedimus, & contra sic statuimus. *In qua regione praeter aurum & saccharum, praeter aurũ & argentum; praeter aurum & margaritas, nihil mercium Salomonaearũ reperitur, ea nõ est Ophir. In Hispaniola praeter aurũ & saccharũ; In Peru praeter aurũ & argentũ; In Peru & Mex. co praeter aurũ & margaritas excellentissimi generis nihil merciũ Salomonaearũ reperitur; non ligna optima, nõ ebur, nõ gemmae, nõ pavi, aut simiae.* E. Neq; *Hispaniola, neq; Peru neq; nova Hispania fuit OPHIR.*

§ 14. Audies hic exceptiones eorum varias (α) *Si non in PERU, in Mexico tamẽ, in Brasilia, aut aliis totiq occident. Americae regionbus invenientur*

(6) *Imò in transcursu ex aliis insulis simias ad oblectandum Salemonē acceperunt.* Ast in promtu est respōsio: (1) quod binę hæ exceptiones mutuo se destruant, Si enim ex occiduo mundo, E. nō ex insulis meridionalibus in recursu animalia ista acceperunt. (2) præcisè describatur illa, ex quânā provinciarū Amer. reliq istas merces transsūserint, ut videamꝰ, nunquid tales res ferat? Certè multę istę *exotericæ herbæ*, quas Rod. *Camoran. Cosm. Regiꝰ & Prof.* Hispalensis in Viridario suo Hispalési habuit, hāc rē nō expediunt, uti opinatur Pineda, cū *Scri*ptura inter Salom. merces eas nō cōnumeret. Nullū autē dubiū est, plura nova, nobisq; antea inaudita in novo orbe occurrere, sed ea in commercio nautarū Phœnicū nō venerunt. (3) *Hypothesis* falsa est, quod inter eundū & redeundū ex occurrentibus insulis animalia, taliaq; plura mercati fuerint, cū pręcisè scriptura

asserat, quod ea omnia sint transportata מאופיר ex Ophir. 2. Par. 9. 10.

§. 15 Hac ratione una quoq; exspirat novũ Pinedæ effugium, quando *temporis*, inqu. *atq; itineris Dispendiũ cõpensatũ est oportunitate legendi oras & portus aliarũ Indicarũ regionũ, auri & argenti prædivitũ in eodẽ trãscursu, quas cũ lamberent Tyrii & Ebræi, illarũ quoque robur & Thesauros exsugebant. Quo itaq; navigatio lõginquior, eò quæstusior erat*, de *Reb. Sal.* l. IV. c. 16. p. 282. Ast quinã tunc port9 erant in occiduo pelago, cũ omnis negotiatio & navigatio in Oriente subsisteret? Certe *proceres regni* Portugallici cũ *Emanueli* expeditionẽ Indicam dissvaderent, de sterilitate, & inopportunitate locorum multa sunt in regni comitiis cõquesti, ut est apud *Joh. Petr. Maffeum* l. 1. H. Ind. p. m. 43. *Octogesimũ jã annũ per assidua naufragia immanesq; sumptus tot classes in austrũ navigare, & inde nihil nisi vilissimos*

Æthiopas, Lusitaniæ onera verius, quã ministeria, & ebur inutile, & frivola palmæ folia reportari. Nã quod de Aurifodinis increbuerit, verba regulos dare &c.

§. 16. Quę in specie difficultates quãvis opinionem premant, eas hic præterimus, cũ extra conversiam sit, Salomonis ætate tantam oportunitatẽ inveniẽdi, effodiẽdi, excoquendi metalla, comportandi & deferẽdi per pedestria aut nautica portatoria in tã dissitis pręsertim regionib. non fuisse, nec esse potuisse, quanta hodie in istis provinciis est, tantâ cura tantaque sumptuum & virium profusione facta.

§. 17. Superest, ut de *Insulis Salomonis* noviter itidem repertis, aliquid adjiciamus. Eas *Alvarus Mendanius, Præfect9* classis Hispan. ex portu *Limano solvens & per immensum Oceanũ occidentem versus delatus, studio novã mundi plagã huic Americæ occiduæ oppo-*

posi-

positā pervestigādi, post trimestre tandē tēpꝰ invenit, quas & SALOMONIAS vocare LIBUIT, easq; aut magnæ novæ Guineæ, aut alicui ingēti cōtinenti adhærere constans fama est, ut scribit *Ios. â Costa l. 1. d. N. V. O. c. 16.* Rationē igitur denominationis nullā dat aliā, quā quod *Mendanio ita libuerit vocare*, confer. pecul. *mappa Maris Del Zur* in Theat. *Ortel.* f 5. Illud saltē hic annotamꝰ, quod si in has insulas Salom. classis exiisset, cōpēdiosiꝰ *per Orientē*, *quā per occidentem* eò penetrasset in Mari Indico: sed nihil horū factū est.

SECTIO V.

AN OPHIR SIT ASIATICA, & NOMINATIM IN INDIA ORIENTALI.

Summaria.

§. 1. Transitio.

§. 2. Ophira Asiaticæ Fautores.

§. 3. probatio 1. ab incolatu Ophir. Chavilah nō est Nabatæa, nec Persis, sed India intra, Ophir India extra Gangem.

§.17. *Ophir propriè nec Insula, nec Peninsula est, sed continens, insulas tamen etiam complectens.*

§.1. Satis diu *in* AMERICA commorati sumꝰ, tẽpus est, repetere portum, ex quo solvimus. Transfretãdũ est *in* ASIAM, videndũque, quia OPHIRA *nostra, nec in Africa, nec in America inveniri potest*, nunquid in Tertia orbis parte, ASIA scil. sit sita.

§.2. *In Asia* igitur quæsiverunt & invenerũt omnes fere post Salomonẽ, qui hujus regionis & navigationis in eã meminerunt. Possem ex antiquis Rabbinis aliquos allegare; sed aliis istam relinquo operam. Contentus ero ex antiquitate Judaica soliꝰ *Flavii Iosephi* testimonio, quẽ R. David parte I. sui Zæmach f. 38. b. etiã scriptoribus Thalmudicis præfert. Is autẽ l. VIII. Ant. 1. c. 2. p. m. 114. *Nautæ*, inquit, *in regionem INDIÆ, nunc auream terrã nominatam navigarunt.*

Ex

Ex Antiq. Ecclef. adducim9 *Glossam Ord.* (quæ creditur esse *Rabani* Mauri Ep. Moguntini) p.m. 146. *Alph. Tost. Abulense & Nicol. Lyranum in 3. Reg. IX. p.m. 146. b. Theodoretũ Cyrens. Episc. T. 1. Oper. Q. in l. 3. Reg. q. 31. p.m. 763. Nicetam in Catena Job. c. 28. Procopium in 1. Reg. X. & preprimis S. Hier. de Loc. Ebraicis & Ep. 140. ad Principiam.* Hos sequuntur plures nostri seculi viri, Theologi pariter atq; Philologi, *Emanuel de Saa in 3. Reg. IX. Forerius & Ad. Saasbout in Es. XIII. Franc. Ribera in Jon. Honcala in Gen. I. III. de Parad. d. 4. n. 106. Reuchlinus in Exposit. voc. Ebr. Torniellus Annal. T. 2. ad A. M. 3043. n. 8. Christ. Adrichomius in Theatr. Terr. Sanct. in Pharan. p.m.* 118. *Georg. Hornig ad Sulp. Sev. l. 1.* H. Sacr. p.m. 196. *Casp. Sanct. in 3. Reg. IX. n. 24. fin. Joh. Tzetza, Barradas, Försterus, Mercerus, Joh. Buxtorff.* in Epher p.m. 441. *Bredemb. in Ps. 44. D. Joh Brenti9 Com.* in 1. Reg. 9. p. m. 882. *D. Sal. Glaß. Rhet. S. p.m. 39.*

M. Hen. Bunting. Itin. T. S. l. 1. p. m. 142. Herm. Fabron. Moseman, in Geog. Hist. p. m. 531. Petr. Laurenb. Cent. 3. Hist. 27. Joh. Pet. Maffeus l. 1 H. J. p 37. Th. Malvēda l. 4. de Antich. c. 27. Jos. à Costa l. 1. de N. N. O. c. 13. Pet. Ravan. Bibl. Sacr. p. m. 159. Corn. Vietfliet. in Augm. Ptolomaico f. 13. aliiq; quos hic adducere nec lubet nec licet.

§. 3. Hiscū nostrū quoq; subscribam9 calculū, juvat ante omnia, hæc tria argumenta generalia proponere, ut Ophiræ nostræ *Sedē Orientalem* vindicemus, I. itaq; certū est, *Chavilah & Ophir esse regiones Orientales & Indicas*, quib9 ista nomina dederunt duo Jectanis filii, ejusdē nominis Gen. *X*, 28. quod adeò certū est, ut *Ben. Arias Mont.* qui nostræ tamē nō favet sententiæ, diffiteri non audeat; sed cōfiteatur in l. Phaleg. de gent. Regiō. c. 9. pag. m. 11. conferri potest Gen. 2. ubi dicitur, quod *Phison i. e. Ganges*, totā terrā Chavilah perfluat. Frustra

igitur sunt *Pererius* in Gen. l.3.d.4 p.
m.106. qui per *terrā Havilath* intelligit *terrā Nabataeorū*; *Jun.* & *Trem*, qui *Persiam*; cū clarū sit, istos duos Jectanis filios partitos inter se esse *Indiā*, *istū q;* (*Ophir*) *Indiā extra Gangē*; *hunc verò* (*Chavilah*) *Indiā intra Gangē occupavisse*. Quapropter: *Cujus regionis incolæ sunt Orientales, illā ipsam quoq; regionem oportet esse Orientalē. At regionis Ophir incolæ sunt Orientales. E. Ophir ipsā quoq; oportet esse Orientalē. Istud hic* ὡς ἐν παρόδῳ *notetur, quod duo fuerint dict:* חֲוִילָה alter filiꝰ Chꝰ Gen. X,7. nepos Cham, qui confinis fuit Misraim seu Ægypto, forsā inter Assyriā, & Canaan, fortasse hinc Nabatę seu Arabes in Arabia Petręa. Alter filiꝰ Jectanis nepos Eberi Gen. X, qui Indiā occupavit intra Gangeticam, fratri extra Gangeticâ relictâ.

§.4. II. *Notæ sēper fuerunt divitiæ Indorū, celeb. ex Arab. sinu in Indiā navigationes.* Cer-

Certe *Semiramis* ex Ægypto, Bactrisque in indiam expeditionē bellicā suscepit adversus indum *Stabrobatē*, mota divitiis & copiis Indicis, apud Diod Siculum l. 2. Bibl. p. m. 103. seq. de variis navigationibus, & cōmerciis Ægyptiorū ac Æthiopū cū Indis, plura habet *Philostratus* in Vita Apollonii (qui extat in Bibl. *Photii* p. m. 998) His similia habet *Strabo l. XV*, *it. l. II. p. 81. Alexandrinorū mercatorū classis per Arabicū sinum in Indiam usq; navigans, multo ista loca*, quam olim fuerunt, notiora reddidit; *Quo tempore Gallus Ægypto præfuit, ad ipsū veni & una usq; ad Sienen, & fines Æthiopiæ ascendi, ibiq; comperi, CXX. naves à Maris portu Indiam versus navigare.* conf. *Plin. l. VI. c. 23. Arrianus* quoq; in *Periplo Maris* Rubri Navigationē ex *Ægypto in Indiam à multis* jā retro temporibus ad suam usq; ætatē frequentatā, latè & accuratè exponit, duosq; ejus navigationis cursus ex-

plicat: cōferri etiam possunt Stuckii Scholia in eū. *Flav. Vopisc9* de Firino *Tyranno*, Idem inquit *cum Saracenis naves quoq; ad Indos negotiatorias sępe* misit. Cum quib9 convenit *Plin.* l. VI. c. 21. & Solinus c. 56. Imo *Th. Malvendal.* IV. *de Antichristo* c. 20. p. m. 254. putat, huc Esaiam respicere, c. XVIII. qui mittit legatos in vasis papyri, super aquas, qui ipse legatur. Hinc sic argument. *Q. regio ob divitias suas & omniū rerū copiam nota, imo pristinis seculis quoq; frequenter navigiis adita fuit, atq; oportunissimè ex portubus Arabicis & Ægyptiis adiri potuit in eā quoq; navigiū Salomonis excurrisse probabilius est, quā in aliā quandam ignotā & nunquā antea aditā terrā. Atq; India Orientalis ob divitias suas &c. E. In Indiam Orient.* Sal. navig. excurrisse omnino probabile est.

§. 4. Ad hoc argum. excipit *Genebrardus*: Nisi aliquod singulare navigium

giũ fuisset, sed illud antiquum & vulgare ex Rubro in Indiũ mare, utique Sp. S. peculiariter non annotari voluisset p. 122. R. Etsi nõ aliis, Judæis tamen navigationes erant insolitæ, aut planè nullæ, aut admodũ paucæ, quarum prima celebris Salom. fuit.

§ . *Tertio*. In quac. provincia omnes merces ad Salomonem allatæ inveniuntur, ea quoq́, cæteris benè habentibus, est OPHIR. Atqui in India ORIENTALI omnes omnino istæ merces inveniuntur, *Aurum & argentum* Plin. l. VI. c. 19. & 20. Solin. c. LV. Pomp. Mela l. III. c. 7. Curt. l. VIII. *Gemmæ* Plin. l. XXXIII. c. 1. & l. XXXVII. c. 13. l. 6. c. 19. *Pavones* Curt. l. VIII. Plin. l. VII. c. 21. Ligna Pretiosissima Plin. l. XII. c. 4. 5. 6. *Ebenus* ap. Dioscoridem & Plinium. Elephanti. apud Diod. Siculum l. 2. Bibl. Hist. p. m. 193. Simi & Aromata quæcunque apud Philostratum in vita Apoll. p. m. 99.

m.99.seq. Et in compendio Isidorus l.XIV.c.3. *India Taprobanã habet gemmis & elephantis refertam, Chrysen & Argyren auro argentoque fœcundas. Gignit etiam tincti coloris homines, elephantos ingentes, monoceron bestiam, psittacum avem, ebenum quoq; lignum & cinamomum, & piper & calamum aromaticum. Mittit & ebur, lapides quoque pretiosos, beryllos, chrysopasios, adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas & uniones. E. India Orientalis est Ophir.*

§.6. Ex his & similibus aliis rationibus moti prædicti autores omnes in eo conveniunt, quod Ophira nostra Asiæ aliqua, & Orientalis plaga mundi sit, in *proprio tamen ejus situ assignando* in varias scinduntur partes. Nos eas in certas classes, ut in prioribus fecimus, digeremus & quid verosimilius videatur, in *Synopsi* addemus.

§.7.

§ 7. Primò autem *Eupolemus quidē* OPHIR ponit in aliqua insula Asiatica in *mari Rubro sita & Urphen* dicta additq; *Sam. Bochartus l. 2. Phaleg. c.* 27. p. m. 196. *pro Urphe* seu οὐρφὴ legentur esse οὐφρὴ *seu Uphre Arabicè, ut sit fœm. Arab. ex* אופר, quasi *Terram ditissimam* dicas, traditque, jam tum *Salomonis parentem, Davidē naves eo misisse petitū aurū* apud *Euseb. l. IX. de Præp. Ev. c. 4.* putatq; ex cognatione nominis URPHEN *dictā esse* OPHIR. Ast præterquam quod cognatio nominalis genuina non sit, neq; tā difficilis, neq; tam lōga, neq; tam sumptuosa ea fuisset navigatio, si ad vicinam insulam in Rubro Mari fuisset itum. Quid? quod ea URPHEN vel nihil vel parum rei mercatoriæ contineat, atque producat.

§. 8. *Secundò* alii quipiam cum *Bozio Eugubino* ad istud Ps. 44. in vestitu deaurato, ad imam PERSIAM, *in*

regno

regno ORMUS *transferunt Ophir*, quia & vicinũ & auri prægnans est. R. Cæterum hoc quoq; regnum ORMUS & ima Persia propiora sunt loca, quam ut expeditionẽ triennalẽ requirant. Et quanquam ibi multũ auri & margaritarũm, tanta tamen ubertas & prætiositas earum rerum non est, quanta in reliquis Indiæ provinciis, judice aliquo scriptore Indico. Utut igitur huc vẽnisse dicatur classis aurifera, ulteri9 tamen progressa non negatur.

§.9. Tertio, non procul ab hoc recedit Georg. HORNIUS obs. ad Sulp: Sever, l.1. H.Sacr. p.m. 196. qui ex H. Grotio opinatur esse *Aphar*. *Cogitemus*, inquit. an *forte non in Indiam, usq; iverint naves phœnissæ & Judaica, sed ad oppidum adsitum sinui Arabico, quâ is ad Oceanum spectat, quod Aghar vocat Arrianus, Plinius* SAPHAR, *Ptolom. Sapphara, Stephanus Sapphirinam*

nam

nā, ut Indi nempe suas res huc tulerint, inde autē petierint longius ab india absiti, Veruntamē sicuti hic Hornius nō negat amplius excurrisse naves Judaicas, hic autē quasi in tuto aliquo portu & celeberrimo emporio ad merces cōparandas & comutandas aptissimo, da eine Niederlage von allen Ost-Indischen Orten / ein Stapel und Handel-stadt gewesen / paululum substitisse; ita, vel ipso Hornio arbitro, AGHAR, quod oppidi nomē est, nō potest esse Ophir, quæ totā complectitur regionē. Imo si totū *regnū Ormus seu Armuzia Ophir* non fuit, Sapphar quoq; Persicum istud monopolion esse non potest.

§. 10. Quartò *Sam. Bochartus l. 2. Geogr. Sacr. c. 26. p. m. 160. & l. 1. c. 46.* refert *ad* ZEILAM, *seu Taprobanā, in qua portus Hippur9, quē Phœnices & Græci appellarunt Ophir*. Quibus calculum addit Ioh. Lindschoten in Navig. Indiæ Orient. c. 19. Bochartum hunc

ut

ut plenius intelligas, ita habe. Duplicē terrā Ophir facit, Unam in Arabia prope Sabæos, alterā in Indiâ. Illā fuisse Cossanisin Ptolomęi & Stephani, quos Diodor9 Gasandes & Agatharchides Casandos ex Jectane oriundos vocat. Hanc vocat Davidis Ophirā, ex qua David tot pondo auri acceperit 1. Chron. 29. 4. sed n ubi est locus Assyriæ non Arabię in hac nulli Elephāti ipso fatēte. Altera India, Zeilan Taprobara p. 160. Por-t9 ibi Hippurim s. Hippor9, quē Phœnices gręce reddiderint Ophir. Hæc non est Sumatra, ut Scaliger Rhamusius, Mercator, Orosius, Stuckius volunt, Sed Zeilan. Boch. in Chanaan l. 1. c. 46, p. 770, & Salm. ad Solin. f. 110.

§. 11. Quinto, Joh. Petrus Maffæ9 l. X, H. J. p. m. 302. & l. XVI. p. 755. censet Ophir esse Indiā extra Gangē, ad urbem, quæ Ptolomæo dicatur *Triglypton*, hodie autē vocetur PEGU, cum

quia ibi copia auri & argēti maxima, tū quia ex *Bomferri, ex familia Franciscana Sacerdotis natione Galli*, literis constet, quod *Pegusii* originē suā à *Iudais exulibus* ducant, qui à *Salomone damnati ad Offirinas aurifodinas ea loca primum tenuerint.*

§.12. Sextò Laur. Anania in Fabrica Mundi tract. 4. & alii quidā apud Gvidonem Fabritium, *Pererig item* l.3. in Gen. d. 4. & l. 15 d. 11. p. m. 415. ad MALACAM *Syncapurano impositam freto, Regionis Indiæ Gangeticæ maritimam*, quæ potentissima & opulentissima ferè omnium est, omniumq; rerū ad Salomonē allatarum apprimè dives, referunt Ophiriticam terram.

§.13. *Septimo, Ioh. Tzetza & Barradas* Ophiræ sitū assignāt *Insulæ* SUMATRAE, quæ sub ipsa Linea æquinoctiali sita est; apud Ptolom. *Zula*, & *Simundi*, apud Arabes *Azebani*, apud Africanos *Achamba* vocatur. Profert aurū & argentū & marmor testudini simil

simile, gemmas preterea & margaritas præcipuæ bonitatis. Tantæ magnitudinis est, ut in aliquod regna dividatur. Hanc nostris seculis *Didaco Lupio* in alto Ganget. vect⁹ ingressus est ap. *Maffejũ* l. 4. H. J. p. m. 180.

§. 14. *Octavo* audiendus quoq; est *Ioseph* : *l.* 8. *Ant.* J. c. 2. qui vocat CHERSONESUM AUREAM, *seu auream Terram.* quem sequuntur *Procop.* & *Theodoret.* *Duæ enim sunt Insulæ*, (inquiunt) *extra Indi ostiũ, quarũ altera ex auro Chryse, altera ex argento Argyre nominatur*: Et quamq. alia etiam loca hæc nomina habuerint, ut *Chryse* oppidũ Apollinis prope Lemnũ, & alterum in Hellesponto ad Abydũ & tertium in Æolide: Item *Chrisopolis* Bithyniæ prope Chalcedonem, in qua Thesaurus ex vectigalibus civitatũ pro Persa collectus conservabatur: Ita quoq; *Argyrunthũ* opp. Illyrii, ex argento nomen tenuit: Unde quoq; *Chryssei* populi Indiæ, & *Argyrini*, gentes Epiri,

ex auro & argēto nomina duxerunt, ut ap. *Georg. Agricolā* de Vet. & Nov. Metallis legimus. Specialiter tamen in orient. Indiæ parte *Aurea & Argētea regio salutatur, quæ hodie Peguana & Malacanâ ditione cōtinetur*. Fabula est, solum Chryses aureum esse, apud Melam l.3 c.7. Plin. l.4. c.46. Fabula est, *montes aureos esse qui à Leonib9* incolantur. ad quos nulli accedere audeant, nisi qui in navi stantes juxta litt9, terrã, quam unguibus leonum effossam invenerint, in navē recipiant, ut si bestiæ eas viderint, facile se in mare recipere possint, ut est in *Gloss. Ordina ad l. 3. Reg. 9. Rabar. & Isidorū l. 14. Etym. c. 8. Alph. Tostatum* in 1. *Reg. 9. q.* 22. *f.* 121. sed fabula ea est. Id quod ipse agnoscit *Plinius l.* 36. c. 49. & *Arrianus* l.5. Gestor. Al. M. & *Job. de Pin.* in Job. 28, 7. p.m. 506. Imprimis ideò, quia regionē istam, in qua *gryphes seu gryphi custodes* auri memorãtur, in *Scythia* collocat *Pomp.*

Mela

Mela l.2, c.1 *Solin9 c.*19. & *Plin.*l.7.*c.*2. ubi *Arimaspi* uno oculo in fronte insignes cum gryphis bellare dicuntur, fabulę sunt. Id interea â vero nõ abludit, quod *Nicol. de Lyra* addit, terrã istã Chryses in fornacẽ projectam igne ab impuritatibus purgari, & sic remanere aurum purum. Ea enim ad coctionem auri in Alembicis, & defœcationẽ ejusdẽ pertinẽt.

§.15. *Nono* deniq; quid *nobis maxime placeat, sine ullius prejudicio,* sine ulla arrogantia subjiciem9. Quemadm. ex dictis probatum est, OPHIRAM esse in India Orient. ita putam9 *ejus* quantitatẽ & situm nõ ita esse in una vel altera insula aut regione coarctandum, ut vel sola Sumatra, vel sola Pegu vel alia aliqua Insula Orient. sit, *sed extendẽda potiq hac Aurea Chersonesus est, & constituenda cum ampliatione quadam in Sumatra, Malaca,* SIAN, *Pegu,* BENGALA, *aliisq; contterminis & finitimis insulis, ac continentibus*

terris.

terra, quas omnes Ophiri lectanici nepotes longa serie nati oppleverunt & incoluerunt. Ita statuentes nobiscum invenimus *Car. Steph. in dict. Geogr. p. m. 855. Corn. a Lap. Com. in Ier. 10. p. m. 96 b. Thom. Malvendam Setabitanum l. 4. de Antich. c. 24. p. m. 269. & Ioh. Pet. Maffaeum l. 1. H. I. p. m. 37. Salmuth. ad Pancir. Nov. Rep. tit. 1. de N. Orbe n. 32.*

§. 16. Quemadmodũ istud quoq; elargimur, nautas Salomonæos in excursu recursuq́; non in uno saltem emporio hæsisse, aut ex uno saltem territorio merces emercatos esse, sed ut hodienum fieri consvevit, *permutatione mercium* facta exsuxerunt divitias & pretiosa quęcunq; quorũvis locorũ, quorũ littora finesq; attigerant. *Cur enim nõ imposuissent navib9 in Pegu, quae ea terra suppeditabat aut cur sprevissẽt, quae in vicinioris Cambaja, Decan, Zeilana, Orixa, Bengala, aut remotioris Camboja, aut Campa, aliisq;*

isq; pluribus obviis insulis haberi poterant? ita tamen, ut *ex Ophira i.e. India Gangetica seu Chersoneso*, ea præprimis, quę Pegu, Sian, Malaca, & Sumatra continētur, omnium & singularū mercium genera acciperent & accipere possent, quæ Salomoni afferenda erant. In retrogradatione autem etiā fructus & bona Indię intra Gangē, (ut sic loquar) defloravisse credūtur, quib' scil. opus adhuc habebant, quorumq; copia ejus fieri poterat.

§.17. Ex dictis facile judicari potest, an rectè statuatur, quod *Ophira sit Insula*, ut ait Hier. & Perer. l.25. d.11. n.153. in Gen. aut quod *sit peninsula*, quemadm. Theodoret. dicit: Rectiꝰ enim statuitur, quod *integra provincia, quæ & continēti, & insulis concluditur*, appellanda sit. Perinde ac si quis quęreret, *an regnū Daniæ sit Insula an Peninsula?* id responsi caperet, *quod regnū hoc insulis & continente terra continentur.* Verū jam hic, quia OPHIRAM

SALOMONIS delineamꝰ & ubi locorũ sit, invenimus, acquiescimus.

****

CAPVT VII.

DE TEMPORE INSTITUTÆ ABSOLUTÆ, ET CONTINUATAE NAVIGATIONIS SALOMONAEAE.

NOvum controversiarũ caput aggredimur in *Navigio* nostro *Salomonaeo* occurrentiũ, quod est de TEMPORE, non minus intricatũ & dubiũ, quã priora fuerunt. Nos autẽ meliocris doctrinæ ergò ita procedemꝰ, ut primũ TEMPUS INSTITUTAE, deinde ABSOLUTAE, & tertiò CONTINUATAE Navigationis eventilemus. Videmꝰ enim utrinq; quosdã hallucinari autores, eosq́; gravissimos viros, quorũ quidẽ non tam corrigere sententias est animꝰ, quã veriorẽ, & fontibus sacris cõsonantiorẽ eligere & tueri.

SECT.

SECTIO I.

DE TEMPORE NAVIGATIONIS INSTITUTÆ.

§. 1. *Tempus Instit. Navig. non expressum unde petendum?*
2. *Joh. de Pineda ponit sub initiũ regni.*
3. *ex quo fundamento?*
4. *Alph. Tostatus in* MEDIETATE *regni.*
5. *ratio ex copiis petita.*
6. *Non nemo tribuit infelici & Apostatæ Salomoni anno regni 32. seq.*
7. *Correctio hysterologica.*
8. *Quia divitiæ sunt effect9 divinæ promissionis.*
9. *& Salom. divitiæ ex Navig. subortæ.*
10 *Opera ex lignis Ophiranis facta.*
11. *declaratus locus* 1. *Rheg. III,* 13.
12. *præparatio fieri potuit annis antecedaneis.*
14. ἐναντιοφανεία *Chronologica in* 1. *Reg.* 9, 6. *tollitur.*
15. *Objectio Pinedæ de Lignis Algumin.*

16. *Resp.*

16. *Resp. ad Maj. Dist. inter necessarium apparatum & superfluum ornatum.*
17. *Resp. ad Min.*
18. *Quid Misad? quid Mesilloth?*
19. *non signif. columnas.*
20. *non postes, non scalas.*
21. *sed fornicem testudineatum* Künstl. Herren-gang.
22. *fundamentum.*
23. *consensus Bibl. Batavorum.*

§. 1. Circa Tempus Institutæ Navigationis expendendum est, *quo mundi, quo Imperij anno* Salomon *primitus navigare* inceperit? Quâ de re iterû expressè in libris *Regũ aut Paralipomenon* scriptum non est; Ex circumstantiis itaq; & statu Imperii Salomonæi omnia dijudicanda sunt.

§. 2. *Joh. de Pineda, Hispalensis Jesuita in Salom. Prævio l. 4. c. 4.* admodũ *maturã classis Salom. excursionẽ* fuisse opinatur, quod nimirum statim post acceptã sapientiã, dũ *res domesticas & regni* componeret, de adornandâ

classe

classe cogitaverit, & fortè *quarto anno Regni, cum jecit fundamẽta templi, vel uno aut altero anno post fundamenta jacta.* Quam suam sententiam clarius in *Chronologia Salomonis* exponit, dum annos regni & ætatis numerat. Nã ad *annum ætatis XXII. & regni II.* hæc habet: *Salomon agit cũ Hiram, de adornãda classe in Ophir & Tharsis, quæ simul cũ Tyriis, & Sidoniis aurum & argentũ ad Templi expensas & alia Regalis magnificentiæ opera abunde suppeditarent.* Statimq; subdit: *Abit Salomon in Asiongaber ad vidẽdã & urgendã classẽ, quæ parabatur in Ophir.* In eadẽ *Chronologia* ad annũ ætatis *XXXIII. regni verò XIII.* iterũ *euntẽ & redeuntẽ classẽ* allegat. Quanquã itaq; *Pineda* nihil certi determinet, sed *modò ad annum Imperij secundũ*, modo ad *quartum* INITIUM NAVIGATIONIS, & *reversionẽ* ad TREDECIMUM & sequentes annos collocet: Istud tamen ex eò certum, quod sub initiũ, & non in medio, aut

ad

ad finem regni, ut alii autores faciunt, Navigationem auspicetur.

§. 3. Potissimũ ej9 fundamentũ est hoc, quod *ligna Algumim*, quę classis *appertavit ex Ophir*, in usum *Templi, dom9 regiæ, Cithararũ, Lyrarũq; Musicarũ* fuerint adhibita, uti legim9 1. *Reg.* 10, 11. Et 2. *Paral.* 20, 10. Tẽpli autẽ fundamẽta pôsita sunt statim *anno Imp. Salomonæi quarto, quod est* 1. *Reg.* 4, 1.

§. 4. *Alphonsus Tostatus in* 2. *Paral.* 1. *qu.* 1. conjicit *primam Salomonis expeditionẽ Ophiriticã in* 11. *aut* 12. aut seq. *Regni annos* post *absolutum & conditũ templũ*, & *forteeriã domos suas*. Ea potissimũ causa motus, quia *si tantas divitias citi9 accepisset ex redeunte classe, versurã istã Tyriã cũ Hiramo facere nõ habuisset opus*, â quo tamẽ *CXX. talenta auri* accepisse, proque istis jure commutationis terram *Cabul* tradidisse legitur. 1. *Reg.* 9, 13.

§. 5. *Thom. Cajet.* in 1. *Reg.* 9. *longius* extendit temp9 institutæ Navigationis

nis, utpote quod rejicit in 22. *& seqq. regni annos*, quia *longo tẽpore, ad tantas opes, quantas poßedit, conquirendas ex vectigalibus, muneribus, tributis, negotiationib9 & classib9 op9 erat*, ut tanto in flore *aula Salomonæa* esse non potuerit, nisi *mediam regni ætatem*, & quod excurrit, *attigißet*.

§. 6. Est quoq; qui non *felici*, sed *infelici Salomoni* hanc *felicitem nauticã* attribuit, opinans, tum demũ naves exiisse, & rediisse *ex Ophir* primũ, *cum nimium exoticis mulierculis & fœdis libidinibus sese implicuißet, vitamq́; corruptissimam duceret*, postquam *Templum & Palatiũ regium* perfecta erant. *eũq́; tanquã oraculũ Hierosolymitanũ. & uberrimũ sapientiæ fontẽ* Sabæa regina jãdũ visitaverat, & incredibilis ej9 luxuries eundo crescebat, quod paulo post *trigesimũ secũdũ aut tertiũ regni annũ* accidisse persuademur.

§. 7. Sed (ut ὑστερολογίαν faciamus.) *Istis duab9 posterioribus*, utut plausibi-

libus

libus cōjecturis assentiri neutiquam possumus.

§.8. I. Quia *ista regni & Salomonis felicitas*, isteq; *divitiæ erant effectus alicujus divinæ promissionis*; Adeoq; credibile non est, DEUM, uti omnia alia bona in Salomone juvene cōpleverat, & *sapiētia ac splēdore nominis pace* quoq; *securissima eum donaverat*, unū hoc bonū divitiarū promissū in longe secuturos años, atq; decrescentē propemodū Regis splendorē differre, & seni demum dare voluisse.

§.9. Imò II. ex *divitiis istius navigationis maturatione & festinatione amplissimū regni judaici decus & ornamentum sperabatur.* Et ipsa *Script. Sacra*, si penitius evolvatur, indicat, quod *demū tempore Navigationis exstiterit, & ex navigatione ista profluxerit tanta auri argentiq; & aliarū rerum copia.* Omnia *vasa*, *ê quibus Rex potabat, erant aurea, & universa suppellex dom⁹ saltus Libani de auro purissimo. Nā ar-*

gentum

gentum nullius erat pretij in diebus Salomonis. Classis enim regis per mare cũ classe Hyrã semel per tres annos ibat in mari, deferens inde aurum, argentum, dentes Elephantorũ, Simias & Pavones. Magnificatus igitur est Salomon super omnes Reges terræ divitiis & sapientia. 1. Reg. X. v. 21. 22. 23. Et vicissim *2. Paralipom. 9. v. 20. & 21. Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidẽ naves regis ibant per mare &c.* Ergo tàm sapientia, quàm opulentia Salomoni tantũ apud suos & exteros splendorem conciliarunt. Opulentia autem quam maximè etiam ex Reditibus Ophirinis erat.

§. 10. Oportuit quoq; III. classem egressã & reversam fuisse non longè post *absolutum templũ, & constructam* regiã, quia ex *lignis Ophiriticis ad domum domini gradus transversi fulcrorum, & instrumenta musica sunt præparata,* uti expressè scriptũ est, *2. Paral: 9. v. 10.* quod etiã todidẽ verbis extat.

1. Reg.

1. *Reg.* 10. Verolim autē nō est, ista sive *tabulata sive gradꝰ* demū in decrescē-te imperii tempore fuisse confecta.

§. 11. Neq; obverti huic sententiæ potest, quod 1. Reg. 3, 13. extat: *Dedi tibi divitias. Dedi inquit, cum Dominus in somno apparens jā tū dedisset sapientiam.* Ut ita alius articulꝰ temporis, quo sapientiam, & vicissim alius sit, quo divitias accepit. Nā hic locus in 2. *Paral.* 1, 12. ita redditur: *Sapientia & scientia data sunt tibi: Divitias autē & substantiā & gloriā dabo tibi ita ut nullus in regibus nec ante nec post fuerit similis tibi.* Ex quibus talis cōciliatio instituenda: *in ea nocte, qua data dicitur scientia, etiā dicuntur data divitiæ à patre relicta, quæ immensæ erant ex Josephi lib. 7. cap. 12.* Quanquā tutius ad *Enallagen temporis* confugiatur Hebræis usitatam, qua *præteritū pro futuro majoris certitudinis ergo ponitur.* Quare idem est: *Dedi divitias atq; dabo tibi ita fideliter & certè,* ut

quæ

quæ promissæ sunt, pro concessis jam ferè existimari possint.

§.12. Quæ porrò ex *duabus prioribus* veritati sit vicinior sententia, paucis despiciemus. Probabilior mihi est *Tostati*, quã *Pinedæ* opinatio, ex hoc potissimũ fundamento. Quia 1. *Reg.* 6, 1. & 2. *Paralip.* 3, 1. ita scriptũ est: *Anno quarto* (*mense Ziph, qui est mensis secũdus,*) *regni Salomonis super Israel ædificare cœpit domũ Domino*: Et vicissim: *Anno undecimo, mense Bul,* (qui est mensis octavus) *perfecta est domus in omnibus utensilibus suis*: *Ædificavitq; eam, annis septem. Septennium* igitur cum *sex mensibus* structurę templi impensũ est. Jam autẽ statim â consumatione templi in *Asiongaber maturavit ad* conficiendam & emittendã classẽ, uti legimus 2, *Paral.* 8, 17. *Tunc* (cum scilicet pręparavisset omne opus, ad domum domini, *v.*16. *Tunc*, inquam, *abiit Salomon in Asiongaber*, *& in Ailath ad Oram Maris Rubri, quæ est in terra Edom. Misitq; Hiram servos*

suos, & abierunt cū servis Salomonis in Ophir, tuleruntq́; inde &c. Quapropter, *Quo anno Salomon constituerat omne op9 tēpli, eo anno etiā emisit classē ex Asiongaber.* At *illud cōstituerat anno undecimo. Ergo anno undecimo etiā emisit classē. Majoris* connexio fundata est *in connexione tēporis notati. 2. Paral: 8. v. 16. 17. Min: est antea enucleata.*

§. 13. Potuit interea fieri, ut annis præcedentibus uno aut duob9 cum *Hiramo fœd9 iceret, ligna naviū comparares, ratesq́; ipsas combinari curaret ut parata esset ad suum adventū in Ailath & Asiongab. classis Ophirana*, quod utiq; â tanto apparatu alienū nō est.

§. 14. Nihil huic assertioni obstat, quod 1. *Reg. 9, 16.* Ista *navium ædificatio & velificatio recitatur, post absolutionē Regiæ, v.* 10, itemque post traditionem *Terræ Cabul. v.* 12. Quorum pars viginti annos post prima templi stamina contigit. Nā isto in loco nō est *connexio CHRONOLOGICA, sed RE-*

CI-

CITATIO HISTORICA, qua *quasi per partes* opera Salomonis descri-buntur, non *secundum intervalla temporis*. Neq; enim dicitur, *tunc Salomon fecit classem*; Sed sine temporis notatione: *Fecit quoq; Salomon classẽ* &c. & in 2. *Paral.* 8, 17. particula IN extat, quę *certam temporis cohæsionem* notat; Eaq; referenda est non ad *absolutionem operis, sed ad fundationẽ*, cuj9 ibi fit mentio.

§. 15. Sed quid de illo nodo Pinediano fiet, quẽ ille ut Gordiũ cõstrinxit in nostram hypothesin? Ex quo formari potest argumẽtum tale: *Cujus classis ligna in structurã tẽpli adhibita sunt, illã classem oportuit esse reversam ante undecimũ regni Salomonei annũ. Atqui classis Ophirana ligna in structurã tẽpli adhibita sunt. E. classẽ Ophiranã oportuit esse reversam ante XI. annũ Maj. prob.* quia XI. regni anno templum cũ omni suo opere fuit absolutũ, quod paulò ante §. 10. dedimus pro

probatum ex 1.*Reg.*4,38. *Minor* exstat 1.*Reg.*10,11. *Et* 2. *Paral.*9,10.

§.16. Ad disjiciendum hunc nodū gladio Alexandri opus non est. Nā (1.) ad *Maj.* potest observari, quod ad *cōplementum artificii partes essentiales & necessariæ* sufficiant. *Reliqua non necessaria vel ornamenta, vel sculptilia, vel pigmenta, vel fulcimēta, vel subsellia, vel Nablia, vel grad⁹ ascēsorij* nec ponunt nec impediunt absolutionē tanti operis. Quod si itaq; statuatur, *ista ligna Algumim* fuisse nō *in necessariam structuram*, sed in *superfluum & nō necessarium ornatum adhibita*, tunc nulla vis cōcludēdi in syllogismo est super. Ita enim si limitetur maj: *Cujus classis ligna in necessariā & quasi essentialem templi structuram adhibita sunt, illam classem oportet esse reversam ante XI. regni annum*: negabit *Min.* ex dictis: *Nam ligna istius classis adhibita quidē fuissent in usum templi, sed superfluum*: Adeoq; citra eorum usum absolutum & perfe-

ctum fuisset templi opus.

§.17. *Deinde* ad *Minorē* sciendum, quod adhuc sub Judice lis sit, in quē usum ligna illa cesserint. Eaq; in re potissimum sacer nobis consulendꝰ est textus. Duo autē sunt loca, sed diversa de utrisq; judicia. Nā 2. *Par.* 9,10. scribitur quod Salomōex lignis Algumim. fecerit מְסִלּוֹת לְבֵית יי *elevationes in Domo Domini*: Et 1. *Reg.* 10,12. dicit *Salomon. fecisse* ex iisdem lignis orientalibus מִסְעָד *fulcrum Domus Domini & domus Regis*. Ex quibus patet, quod hic dicitur מִסְעָד, id illic dici מְסִלּוֹת. Quid autem vel istud vel hoc fuerit, dubitationis aleæ subjacet.

§.18. Nam מִסְעָד, quod est ex R. סָעַד *fulcivit sustētavit* significat *fulcrum, aut fulcimentum*, secundum Buxtorffium, qua de causa etiā Lutherus reddidit Pfeiler im Hause des Herren/ *Columnam*, secundum R. D. Kimchi, *pavimentum*, secundum

R. Salom. J. secundum alios *repagulum* notat. Quod quia unico hoc in loco tantum occurrit, ideò divortia opinionum sustinet. verum istud מְסִלּוֹת quod est ex R. סלל *aggeravit, contumulavit*, propriè significat *aggestas stratas & tritas vias* ex fœminino sing. מְסִלָּה, quę vox *Es.* 11. v. 1. & c. 33. v. 8. *viam stratam Fullonis* significat, eine Bahn. Similiter *Es.* 7 v. 3. redditur in *calle*, seu *per aggerē suum*, *Joelis* 2. v. 8. *in ordine suo, in statione & via sua*, qua exercitus hostilis ire solet. *Es.* 49. v. 11. *Ps.* 84. v. 6. dicitur: *strata viæ in corde eorum* i. e. *planum & rectū est cor eorum, qui ambulant in viis tuis.* *Jud.* 20, 32. *Ad stratas semitas.* 2. *Sam.* 20, 12. Ex quibus locis significatio ꝯ mesillath manifestissima est, quod significet ejusmodi *aggestam viam*, *quâ tanquam in plana, & minus molesta semita seu curriculo inoffenso pede progredi licet. Lutherus reddit,* Treppen im Hause des Herren.

§. 19 Cæterum an Hebræum מסלות propriè *scalas*, Treppen oder Steigen/ & מסעד propriè *fulcra seu columnas*, Stützen oder Pfeiler/ inferat, de eo mallem aliorum eruditorum potius judicia audire, quam meum dare. Istud tamen mihi videor pronunciare posse (I.) Quod nec *Mesilloth*, nec *Misad* fuerint *columnæ in æde Hierosol.* cùm, quia *columnæ aliud nomē apud Hebræos* sortiuntur, nimirū עַמּוּדִים 1. *Reg. VII.* 15. *& seqq. Et Jer. LII v.* 17. tùm, quia *materia columnarum in templo ÆNEA fuit, nō lignea*, uti expressum est Jer. LII. v. 17. *Columnarum autem in domo Regis materia fuit CEDRINA, non ALGUMINA*, uti est 1. *Reg. VII. v.* 2. Quem morem *columnarum & trabium ænearum* etiam aliæ gētes (ex κακοζηλία credo) imitatæ sunt. Romani, post *proditū, à Tarpejâ, Capitolinum decretum fecerunt, ut cardines*

portarum ex ære fierent, ut, cum a
rentur, striderent. Imo & plure
bes ære fusæ ponebantur. Quo vi
alludere Virgil. quando de *Ca*
ginensi Didonis templo 1. *Æneid.* sc
Hic templũ Junoni ingens Sidonia
Condebat -- -- --
Ærea cui gradib⁹ surgebant limin
xaq; (
Ære trabes: foribus cardo stride
Sic in *Pantheo*, Jano, &c: *sacell*
trabes, valvæ & columnæ æneæ fu
§. 20. (II.) Quod *Mesilloth* &
sad non fuerint *postes* seu *sust*
cula ædium, partim inde constar
postes hebraicè appellãtur ה
1. *Reg. VI. v.* 31 & 33. *Exodi* XX
Ezech. XLV. v. 19. *partim* etiam
quia *postes templi fuere ex lignis*
gineis, non ex ebeno, uti scriptu
1. *Reg. VI. v.* 33. (III) quod
מסלות nec מסעד fuerint *scal*
gyrus cochlearis, Ein Wendel
non solũ eâ de causa, quia talis
a

apud *Hebræos* dicitur לול vel לולים in plurali, quemadmodū *1. Reg VI. v. 8.* extat, ſed etiam ideò, quia *iſti Lulim ab imô ad medium & ſupremum tignum ſeu ſegmentum tēpli attigerunt*, adeòq; pertinuiſſent *ad interiora, non exteriora templi.* (IV.) quod מסער non fuerit *gradus*, ſeu *aſcenſio graduum*, Eine Stuffe der Treppen/ oder Sproſſe an der Steige-Leiter/ patet, quia iſti dicuntur מַעֲלוֹת *1. Reg. X. v. 19.* ex ℞ עָלָה *ſcandit ſeu conſcendit.* Uti *Ezech. XL. v. 26. Amos. IX. v. 6. Ezech. XLIII. v. 17. Eſdr. VII. v. 9.* deſcribuntur. Quibus addi poſſunt loca *2. Reg. XX. v. 9. & 10.* ubi ſex מַעֲלוֹת *in ſolario Achabi commemorantur*, & *2. Paral. IX. 18.*

§. 21. Quid ergò? Dicam breviter, quid ſentiam, non ut aliorum accurata & limata judicia præoccupem, ſed ut quæ ex collatione locorum hauſerim, in medium pro-

ducam. מסעד, quod est singulare, notat *totum ædificium, quod suis inni-tebatur* sive מְזוּזוֹת sive עמ·ד·ים habebatq; ad latera מסלות hoc est *aggestas vias, seu ascẽsorias scalas, quib9 ibant, qui Regem comitabantur, & ejus latera* claudebāt, *quotiescunq; è domo regiâ in templum ibat, aut è tẽplo in Re-giam revertebatur.* Istud itaq; ædifi-cium integrum fuit, *fornix aliquis te-studineatus* seu *crypto-Porticus seu Ca-vædium aliquod artificiosissimũ ex ligni Algumim elegantissimè confectum, va-rijsq; sculptilib9 & picturis exornatum,* Ein künstlicher Herrengang/ *cõtigna-tione continuâ cum regiâ & tẽplo cohæ-rẽs, ita ut eodem fornice quoq; abscessu aliquis in continuos muros duceret.*

§. 22. Quod omne colligo *partim* ex 1 *Reg. X.* 5. ubi *tabulatus iste forni* dicitur tanti artificii fuisse, ut Re-ginam ex Saba etiam rapuerit in stuporem. Et *vidit Regina domum*

quam

quam struxerat, & cibum ejus mensæ, & habitationem servorum ejus, & satellitium ministrorum ejus, & vestimenta eorum, & pincernas ejus וְעֹלָתוֹ *& ascensum ejus seu fornicem scansoriū seu ambulatorium,* אֲשֶׁר יַעֲלֶה בֵּית יְהוָה *quo ascendebat in domum Domini; Partim* etiam ex *ruderibus Hierosolymitanis,* quæ Nehemias citat *cap. XII.* Ubi Levitici Sacerdotes encœnia murorum celebrantes, dicuntur *à portâ fontis ascendisse* עַל מַעֲלוֹת *super gradus civitatis David,* בְּמַעֲלֵה *in ascensu ad murum desuper domum David v. 37. Alter chorus ex adverso ivit super murum & portā Ephraim &c. conveneruntq́ duo chori ad portā custodiæ, & steterunt in domo Domini v. 40. Adeoq́; ex domo David in muros, & ex muris in domum Domini contignatio fornicis fuit.*

§. 23. Totum itaq; hoc *sive tabulatum,*

latum, sive *laquear*, sive *porticus ex ligno Ophiritico*, quod dicitur *Algumim*, fuit confectum, & artificiosissimis cælaturis & sculpturis incisis distinctum. Ita ergo totum ædificium vocatur מִסְעָד 1. *Reg*. *X*, 12. Quãdo autem 2. *Paral*. *IX*, 10. mencio fit מְסִלּוֹת, id per synecdochen partis pro toto intelligendum est. Et ita invenio etiam hoc omne intellexisse *Theologos Batavos*, quando in *Bibl*. ad 2. *Chron*. *IX*. 11. ita ἀναφοράζουσι: Hooge ganghen tot het Huys des Heeren / hebbende aen beyde zyden Handlenen ende onder Steenselen / waromb sy ock Steenselen genaemt zyn 1. *Reg*. *X*. 12. Door dese gangen gieng men von het Huys des Conings tot het Huys des Heeren. Siet 1 *Reg*. *X*. 11. & ad 1. *Reg*. *X*. 12. ita addunt ad Steenseulen. Verst. hier med

vnē

vaëlien onder settingen ofte handlenen an de galeryen/door de welcke men giengt van het huys des Coningks tot in den Tempel. *Quod adhuc* clarius exprimũt in *1.Reg.X.5.* quando istum transitum regium van den künstlicken Galereyen intelligunt: synen opganck. Verst. dit van den kõnstighe Galereyen/waar door de Coningt van syn Huys opgieng/of oock van het statelick gevolghet/welcke hem hier in vergesellschapte.

§. 24. His ita sese habentibus, *porticuq;* ista *regiâ* sic constituta, apparet: Usum lignorum Algumim nõ in usum ipsius templi, sed alius cujusdam fornicis ad domum Domini, & ad domum regis extructi, adeoq; non in interioribus templi, sed ad exteriora ejusdem latera sitam structuram fuisse. Tantum

igitur abest, ut absentia istius li
Orientalis potuerit sufflamin
absolutioné templi, ut potius t
plum fuerit absolutum, absol
quoq; regia esse potuerit, cum
jus fornicis contignatio utriq;
poneretur.

§. 25. Quod si Joh. de Pin
urgeat, quod dicantur לוּת
לְבֵית־יְיָ *in domo domini*, non *ju*
eam aut *in contiguo* ejus, reponir
ei, quod particula לְ non præ
significet *in*, sed sæpe quoq; *ad*,
juxta, Utpotè *Gen*. 49. 13. Zebu
לְחוֹף *ad portum marium* habita
& *ipse* לְחוֹף *ad portum naviu*
Nunquid *in ipso portu* habitavit
bus Sebulon, *an potius ad portus*,
juxta *portus marinos*? Et talia pl
passim sunt obvia. vid. *Glass. P*
Sacr: l. IV. tr 1. obs. 6. p m 6
Sensus igitur est, quod istæ לוּת

f

fuerint *ad domum seu juxta domũ Domini.* Quâ de causâ etiam I. *Reg.* X. 12. ita redditur, ut non minus *ad domum Domini*, quam *ad domum Regis fuerint*, quia per contiguam contignationem cum utraq; æde conjungebantur.

§. 26. Potior ergo nobis est *Alph. Tostati*, quam *Pinedæ* sententia, quod scilicet post *exstructum Templum, adeoq; vel ipso anno XI, vel statim subsequenti classis ista exierit, & intervallo trium annorum redierit.* Quod etiam suarum thesium oblitus non diffitetur *Pineda*, quando in *Chronol. ad Ann. Æt. XXXIII & Regni XIII.* ita scribit: Eunt, *redeunt feliciter classes, redundat non solum domus regia, sed & universa Jerusalem argento & auro, Rege liberalissimè, quæ sua erant, dispertiente civibus* I. *Reg.* X. 27. 2. *Paral.* I. 15. *Eccl. XLVII.* 20. &c: ubi felicitatem divitiarum, quæ potissimũ ex classe

regia numerabantur, ad *annum tredecimum* alligat, & tamen ſupra ad *annum quartum* urſerat.

§ 27. Similiter neſcio, quid inciderit *Pinedæ*, cum *Toſtatum* allegaret & *Cajetanum*, ut *hunc illo priorem faceret*, & *illum (Abulenſem) hujus (Cajetani) opinionem probaviſſe* diceret: Cum hæc non leviter in ætates horum autorum impingant. *Incogitantiam ego hanc interpretor, non inſcitiam Pinedinam*, cum melius ſciverit Toſtati & Cajetani ætates diſtinguere. *Cajetan⁹* enim *dubio procul poſterior Abulenſi eſt*, utpote qui vixit circa *A. C.* 1500 *& mortuus anno* 1534. Cũ contra *Abulenſis integros octoginta annos ad minimum ante* deceſſerit, utpote qui *mortuus eſt in millenario decimo* quarto, & ſub Pontificatu *Eugenii IV.* floruit.

§. 28. *Annum MUNDI*, quo *Navigium Salomoneum* primũ ſolvit, faci-

Facilius juxta priorem hypothesin Chronologicā delineabimus. Nam *ab Exordio mundi usq; ad IV annum jacti fundamenti, sunt bis mille nongenti & triginta tres*, juxta receptissimum *Henr. Pantaleonis computum*, quem is *habet in Chronol.* Qui & ipse facile potest probari. *Nam à Creato Mundo usq; ad Noe intercesserunt,* 1056
quod exactè ex Genealogiis Patrum primorum constat Gen. IV. & V.

Noe genuit Sem ān ann. æt. (Gen. VI.) 500
Sē tēpore diluv. erat an. (Gen. VII.) 100
A diluvio ad Abrah. nativitatem (Gen. XI.) 292
Abrahā peregrinabātur in Harā, cum esset an. (Gen. XII. & Jos. l. 1. c. 15.) 75
Abrah. Isaac & Jacob peregrinati in Canaan & in Ægypto cum posteris (Ex. XII. Act. VII) 430
Ab ingressu Israël ad annum IV. Salom. (1. Reg. VI. 1.) 480

2933.

His *bis mille nongentis & tribus super triginta, si addantur illi anni, quos constructioni Templi Salomon impendit, emergent* - - - 2940
Qui annus Mundi est *undecimus annus Imperii* Salomonæi. Sive igitur *hoc XI.* sive sequenti *XII.* Imperij anno, *exiisset classis Ophirana*, facile tamen ex hac delineatione unus adhuc *ad Epocham mundi addi, aut* detrahi potest, ut hîc nulla amplius difficultas supersit.

§. 29. Quanquã non nesciamus, alios aliter istos annos numerare, prior tamen certior nobis videbatur calculus, ex sana historia desumptus A. M.

Serarius ponit in 1. Reg. VII.	3130
ex *Eusebii Chron.* colligũtur	4164
Nicephor. Constantinop.	4473
Fasti Siculi	4506
Julius Hilarion	4384
Hermannus Contractus	2934

Ma-

Marianus Scotus	3164
Vincentius Belovacensis	2932
Ado Viennensis	4169
Torniellus, Salian⁹ & Philippi.	3023
Petavius	2972
Bucholzerus	2934
Capellus	2983
Ubbo Emmius	2932

Nobis tamen, ut dixi, *Sethi Calvisii, Funcii, Pantaleonis*, aliorumq; certior & tutior apparet Computus 2933 annorum.

§ 30. Hos *characteres Chronologicos* si ad *Periodum Julianam*, tãquam communem omnium Epocharum receptaculum, reducere vellemus, inveniemus, eos (*annos scil. fundati templi*) *optime quadrare in Annum P. J.* 3697. *& mensem Majum circiter, quo propterea templi fundamenta jacta esse putamus*, inquit Excell. Dn. *Ægid. Strauch. in Breviario Chronolog. l. IV. part. spec. c. 8. p. m. 313.*

Nam

Nam 2933 sunt *Anni Mundi*
763 -- 9. mens. *anni inter P. J. initium & Epocham mundi conditi intercepti*

3696 Anni. 9. mens.

Et vicissim additis annis constructi templi septem:

anni	mens.
2940 ——	6
763 ——	9

3704 Anni, 3 mēses. cōstructi Templi & emissi Navigii.

Quibus omnino conferendus est *Henr. Philippi, Exam. Chron.* V. T. in *libb, Reg. VI. qu. 3. n.* 11.

§ 31. Istud tamen in hoc calculo dubio non caret, *quomodo scilicet isti* 480. *ANNI, qui ab exitu Israëlitarum usq. ad fundationem Templi intercesserunt, sint inter ætates Principum, Judicum & Regum dividendi*: Imprimis quia longe *majus annorum systema*

e

ex *Apoſtolico calculo* confici poſſe videtur, qui eſt *Act. XIII.* 20. *ſeqq.* ubi ſeorſim numeratis *annis Mãſionis in deſerto*, ſeorſim cōputatis *annis Saulis Regis*, etiã *ſeorſim allegãtur anni Judicū*, καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. Huic diſcrepantiæ ut reconciliationem conquirerẽt, alii alias ingreſſi ſunt vias. Nam ſunt, qui cū Cajetano *Codices corruptionis* incuſarunt, ita, ut vel in *Acta Apoſtolica*, vel in *Annales Regum mendum*, incuriâ librariorū aut ſcribarum irrepſerit. Hinc ideoq; pro τετρακοσίοις legunt τριακοσίοις. Aut ſi locꝰ *Apoſtolicus recte ſe habeat, vitium arithmeticū eſſe in libb. Regum putant Nicol. Raimerus, Canus, Eman. de Saa, Joh. Wolterus, aliiq;* qui pro numero 480. *ſubſtituendum eſſe volunt numerum* 580. *annorum.*

§. 32.

§. 32. Hinc *Serarius* diversitatem Calculi nimiam *apud Veteres & Neotericos scriptores* observans, collegit sive opiniones, sive lectiones *decem & septem*, quas *facilitatis causâ, â minoribus numeris procedendo hoc ordine digerit.*

1. *in Glyca p. 11. ponitur Fabrica templi cæpta Anno ab Exodo* 330
2. *LXX. prout Romani & Germani eos ediderunt, citat Sulpitius & Oecumenius Act. 7.* 440
3. *in Lat. Ebræo, & plerisq. Græcis* 480
4. *Ammonius de Reb. Gestis Francor. c. 54.* 489
5. *Beda Retractat. in Act. 13.* 490
6. *Jos l. 8. Ant. c. 5. ex vers. Rufini* 50
7. *Sigonius in Sulpitium* 510
8. *Tyrii apud Theophilum l. 3.* 56
9. *Canus LL. l. 11. ad 12.* 57
10. *Sulpitius* 58
11. *Joseph. in textu & Gelenii vers.* 59
12. *Theophilus c. l.* 60

13. *Jo*

13. *Josephus l.20. c.ult. (apud Abulens. & Pinedam)* 612
14. *Nicephorus c. 4.* 634
15. *Cedrenus* 672
16. *Philastrius 3°. part. Hæres.63.* 713
17. *Quidam apud Nicephor.* 757

Quibus Henricus Philippi adhuc tres alias addit

18. *Clem. Alexandr. l.1. Strom.* 567
19. *Serarius* 680
20. *Petavius* 520
21. *Addo Libbonem Emmium* 479
22. ex *B. Micralii Syntag. H. Eccl.* 507

§. 33. Verum, *uti dato uno absurdo, sequuntur plura:* Ita quoq; concesso *errore in uno scripturæ loco, nullus amplius erit, qui non erroris aut corruptionis possit postulari.* Neutiquam igitur hoc dicendum, aut concedendum est, quod vel *in Actis Apostolicis, vel in Regum libris, vel in ullo aliquo alio Scripturæ Canonicæ loco vitium aut corruptio textus sit.* Quapropter alia quæ-

quærenda eſt ratio, hanc difficulta-
tem tollendi, quæ ex ipſis textus
Græci viſceribus fluit. Nam iſta *an-
norum quadringentorum & quinqua-
ginta computatio in Actis* nō eſt eadē,
*cum computatione annorum quadrin-
gentorum & octuaginta in libb. Regum*,
ſed prorſus alia & *diverſa*, partim
ratione termini à quo, partim ratione
termini ad quem. Nam *hæc* (*in Libri
Regū.*) incipit ab *Exodo Iſraëlitica*, &
deſinit *in quartum Imperii Salomoni
annum*: E contratio *iſta in Actis A-
poſtolicis* incipienda eſt à *nato Iſaaco
& terminatur in tempora Judicum*: &
ita calculus erit legitimus. Nam

An

A nato Iſaaco ad Jacobum ſunt (*Gen. XXV.* 27.) 2

A Jacobo ad introïtum in Ægypt. (*Gen. XLI.* & XLV.) 1

Ab introïtu usq; ad Exitum (*Gen. L.* & Ex. VII. 7.) 2

Ab Exitu ad Ingressum in Canaan in deserto (passim)	40
Ad sortitionem Terræ, deletionem Cananæorũ & occupationẽ Terræ	5
	450

Et quamvis hi ultimi *quinq;* Anni non toti sortitioni, occupationi, & deletioni insumpti fuissent, sed iis *vel pauciores, vel plures*, tamen potest dici, Paulũ usum esse *numero rotũdo & Cardinali, atq; majori*, quod alioquin in sacris *frequens est Act. VII. 6. Gen. XV, 13. Exod. XII, 40. 2. Sam. XIX. 35. cum vers 32.*

§. 34. Proinde isto calculo præsupposito, ita S. Pauli verba accipienda sunt: Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα (scil. τὰ πραχθέντα) ἔδωκε κριτάς. *Et postquam hæc ita transacta essent, quadringentis circiter & quinquaginta annis, tunc eis DEus dedit judices.* Qualiter simi-

simili ferè modo supplenda est ista loquendi formula *μετὰ ταῦτα Apoc. IV. 1. c. VII. 1. & 9 c XV. 5. c. XVIII. 1. c. XX 3. Actor. XVIII. 1. c XV. 16. Luc XVIII 3, c X. 1. c V. 27.* item *μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας Luc I. 24 c. II. 46. Eb VIII. 10.* Ex quibus id saltem colligitur, quod isti *τετρακόσιοι καὶ πεντήκοντα anni per integrum istum cursum annorum* sint computandi ab eo tempore, quo *Dominus Patres nostros elegit vers. 17.* (imprimis autem *Isaacum*, in quo facta est *Abrahæ promissio*, queadm: Genesis & Epistola ad Galatas pluribus exponunt) & *ex iis natum populum, in Ægyptum abductum, ex Ægypto per desertum reductũ in Canaan v. 18. & 19. usq; quo dedit Judices, Samuelem & Saulem vers. 20. seq.* Atq; ita sensus est planissimus, & calculus apprimè cõgruit, docentib⁹ ita *Joh. Tob. Majore in Prax. Apost. h. l. &*

Henr.

Henr. Philippi Soc. J. Theol. & Vienn. Gymnas. SS. Liter. Interp. in accurato Examine Chronolog. V. T. lib. ad 3. Reg. VI. q. 2. n. 13.

§. 35 Cæterum, uti supra monui, isti 480. *anni in libris Regũ aliud principium, alium finem habent.* Nam *initium ducitur ab egressu ex Ægypto, & terminatur in quarto regni Salomonæi anno, seu primo fundati templi.* Quanquã enim *Petavius l IX. de D. T. c. 33. alium* quendam *terminum â quo* hujus periodi annorũ ponat, *ingressum scilicet in Canaan, & trajectionem Jordanis*, tamen nulla hic subest necessitas, quæ nos â clarâ litera avocet, testeturq; computum horum annorum ab Exodo non esse ordiendum.

§. 36. *S. itaq; Augustinus l. XIIX. de C. D. c 22. & Eusebius in Chronico. ita annos istos distribuunt,*

Mo-

Mosi tribuunt	40
Iosuæ	27
Iudicium & Universum	329
Samueli & Sauli	40
Davidi	40
Salomoni	4
Et sic emergit Summa	480

§. 37. Clarissim⁹ Dn. *L.* Strauch, *præcellens Chronologus & Historicus, Fautor & Amicus meus honoratissimu in Breviario Chronol. part. Special c. VIII. qu. ult.* ita ordinat

	Anno
Moses præfuit per	4
Iosua	
Seniores	1
Othoniel	4
Ehu	8
Debora & Barac	4
Gideon	4
Abimelech	
Thola	

Ia

Iaïr	22
Iephthe	6
Abesa	7
Elon	10
Abdon	8
Eli	40
Samuel & Saul	40
David	40
Salomon	4
fiunt anni	460

Postmodum subjicit. *Deficiunt itaq; adhuc XX. anni, atq; hos inter servitutes Israëlitarum dividendos, vel Iosuæ, vel Iudicibus aliis quosdam de iisdem ascribendos esse putamus. Sufficiat numerum integrum nosse; parum refert accuratè scire annos Ducum singulorum.*

§. 38. Si quis tamen adeò rigorosus sit *achronismorum censor*, ei ut aliquo modo faciamus satis, talem nectemus *ex Iudd. libb.* calculũ, ut

ut *Moses habeat annos*		40
Iosua & Seniores	(Jud. II, 17.)	17
Othoniel	(Jud. III. 11.)	40
Ehud	(c. III. 30.)	80
Sangar (paucorũ mẽsiũ) / *Debora & Barac*	(c. V. 31)	40
Gideon	(c. IIX. 28.)	40
Abimelech	(c. IX. 22.)	3
Thola	(c. X. 2.)	23
Iaïr	(- 3.)	22
Iephthe	(Jud. XII, 7.)	6
Edsan	(- 10.)	7
Elon	(- 11.)	10
Abaon	(- 14.)	8
Simson	(Jud XIII. 1. 1. Sam. I. 2.)	20
Eli	(1 Sam IV. 18.)	40
Samuel & Saul	(Act. XIII, 23.)	40
David	(1. Reg. II. 11.)	40
Salomon	(1. Reg. VI. 1.)	4

Et sic præcise proveniũt 480 Anni, atq; isti *Regum loco & libro sua Chronologica veritas & firmitas stat*, manetq; interruptum istud annorum Mundi Systema 2933. *SE-*

SECTIO II.

De

TEMPORE NAVIGATIONIS ABSOLUTÆ.

Summaria.

§. 1. *An Tempus trium annorum?*

§. 2. *An singulis annis Tharsica expeditio sit facta?*

§. 3. *Navis Tharsica seu marina ex tertio in tertium annum rediit.*

§. 4. *Exceptio Pinedæ nulla est.*

§. 5. *Objectio Genebrardi.*

§. 6. *Diluitur ex priscorum difficili navigatione.*

§. 7. *Triennalis itineris causa.*

§. 8. *Alias Tostatus habet non adeo probabiles.*

§. 9. *Circum-navigatores Totius orbis Terrarum.*

§. 1.

QUemadmodum qui amplissima æquora navibus suis dimetiuntur, justo & stato Tempore in *portum* remigrant, ex quo antea erant egressi: Ita consultum videtur, eò nos recipere, unde digressi sumus, *ad Tempus scil. Navigationis Salomoneæ*; Cujus *sectionem primam* expedivimus: sequitur *Secunda*, quæ continet *Tempus Absolutæ Expeditionis Nauticæ: Nunquid ea scil. quo vis Triennio fuerit absoluta & expedita, an verò aliquo breviori temporis tractu?*

§. 2. *Anastasius Synaita l. X Hexaëmeron & Joh. de Pineda l. IV. c. 3. & c. XVI. n. 5.* audent asserere, quod classis Salomonis *singulis annis ex Tharsis redierit*, seducti scilicet homonymia τῆς הַרְשִׁישׁ, quod hîc *non peculiarem regionem, ut Ophir*, significat, sed *magnum Oceanum Orientalē*, in quo ibāt naves Salomonis.

Et

Et cum una eademq; classis fuerit, quæ in *Tharsis*, (i. e. mari) & in *Ophir* i. e. *Indiam Orientalem* tendebat, hanc sententiam prorsus falsam esse oportet.

§ 3. Nam quovis *TRIENNO*, *seu SEMEL in ternis annis* reversam esse, apertè extat scriptũ 1. *Reg. X.* 22. אֳנִי תַרְשִׁישׁ אַחַת לְשָׁלשׁ שָׁנִים תָּבוֹא *Semel in tribus annis veniebat navis Tharsibisch* i. e. navis marina. Hæc clarè ostendunt, quod semel per tres annos, *seu ex tertio in tertium annum* excurrerit, & recurrerit, alle drey Jahr / oder umbs dritte Jahr / quẽadmodũ loquitur *Petr. Laurenberg. Cent.* 3. *hist.* 77. statuuntq; nobiscum Jos. *Acosta l.* 1. H. J. c. 18 *Malvẽda, Tostatus*, Nostratesq; Theologi & Philosophi omnes.

§. 4 Frivolum est, quod *Pineda IV. c.* 16. objectat. *Quod si classis*,

inquit, *anno aut sesquianno redibat,* *quorsum certum & præfinitum tempu* *triennii exspectaretur, ut iterum ador*-*naretur?* Ista conditionalis, *quod s* *redibat anno sesquianno*, est una ex nō concessis. Quî *anno* rediisset? qu *sesquianno*, quæ triennium insumebat excursu & regressu suo?

§. 5. Nec istud, quod aliqui ex *Genebrardo* afferunt, nobis potes obesse, tā *longum tempus, triennale scil.* non *requiri ad absolvendum iter istu* *Ophiriticū*, ideò, quia ex *Asiongaber* *Malaca & Peguana terra aliquo* *Hebdomadum intervallo* poteſt adiri. Hodie enim *quaternis aut quinis se*-*ptimanis exitur eò*, & reditur illuc à Mercatorib⁹ Arabibus & Ægyptiis. Imo *trium annorum spatium totius or*-*bis circum navigationi sufficit.*

§. 6. Resp. Non *eadem facilit* *transfretādi veteribus fuit*, quæ *nostr* *hodie Europæis & modernis Asiaticis es*

Illi

Illis *littora erant legenda, serotina & vespertina luminaria observãda, Helice & Cynosura tenenda, remorum impulsio ad littorum anfractus corrigẽda, varia promontoriorum, sinuum & intervallorum peninsulariũ ambages dimetiunda,* quæ omnia nostri recto cursu in medio pelagi superant, & vel *tricesimã laboris ac tadij littoralis partẽ velocitate velorum. & magnetici compassi utilitate recompensare* possunt. Quod omne Pinedæ sociennus *Gasp. Sanctius Centumputeolanus 3. Reg. X. n. 51. m. 1131.* credit. Nam ita inquit: *Salom. tempore non procul classis subducebat se â terra, sed perpetuo legebat Orientale littus, obibatq; eas regiones, aut hominum conventus, qua metallis aut aromate, aut alio pretiosa navigationis genere abundare credebãtur.* Hinc non sequitur: *Hodie sex aut quinq; septimanis ista terra navigando peti potest E. & â priscis eodem temporis intervallo peti potuit.*

§. 7. Neq; dissimulandũ est, quod cum *Lusitani* sub imperijs *Vasci Gemmæ, Petri Alanquerij*, & *Nicolai Cælij* ex patria in *Melinden* navigarent, *X. ferè menses* impenderint isti itineri, & totidem fere *viæ Callecbutanæ*, uti est apud *Maffæum l. 1. H. J. p 46. & 55.* Qui tamen *ab omni apparatu bellico & nautico instructissimi* erant Quantum temporis nautæ Salomonis, tanto apparatu navali neutiquam pollentes, consumpsisse credentur? Jam dudum id advertit *Alph. Tostatus in 2. Paral. IX. q. XV* & fortassis ex eo *Hermannus Fabronius* qui in sua *India* huic difficultati p. 531 ita medetur. daß sie drey Jahr zugebracht haben / ist vermuthlich daher geschehen / dieweil sie am Ufer võ Port zu Port gefahren / um̃ Arabiam und Persiam, umb Calecut / umb Bengela und Malaca / und habẽ am Port ein

gut

gute Zeit liegen müssen / ehe sie ihre Ladungen zusamen bracht haben. Dann man auß mangel des Compaß sich vor alters nicht auffs hohe Meer begeben / sondern an den Ufern / so nahe man gekont / gefahren. *Imprimis si distantissimum utriusq; regionis spatium addatur:* dann in der gantzen Schiffahrt haben sie zwey tausend vierhundert Meilen überschifft / und also alle Jahr achthundert Meilen fahren müssen / *juxta Calculum Bunting in Itin: f.* 140.

§. 8. Alias *causas istius triennalis moræ* nec dare, nec, quas alij dant, simpliciter *approbare* possumus. *Alph. Tostatus* c.l. tres allegat. *Prima est, inquit, quia, quando Salomon mittebat in Tharsis* (seu Ophir: nam hæc habet pro duabus regionibus Orientis conterminis) *nautæ Salomonis omnis generis merces in cōmutationem*

cum opibus Ophiriticis afferebant, quas nõ minori, quam trium annorum spatio poterant colligere. Altera quia Mercatores Indici in Ophir non omni tempore comportaverant onera, sed saltem quovis triennio. Ut igitur onera venalia caperent, ibant de Triennio in triennium. Tertia concernit ipsos *nautas, qui domi uxores & liberos habebant, quos ita delinquere, & semper domo abesse non poterant. Ideoq; iis erat vacatio danda, ut, quod potuissent anno emetiri iter, quolibet triennio emetirentur.* Meditationes istæ *Tostati* follicitam indicant diligentiam, sed ipsam rem non videntur sufficienter expedire. Namq;, quantum ad *primum*, nonne Salomon potuisset tot merces ad adventum classis colligere per integram suam ditionem, ut classis redux in excursu nullam pateretur moram? *Secundum* ipsa fertilitas & copia omnium rerum, imprimis

au-

autem auri & argenti, quæ in Ophir deprehenditur, refellit. *Tertium* quod spectat, nõ video, cur navitis danda sit *in triennium vacatio à classicis expeditionibus*, cum ipsorũ ea fuerit opera, eaq; professio, *non domi sedere, sed apud exteros negotiari, & cum facti fuerint reduces, novum meditari iter, uti istud* in nostris quoq; videmus & animadvertimus navigantibus. Unica & principalis diuturnioris istius commorationis causa est, quam dedimus, *magna locorum distantia, & in navigando superanda difficultas, quæ primis istis seculis eo major fuit, quo minor rei nauticæ fuit apparatus.*

§. 9 Nec diffitendum est, quod erat in ἀντιθέζει, *annorum nostrorum memoriâ tribus annis totum orbem esse circumnavigatum.* Nam ita scriptum & testificatum accepimus, *Ferdinādi Magellani navem, quæ VICTORIA,*

dictæ ex Moluccis per Promontor. Bonæ Spei in Hispaniam rediisse, postquam III annos & 4. hebdomadas insumpsisset. Hæc prima omnium navium sine cõtroversia, circumnavigato orbe universo de ipso oceano celeberrimũ triumphum reportavit, quod ait *Corn. Wytfliet in Augm. Ptolem. f.* 41. Cum enim *Ferd. Magellanus*, incertum quâ morte, in *insula Matan*, & post eum *creatus Dux Joan Serranus in Subuth*, perijssent, *Joh. Bastianus Cano Moluccas ingressus est, per Hæmisphæriũ Orientis, Sevilian anno* 1522. *d.* 8. *Septemb. cum septendecim superstitibus nautis, cum exiisset Anno* 1519. *Augusti* 10 *die.* Istius *Can* insigne fuit *Globus Terrestris* cum hac epigraphe: *PRIMUS ME CIRCUMDEDISTI*, *à Carolo V donat⁹* Istũ in secutus est *Franc. Draco, Archipyrat orbis universi*, qui *anno* 1577. *d.* 13. *Dec ex Anglia solvens* per *fretũ Magellanic ad Moluccas tendens d. III. Novemb*

an-

anno 1580. rediit, insumptis *tribus annis, dēptis quinq; septimanis & quinq; diebus.* Post eum idē tentavit *Thomas Canudisch Anglus, qui anno* 1586 *d.* 1. *Aug. solvit, & anno* 1588 9 *Sept. rediit, cōsumpto triennio,* 5. *hebdom. &* 4 *dieb.* Post eos etiā *Olivarius à Nord, Batavus, qui an.* 1598 *d.* 2. *Julij excurrit, & anno* 1601. *d.* 26. *Aug. cōsumptis tribus annis &* 8 *septimanis,* reversus est in patriā. vid. *Corn. Wytfliet p.* 40 *seq. & Fabron. p.* 2. *Geogr. f.* 8 seqq. Pos hos primos totius orbis circumnavigabilis *Lustratores, & quasi Noachos aut HERCULES Europæos,* plures alij per eadem freta, & maria passim divagati sunt, ut nullum dubium supersit, quin hodie quoq; *triēnali spatio istud Antipodum iter expediri* possit. Sed quod vel olim expeditū, aut saltem tentatum sit, nulli credimus: Tanto minus, quod classem Salomonis tātum temporis tractū suæ expeditioni Ophiriticæ tribuere oportuit.

SECTIO III.

De TEMPORE NAVIGATIONIS CONTINUATÆ.

Summaria.

§. 1. *Continuatio novies & decies facta.*
§. 2. *Cur Roboam non reassumpserit?*
§. 3. *An quotãnis nova classis in itu & reditu fuerit?*
§. 4. *Ευρημα Villalpandi.*
§. 5 *Est argutum, non solidum.*
§. 6. *Tributũ 666. taletorũ est ordinariũ.*
§. 7. *Reductio ad nostram monetam.*
§. 8. *Quid Kikar?*
§. 9. *Maxima rei nummariæ mensura.*
§. 10. *Kikar cur torta panis?*
§. 11. *Expositio plana.*
§. 12. *Talentorum distinctio.*
§. 13. *Tal. sacrum quot siclorum?*
§. 14. *Prophanum fuit minus.*
§. 15. *Tota Summa.*
§. 16. *Unde tanti reditus?*
§. 17. *Salomonis modi acquirendi.*

§. I.

§. 1.

CUm autem etiam *Tempus absoluta Navigationis* circumscripserimus, ultimus *Temporis tractus* restat, qui est de *CONTINUATIONE Navigationis*, qui vicissim in sacris expressus non est: Credibile tamen est, *Expeditionem istam Marinam cum primo triennio feliciter cessisset*, postea nunquam esse intermissam, sed ad *finem usq; regni & vitæ Salomonis continuatam*, unde tantus *auri argentiq; cumulus, ut eo* Hierosol. quasi inundarentur. Quod si itaq; à Termino isto, quē superius annotavimus, *XI scil.* anno fuisset repetita, usq; ad Salom. mortē, *novies, aut decies, præter* propter, reversa fuisset.

§. 2. Istud saltem mirari subit, quare *Roboam heres regni & bonorum paternorum, marinum istum Reip. Judaicæ nervum*, *NAVIGATIONEM* dico *OPHIRITICAM*, non

non continuaverit, cum optimè sciret, tantos ex ea reditus, tamq; splendida munera in suam ex Indi refundi regionē. Sed qui paululun penitius recoluerit, & intr spexerit *statum regni Roboami turbulentissimum*, ille minus mirabitur. Namq non solū *intestina & internecina* bell inter *domum Juda, & inter domū Israe* sed etiā *Territoriorū distincta aut por tio, aut interturbatio, cōsociationisq; Ty ria disruptio, Roboamū* & alios ej⁹ su cessores impediverunt ab instituto *Portus enim Ailath & Asiongaber, fact distractione Tribuū*, etsi adhuc esse sub *tributo Judaïco, Dominium tame qs. per conventiam ad Trans-Jordan tas Israelitas* dilapsum est, ita ut qu vis *Idumæi usq; ad Joram manserint tri butarii Regum Juda, tamen* (ut fie solet inter hostes publicos) *dition istas de facto occuparunt Israëlitæ re qui, sortiti istam terræ portionem cu*

Sy

Syris & Tyriis, ut circa Ailath ex sacris ostendebamus. Qua de causa *Jerobeam Tyrios* quoq; *a Rehabeami civilibus bellis distracti fœdere distraxit, & in suam compulit societatem, donec successu temporis tota negotiatio Indica Syrorum fieret.* Unde nec *commodius excurrendi, nec appellendi oportuna statio dabatur Roboamo*, ut vel sic totum istud *commercium nauticum Hierosol.* interciderit, imprimis cum *Dominus hanc felicitatem SALOMONI propriam voluisset.*

§. 3. Villalpandi ingeniosas Φεςνίδας, quas ille *de triennalis nẽpè hujus navigationis repetitione & diversa redituum collatione habet*, silẽtio præterire non possum. Ita autem *l. II. p. II. lib. V. c.* 46. scribit: *Salomonẽ, cũ singulis annis, magnis sumptibus in tẽplum, regiam, aulam, supellectilem & res regni conservandas opus haberet, quot annis novã adornasse classem, & in*

sin.

singulis tribus annis ternam, atq; ita singulis tribus annis tres etiã exiisse classes, ut cum unaquæq; trium annorum spatio indigeret, in itu & reditu, postquam primam classem post tres annos elapsos recepit, singulis seqq. annis nunquam deesset una alia classis, quæ iret, nunquã non alia, quæ auro & argento & rebus aliis pretiosis onusta rediret. Exemplo id declarat *Hispaniensium, Lusitanarum & Batavicarum classium*, quæ singulis annis emittuntur, & singulis annis redeunt, *non quidem semper ex iisdem navibus aut iisdem vectoribus constantes; ut, si una diutius emaneat, reliquæ interea singulis annis remeare, & opes Indicas apportare possint.*

§. 4. Cujus quidem sui εὑρήματ[os] rationem *Villalpandus* ex diversa al*latorũ talentorũ* summa desumit. C[um] enim 1.*Reg.IX.28* inveniret scriptã *summam auri quadringentorũ vigin[ti]*

tale[ntorum]

talentorum; 2. *Paralip. VIII.* 18 *quadringentorum & quinquaginta talentorũ*; & 1. *Reg. X.* 14 *sexcentorum sexaginta sex talentorum*; Inde cõjectari cœpit, *PRIMAM summã CCCCXX. talent. ex prima classe*; *SECUNDAM CCCCL talent. ex secunda classe*, & *TERTIAM DCLXVI talent. ex Tertia classe*, quæ & ipsa anno tertio à suo discessu, tertio etiam à reditu primæ classis redijt, venisse.

§. 5. Sed inventum hoc Villaspandinum *argutum potius, quam solidum est*. Namq; de diversa ista Talentorũ summa, res incerta est, *an ex classe, an ex tributis, donarijsve Salomoni* obtigerit. Et si paulo accuratius locus Paralipomeνων inspiciatur, δηλοῖ, quod *non ex classe Ophirana*, sed aliunde, nempe ex *Tributis Regni* venerit. Namq; *divitiæ Ophiranæ non annuæ sed triennes* erant. Atqui *ponde-*

do 666. talentorum erant annui reditus non triennes E. *Pondo ista 666. talentorum non erant Divitiæ Ophiranæ.*

Maj. extat 1. Reg. X. 22. Min. 1. Reg. X. 14. & 2. Paral. IX. 13.

§. 6. Deinde etiam istud advertimus, quod istud *Tributum sexcentorum sexaginta sex Talentorum fuerit Ordinariũ, & statum*, quod ab omnibus Salomonis subditis, *Israëliticis* scil. & *aliis à Davide subjugatis vicinis populis* in recognitionem Domini superioris solvebatur, & à *Thesaurariis Salomonis in ærarium regium* deferebatur. Namq; omnino certum est, quod omnes *istæ gentes, quæ Davidi tributariæ* fuerant, *sub onere Salomonis manserint, & tributa penderint. Chananæi* nimirum, *Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, Syri*, quod pluribus diducit *Tostatus in 2. Paral. IX.* q. Ex quibus collecta tributorũ sum-

m

ma & addita ordinariis tributis regni Salomonæi excrevit ad 666. talenta.

§. 7. Quæ *quanta fuerit summa*, si ad *nostram reducatur monetam*, non injucundum est nosse. Simplicissimè autem reducitur ex resolutione τοῦ כִּכַּר, quod, quando *de Metallis* adhibetur, *Talentū* Latinis & Græcis significat, uti *Exod XXXVIII.* 25. 2. *Sam. V.* 8. 1. *Paral XXII* 14. 2. *Reg. V.* 23. 1 *Paral XX.* 2. 2. *Reg. XXIII.* 33. videre est.

§ 8. Fuit autem כִּכַּר, ut ex etymo colligitur, *ejusmodi plana põderis species, & extensa instar placentæ*; quia in rebus naturalibus כִּכַּר *planitiem* significat, qualis in *agro Sodomorum inter montes* erat. Nam *moris erat Orientalibus, aurum & argentum rude incertæ formæ ac magnitudinis in tortæ sive placentæ panis formam conflatum,* ad

ad opera deinde facienda, vel ad cudendas monetas in thesauris asservari, quod habet *Arias Montanus* in suo *Thubalcain f.* 19. & conjicit ex *Jer. XXXVII.* 20. 1. *Sam. II.* 36. c. *X.* 4. 2. *Paral. XVI.* 3. additq; : *Ex quibus locis etiam magnitudo Cichar cognosci potest. Erat enim tantum panis, quantum satis esset viro aut mulieri ad cibum diurnum, præter obsonia & pulmenta.*

§. 9. Alii *magnitudinis* considératione à כרר *Cer* dictum volunt per geminationē בר, unde *Corus*, quæ cum maxima fuerit mensura in aridis, ita *in re nummaria etiā maximam* fuisse *Kiccar*. Non est *Talentum Una Marca auri*, ut quidam putant, *quia longe major quantitas est, quod patet ex candelabri ingenti apparatu Ex. XXV.* & *XXXVII. Ideò necesse erat Talentum majoris* esse quantitatis, forte plusquam viginti marcarum au-

auri, inquit Toſtatus ſub fin. q. 7. in 2. Paral. IX.

§. 10. *Marcus Marinus in Arca Noë* quorundam ſententiam refert & probat, exiſtimantium vocem כִּכָּר *metalli pondus ſignificare, quod Latini Talentum vocant; deinde per metaphoram aſſumi ad indicandam tortam panis & terræ planitiem.* Quæ ſententia, ſi vera eſt, inde ortum habuiſſe cenſenda eſt, quod *certum ac definitum metalli pondus, ut nunc fit, in modum tortæ efformabatur, quod in infima parte planum, forma rotunda à lateribus in modum ſemi-cylindri in orbem ducti tota plane figura panis tortam repræſentabat,* quo frumentum, aut alia hujusmodi appenderentur.

§. 11. Clariſſ. *Andr. Rivetus Comm. in Exod. XXV.* f. 1121. iſta omnia conciliaturus & comprehenſurus, ita ſtatuit, hanc *vocem primò* ſignificare

pla-

planitiem seu planũ & depressum locum, convenire, dum כר *Car* pratum, ex quo videatur geminatũ: *Postea placentam seu tortam quasi panem pressum & planum; & tandem metallum in pressioris panis* formam conflatum, sive sit aurum sive argentum &c:

§ 12. In ista autem Monetæ reductione, disquirendũ esset, an *aliud Sacrum, aliud prophanũ?* aliud *majus*, aliud *dimidio minus? vulgare minus, sacrũ duplo majus?* item an aliud *Ebraïcũ*, aliud *Syriacum* fuerit? sed ea esto aliorum opera, qui in re Monetaria sunt exercitati. Legi interea poterunt *Villalpandus de Templo, & Rivetus in Exod. XXV.* quorum *ille negat, hic defendit* istam Talentorum divisionem.

§ 12 Istud tantum dico, *Sacrum* כִּכַּר *superavit septingentos siclos sacros.* Ratio, quia expressè scriptum est *Exod. XXXVIII.* quod *popu-*

populus Iſraëliticus contulerit in donariis ſpontaneis *viginti novem* כִּכָּרִים ſeu *talenta*, & (præterea) *ſeptingentos & triginta ſiclos ad menſuram ſanctuarii.* Si autem *Septingenti ſicli conſtituiſſent unum Talentum*, numerus Talentorum unitate creviſſet, reliquis ſupermanentibus ſiclis iſti ſummæ additis. Porro *Sacrum Kikhar* etiam *ſuperavit mille & ſeptingentos ſiclos.* Cauſa hæc eſt, quia in eodem Exodi loco verſ. 25. dicuntur data *Centum talẽta*, & (præterea) *mille ſeptingenti & ſeptuaginta quinq; ſicli ad menſuram ſanctuarii.* Hinc facile adducor, ut credam cum *Aria Montano*, τȣ̃ Kikhar pondus fuiſſe *ferè mille & octingentorum ſiclorum* hoc eſt, *nongentarum unciarum*, eo potiſſimum fundamento, quod *Cambius in Ezech.* & *Levi Gerſonides in lib.* 1. *Sam. c.* 17. ſcripſerunt, *Tertiam partem* כִּכָּר *fuiſſe ferè ſiclos ſexcentos, ſive*

id

id ferrum esset, sive aurum, sive æs, siv
quodcunq; aliud metallum. Idem præ-
terea *Cambius in lib. 2. Sam. V.* ait
Cickar auri esse sexcentos aureos h.
ut exponere placet, tantam au
massam, quantam *sexcenti sicli* co
ficiunt Namq; hæc in pondere fe
triplô vincent sexcentos argenti siclo
qui faciunt tertiam partem Kikar. H
pondere fuit *aureum candelabrum*
deserto, Mose procurante, factu
Ex XXV. 28. & XXXVII. 24. Et *jux*
hanc ponderis rationem etiam *Tale*
omnia, quorum in libb. Regum
Prophetarum fit mentio, defini
da esse, *Arias Montanus* arbitratu

§. 14. Sed *prophanum* tamen ta
ponderis nō fuisse videtur, uti n
Syriacū; Nam 1. *Reg. XX* 39. in spo
one militis proponitur כִּכַּר *arg*
& 2. *Reg V.* 23. *Gehasi* Elisæi famu
in duabus crumenis deportavit
talenta argenti per satellites *Sy*

Ex quibus colligim⁹, *unum talentum ab uno viro citra molestiam deportari potuisse.* & 2. *Sam.* XII. 30. dicitur, quod *Corona regia* Ammonitæ Principis penderit auri talentum, quodq; eadem capiti Davidis fuerit imposita. *Nemo autem vel brevi tempore super caput admittet coronam, quæ centum viginti quinq; libras pẽdat, pondus utiq; quod vix robustissimus Milo queat à terra sublevare.* Videtur itaq; ibi *Talentum prophanum, quod sexaginta librarum, aut Syriacum, quod viginti quinq; tantum librarum fuit,* esse intelligendum.

§. 15. Quicquid hujus rei sit, in eo communiter omnes conveniunt, quod *Talentum ultra prædictam summam sit extendẽdum.* Hinc rectè quidem *Aben Esra & R. Salomon elevarũt pondus Talenti,* & æstimarunt *sexaginta minis sacris,* id est *vulgaribus centum & viginti,* Minam autem viginti

quinq; ſiclis; Adeoq; ſecundum eosdem, *Talentum* erit *Ter mille SICLORUM*: Siclus autem ſanctuarij æſtimatur altera pars argentei thaleri, cõtinens *quatuor Drachmas*. Cum igitur Talentum auri *æſtimetur Ter mille ſiclis ſacris, duo decies mille aureis Ungaricis* æquivalebit, ſive *cẽtum viginti auri libris*. Cum autem *pondo auri* æſtimatur *Centum aureis coronatis*, tale talentum fuerit *duodecies mille aureorum*. Et facta ſupputatione *Talentorum Sexcentorum ſexaginta ſex*, erit *ſumma aureorũ ſepties nongenties nonagies centenorum millium, & bis millium*, ſeu 7992000. Aureorum.

§. 16. *Ingens profectò redituum & tributorum ſumma*. Neq; id mirum eſſe debet, cum ampliſſimum Iſr. regnum multum cõtribuere potuerit, & ut contribueret, Salomon ordi-

ordinaverit. Quo de onere post ejus mortem conqueruntur coram Roboamo: *Pater tuus aggravavit nostrum jugum: At tu alleva de servitute patris tui dura, & de jugo ejus gravi, quod imposuit nobis* 1. *Reg. XII.* 4. Quod quamvis *Joh. de Pineda l. VII. c.* 13. *n.* 12. rejiciat in *ultima Salomonis tempora, quibus muliebri avaritiæ & luxuriæ, immensis sumptibus in cultum idolorum conversis, deditus erat*, tamen nullus dubito cum *Tostato*, eadem quoq; ad *media regni tempora* deducere, cum *domum Domini, domum suã, & Mello, & muros Jerusalem, & Heser & Megiddo & Gazer conderet* 1. *Reg. IX.* 15. Cum utrumq; possit esse factum, ita tamen, ut *priora onera* libentius ferret populus, quia in *sacrum & publicum usum* vertebantur; Sed *posteriora* duritatis & severitatis tyrannicæ eum accusarent, quia & ipsa, crescente im-

pietate & profusione tantarum opum indies crescebant. Perditissimi *Caligulæ exactiones* ex ista *Salomonis injustitia* facile conjicere potest, qui in *Suetonii* C. 38. 40. & 41 scriptum legit, quod *exhaustus & egens ad rapinas animum converterit, vario & exquisitissimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere: Vectigalia nova & inaudita exercuerit, nullo rerum ac hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret.*

§. 17. Sed præter ingentem istam *TRIBUTORUM* collectionem alios adhuc *acquirendi modos* habuit *Salomon* qui tamen nihil turpitudinis primis temporibus continebant. Ita enim scriptum est 1. *Reg. IX.* quod, excepta ista summa Talentorum, etiam *mercatores pretia, Satrapæ exteri munera* attulerint. Ali-

Alius ergò acquisitionis modus fuit *census mercaturæ*, quem mercibus importatis & exportandis imposuit; alia *donaria Legationum*, quæ ex longe dissitis regionibꝰ veniebant, ad audiendam ejus sapientiam; alius vicissim ex *incertis reditibus* veniebat, v. g. ex ἱπποαγωγῇ & equorum Ægyptiacorum cambio; ex πελτοπωλίᾳ, quia & scuta vendentibus erat vectigal reddendum, ex *pharmaceutica*, quæ Arabicis & Indicis opibus locupletabatur, uti ex 1. *Reg.* X. & 2. *Paral.* IX. luculentum est. Præterquam, quæ ἀγλαὰ δῶρα à *Regibus Arabiæ*, & *Satrapis terræ* offerebantur.

CAPUT VIII.

De MERCIBUS NAVIGATIONIS SALOMONÆÆ.

Summaria.

§. 1. *Merces Navig Salomonææ.*
§. 2. *An omnes ex Ophir, analiunde apportatæ?*
§. 3. *Omnes ex Ophir: nullæ ex Hispaniis.*
§. 4. *Urgetur Pineda cum tribus exceptionibus.*
§. 5. *Merces istas Hispania non fert.*
§ 6. *Conjectura certior est pro Ophira Indica.*

EX-

ἔκθεσις.

§. I.

CLASSIS, quò rariores & cariores apportat *merces*, eo & celebrior est, & pretiosior æstimatur. Quid ergo de *Salomonis* nostri *classe Ophirica* dicemus, cui nec *multitudine, nec caritate, nec pretiositate mercium Indicarum* ullæ aliæ sunt æquiparandæ, sed infinitis modis eidem postponendæ. Alia *navigia Pontica* vel solum portant *aurum*, vel *argenteas massas*, vel *pretiosa ligna*, vel *versicolores aves*, & rara novi mundi animalia; Sed *Salomonis classis ea omnia simul attulit ex opulentissimis Orientis regionibus*. Quemadmodum *Annalium Regiorum Conditores* commemorant *libro* I. *c*.X. *v*.22. *Classis Regis ex Ophir veniēs deferebat inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum & simias, & pavos*, *v*. II. *ligna Almugim multa valde, & lapidem pretiosum, &*

Chronicorum lib. 2. cap. IX, 10. Servi Hiram cum servis Salomonis afferebant aurum, & ligna Algumim, & gemmas pretiosissimas. De quibus lignis fecit Rex מְסִלּוֹת *elevationes in domo Domini, & Regis, citharasq; & psalteria cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Juda ligna talia;* quod mox vers. 21. recurrit.

§. 2. Veruntamen circa hanc *mercium Indicarum* expositionem ante omnia debemus esse certi, an *istæ merces omnes venerint ex OPHIR, an verò ex aliis etiam regionibus* illatæ? Nam multos hîc videmus nobis adversari magnæ auctoritatis viros, quorum in sacris literis interpretandis non exiguus honor est. *Villalpandus T. 2. p. II. l. V. d. 3. c. 46. Malvenda l. III. c. 22. Joh. de Pineda Salom. prævio l. IV. c. XVII n. 1.* observant, *alias ex Ophir, alias ex Tharsis* esse allatas merces. *Ex Ophir au-*

aurum, ligna Thyina (seu Ebenos) & *gemmas pretiosas:* Ex *Tharsis* verò *aurum, argentum, dentes Elephantorum, simias & pavos.* Idq; ex Scriptura hausisse videri volũt. Nam *priorum* 1. *Reg. X,11. &* 2. *Paral. IX,1.* fit mentio, ubi solummodo Ophir nominatur; *posteriorum* autem 1. *Reg. X,22.* 2. *Paral. IX,21.* ubi *Tharsis non autem Ophir expressè* ponitur. Quare (subdit *Pineda*) *corrigendi sunt omnino, qui rem utramq; confundunt, atq; utriusq; regionis merces permiscent: Licet enim aurum commune fuerit Tharsis & Ophir, at argentum peculiariter tribuitur Tharsis, & praeterea simiae, & pavi, & dentes Elephantorum; peculiariter verò Ophir gemma & ligna.*

§ 3. Sed πρῶτον ψεῦδος hujus controversiae in eo haeret, quòd vocem *Tharsisch* accipiant, ut nomen *proprium*, cùm tamen sit *appellativum*: Non *significans certam vel*

provinciam vel continentem ripaticam, sed ipsum mare, atq; Oceanũ, uti superius Cap: IV. §. 2. adduxim⁹. Ex hoc itaq; præsidio dejectis, *alterum* hoc munimentum est opponendum, quod ineptissimum Salomonis sapientissimi fuisset institutum, ex *Tharschisch* (h.e. secundum istos autores) ex *Tartessi Betica seu regno Hispanico* petere *aurum & argentum*, in quo parum auri nascatur, *dentes Elephantorum*, in quâ nulli vel Elephanti videantur, vel *ebora effodiantur*, *simias & pavos*, quorum ibi nulla vola est aut vestigium, petere: *Petere* autem, *navigatione ex Mari Rubro* solvente, cum in Mari *Mediterraneo*, non duplo, triplo, aut quadruplo, sed millecuplo facilius propius, & citius potuisset expediri. Facilius ij se expedirent, qui *duplicem navigationem, aliam in Ophir, & vicissim aliam ab Ophiritica prorsus distin-*

distinctam in Tarsisch vela dirigentem excogitant, si modo cætera bene sese haberent. At præterquam, quod *navigationem istam in Mari Mediterraneo, quam Tartessiacam vocare liceat*, nullo documento probare possunt, hoc quoq; advertim9, quod illa ipsa, quæ *in Ophir* tenderit, classis, *iverit in Tharsis* h. e. in mari: quia per *medium aërem triremes cũ avibus transvolare, aut instar Architæ columbæ deferri* non potuerunt. Adeoq́; nec *duplex fuit in Tharschisch & Ophir navigatio, nec divisæ ex Ophir & Tharschisch ad Salomonem descenderunt merces*: Nisi hanc propositionem ita velis exponere, quod *aliquæ merces ex Aurea Chersoneso petitæ*, aliæ ex *Tharsis h. e. mari sint haustæ, qualiter margaritas & aliquot grumas aureas argenteasq́;* ex Oceano vel *Persico* vel *Malabarico*, vel *Zeilano*, vel ex ipsis *Indiæ fluminibus*

captæ possent dici. Istud tamen ad ipsorum non quadrat institutum, qui aliam regionem ponunt ad regnum Portugalliæ, quam Tartessiacam vocitant.

§. 4. Nec dememini, quid hîc excipiat *Pineda*, scilicet, *quædam nō premenda nimium, ut quæ satis cognosci à nobis nequeant*. At ex *istis conditionibus priori argumento adductis tota navigationis hujus conditio & qualitas æstimanda*. Quib⁹ itaq; vel locis vel maribus eæ non conveniunt, in iis vel ad ea quoq; Salomon non est dicendus navigasse. Et, contra, quia *Orientali Ophiræ* omnes istæ conditiones insunt, eò fortius premenda & urgenda est contraria sententia. Ast, ait, *in Africa ad Æthiopiam, ut & in Insula Atlantica, quæ ad Herculis columnas erat, affatim Elephantorum sive palustrium, sive montanorum, sive etiam campestrium fuit. Ex quibus*

regio-

regionibus vicinis Tartessi potuerunt in Bæticam transportare. At, testor tuam fidem, *Pineda*, nonne felicius ex *Æthiopia*, imprimis ex *extremis Africa, pedestri itinere Salomoni potuissent afferri per Ægyptū in Judaam,* quam ex *Æthiopia* per *Nigritarum regionē, per Libyæ deserta, Nubionū regnum & mediam Barbariam in Hispaniā*, & ex *Hispania demum mari in Judæam?* egregio certè sumptuum & itineris dispendio. Cōtra verò in *India copia Eboris major, & ejusdē diversitatis elephanti* reperiuntur, teste ipso *Philostrato* l. 2. c. 10. Cur igitur illinc non petijsset Salomon? Instat: Quod *si urgeas adhuc, ebur sumptum fuisse ex India ad Salomonem: quorsum nō etiam ex Ophir & ex India cornua Monocerotis, Psittaci, & alia, quæ fert India, & ut rara ita etiam pretiosa* in Palæstina, ad Salomonem allata? Ex hac ratione *Hispania* non *feret ebora.* Nullus ego dubi-

dubito, quin & hæc & ista fuerint curioso Regi ex India missa, sed quod in sacris nō recēseantur, quis dabit rationē, quā quod Spiritui S. plura connumerare non placuerit? E. Nominato uno cætera similia possunt subintelligi, & includi. Pari jure ego quærerem, cur non recenseantur ex *Tartessi seu Hispania adducta ad Salomonem vina, uvæ passæ, sacchara, aliaq; in Hispaniis sua sponte nascentia?*

§. 5. Tandem excutiat suam conscientiam *Pineda*, annon, si *omnes ist... merces in India* paratissimæ sint, i... Hispaniis verò, aut alijs *Occidentali... oribus Insulis* aut regionibus non in... veniantur, tutius ex *India quam Hi... spania* arcessantur? Imprimis cu... *aurum ex utraq;* (loquor de Thars... hypotheticè) *regione allatū* dicatu... Excipit quidem iterum Pineda, n... propterea ex eo idoneum fieri a... gumentum, *non provenire in Oph... argentum, dentes Elephantorum, pav...*

& simias, aut è contrario non provenire in Tharsis gemmas atq; ligna; sed id tãtum effici certa conjectura, *aurum optimum utrinq; afferri, & peculiariter majori copia gemmas atq; ligna pretiosa ex Ophir, quàm ex Tharsis; rursum è Tharsis referri magnã argẽti vim, ebur, simias & pavos.* At quomodo certa conjectura hoc efficietur, *cum merces*, quæ Tharschischæ assignantur, *Hispania Bætica* non habeat, & cõtra *eas omnes Aurea Chersonesus* cõtineat?

§ 6 Nos potius hinc certa conjectura efficimus, omnes & singulas merces ex nominatissima *India Ophira* venisse, nullaten⁹ vel ex *Hispanica Tartessi*, vel alia quapiã *maris Mediterranei, aut Oceani Atlãtici Insula.* Ut autẽ has merces ordine videamus. 1. *MINERALIA, AURũ, ARGENTũ & GEMMAS.* 2. *LIGNA, EBENA.* 3. *ANIMALIA, ELEPHANTOS, SIMIAS, PAVONES & PSITTACOS,* discutiemus,

SE-

SECTIO I.
De
AURO OPHIR.

Summaria.

§. 1. זהב *auri nomen generale.*
§. 2. *Auro rudi & elaborato tribuitur.*
§. 3. *A colore fulvo nomen habet.*
§. 4. *Varia auri nomina Ebr. ab accidentibus petita.*
§. 5. *Auri Lat. etymon. aura.*
§. 6. *Aurarij Fautores.*
§. 7. *Aurarij fabri. Auraria officina. Criceti voraces. Negotiũ aurariũ Plauti.*
§. 8. *Aurum Ophir est optimum.*
§. 9. *Aurum fluviatile, canaliense, effossum, & excoctum.*
§. 10. *Aurũ nautæ Sal. ex permutatione ceperunt.*
§. 11. *Bomferri fides sublesta de auri fodinis Salomonis Peguensibus.*
§. 12. *Magna auri copia in Ophir.*
§. 13. *Aureum Ophiræ solum: aurei montes: gryphi & Dracones vigiles; fabulosa omnia.*

ἔκθεσις.

§. I.

INter *Mineralia* ſeu *Metalla in ſpecie dicta*, primo loco ponendum eſt *AURUM*, quod & pretio & uſu præſtat. Iſtud autem in ſacro textu זָהָב appellatur, quod unde dicatur & quale fuerit, operæ pretium eſt adducere. Nomen hoc radix ipſa eſt & promiſcuè de *quocunq; cujusvis regionis auro* uſurpatur, utpote Gen. II, 12. *de auro terræ Chavilath Job. XXXI, 24. de auro Uzano Eſth. IV, 11. de auro Perſico, Pſ. LXXII, 15. de auro Sabæo, Exod. XII, 35. de auro Ægypti, Gen. XIII, 2. de auro Chaldæo: de auro Rudi, Zach. XIII, 9. per caminum ductili, Prov. XVII, 3 de ſignatis aureis nummis*, 2. *Reg. XXI*, 4. Eſ. XLVI, 6. Pſ: CXVIII, 72 2. Reg. V, 5. Ex quibus ego locis id colligere poſſum, *nomen* זָהָב *generalius, omni auro conveniens eſſe, ex quocunq;* etiam

loco

loco, aut cujusq; dignitatis & valoris sit, sive coctum, sive incoctum, sive rude, sive præparatum, sive signatum, sive tale non sit.

§. 2 Nam quod *Joh. Avenarius* in *Dictionario Hebr*: ait, eo nomine significari *tãtum aurũ infectum & rude*, quod nondum elaboratum est; id non est perpetuum. Nam sæpissimè etiam de *rebus jam elaboratis, & aurifabrorum cura perfectis* dicitur, quoties de utensilibus templi aureis, & alijs vasis & instrumentis usurpatur Gen. XIII, 2. Cap: XXII, 21. 35. 53. Exod. XXV, 11, 24, 26, 29, 37, &c. 2. Paral. IX, 18, 20. C. XII, 9. 2. Paral. IV, 19. 21. 22.

§. 3. Idem *Avenarius* citato loco Ebræam vocem זָהָב derivare videtur ex זוּב fluxit, quia *aurum conflatum* fluere soleat, & fortassis cognationẽ istam in Participio זָב & דוב quærit Sed nec hoc mihi probatur.

Neq

Neq; ſtatim quælibet μετάθεσις literarum genuinum ſenſum eruere valet. Rectius ij mihi videntur ſtatuere, qui cognata vocabula faciunt זהב & צהב, utpote quorum literæ ז & צ ſunt literæ ejusdem organi, adeoq; facilè inter ſe permutabiles, ut fit in עָלַז & עָלַץ. Significat autem צהוב idem, quod *fulvum*, ſeu *luteum*. *Lev. XIII*, 30, 32. *Eſdr. VIII*, 27. diciturq; tam de *capillo flavo*, *quàm de ære fulgenti*. Ad quod etiam proximè accedit nomen צהר ſeu צֹהַר *lumen, ſplendor*, qui & ipſe auro *ineſt*, ex Gen. VI, 16. Dan. XII, 5. Ez. VIII, 2. Ita ut צהב hoc ſit *nomẽ auri à colore illud* deſcribens *flaveſcente*; qua de cauſa eadem vox etiam de *poculo & vino quaſi aureſcente* adhibetur. Jerem. LI, 7. כּוֹס־זָהָב *calix auri*, id eſt, *calix propter vinum aureſcens quaſi fulgens & radians*. Conf. c. *XXV*, 15. Item

de

de *Oleo Zach. IV*, 12 Itẽ de *Luce aurea & perquam serena* Job: *XXXVII*, 21.

§ 4. Diximus זָהָב esse *auri nomen, à nativo ejus colore* sic dictum: sicut alia omnia ab alijs accidentibus desumuntur. Nam observante *Buxtorffio & Drusio l. 4. Obs. c.* 15. Thalmudistæ *septẽ* genera auri numerant in *Joma fol.* 44. *Primum* est generale זָהָב. Secundum est זָהָב טוֹב *aurum bonum*, Gen. II, 12. quod distinctum ab auro vulgari. *Tertium* זָהָב אוֹפִיר *aurum Ophir*. Quartum זָהָב מוּפָז 1. *Reg. X*, 18. à loco scil. dictũ, quod supra etiam attigimus. *Quintum* זָהָב שָׁחוּט 2. *Paral. IX*, 15. *aurum scil. ductile & malleatũ*, quod præ bonitate diduci potest etiã in fila. Sextũ זָהָב סָגוּר 1. *Reg. VI*, 20. *inclusum* sc. *aurũ*, quod præ bonitate & pretiositate fideliter asservatur. *Septimum* זָהָב פַּרְוַיִם

aurum

aurum Parvajim 2. *Paral, III,6.* eo ſic dictum, quod ſit ſimile לְדַם הַפָּרִים *ſanguini juvencorum*. Quibus adhuc alia quoq; genera addi poſſunt. *Octavum* nimirum כֶּתֶם *Eſ. XIII,* 12. *Cant V,11.* quod inſignē & purgatiſſimam maſſam auri notat, quibus facile & eleganter alia inaurari poſſunt. *Nonum* חָרוּץ *Prov: VIII,16.* *aurum* ſcil. *exciſum*, ſeu *ex foſſis exhauſtum*, ex Radice חָרַץ præcidit, quod quaſi tribula effoditur & exſcinditur. *Decimum* בֶּצֶר *aurum lectiſſimum*, quaſi ab igne munitum aut quod ſit hominis munimentū. *Job. XXII,* 24. quod quanquam à Pineda minime deinceps numerari velit in aurea ſupellectile, utpote quod à צוּר coarctavit ſeu tribulavit, deſcendere vult; potior tamen eſt ex Radice בצר derivatio. Quēadmodū ergo alia nomina aurum

ab

ab alijs & alijs accidentibus deno-
minant, ita nomen זהב à *colore*
illud describit.

§. 5 Quemadmodum quoq; ea-
dem ratio παρωνυμίας in latin-
vocabulo *AURUM* latitare vide-
tur, utpote, quod non exiguæ au-
ctoritatis viri ex Eb. אור deducū,
eò quod ad *flammantem ignis coloren*
proximè accedat. Sicuti nervos-
Joach. Camerarius in Decuria V
probl. 4. illud tetigit: *Auri qua Ori-
go, quod ad nomen attinet? An neq; a
AURA, qua splendorem quasi purus aë
notet*, nomen illud ductum? *Neq;
nescio quo inventore Aurio?* (quod *Hip-
pocrates* docuit *lib: de Rom. vocibu
ex Græc.* traductis) *Neq; à verbo Græ*
τῆς ὥρας, *ut species eximia significa-
tur.* (à Gr: ὡρεῖν à custodiendo, *Fe-
stus & Plinius* derivant, quod ab a-
varo fideliter custodiatur, qui co-
gest

gestis undiq; saccis indormit in hians & tanquam parcere sacris cogitur) *neq; ab Avertendo, quod pervertat hujus cupiditas animos: sed ab externo verbo* אור, *quo constat ignem appellari?* Unde fieri *potest, ut & Orus sit factus. Igneum autem esse nitorem auri, & soli illud veluti consecrari constat. Ab auro vero sine dubio Aurora deducitur.* Martinius autem ab *aveo* mavult, *auri quod homines admodum avidi* sint, illud instar Numinis amplexantes, ut recte Poëta:

Itum est in viscera terræ
Quasq; recondiderat, stygiisq; admoverat undis
Effodiuntur opes irritamẽta malorũ.

Isidorus tamen *l. XVI. Orig. cap 17.* scripsit: *Aurum potius ab aurâ esse id est à splendore, quod repercusso aere plus fulgeat*, quo de Virgilius:

Discolor unde auri per ramos aura refulsit.

Quor-

Quorſum etiã reſpexiſſe arbitror *Horatium*, cum in 2. *Carm. Od* 8. puriſſimum *Juliæ Barines* oris nitorem auram, Einen glänzenden Huren-Spiegel/dixit:

Te ſuis matres metuunt juvencis
Te ſenes parci; miſeraq́ nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
AURA maritos.

Quanquã h. l. *Jac: Cruquius* etiam de *aucupio popularis favoris* exponat.

§. 6. Hinc *Aurariorum Fautorum* nomen quoq́; ortum eruditis videtur; utpote quorum *aura & favor*, *ſplendidos & honorabiles reddit* homines, qua de re *Nic. Perott.* in ſuo *Cornucop. f. m.* 471. agit, & *Servius in Virgil. VI. Æn. Scal. l. IV Poët c* 16.

§ 7. Quanquam etiam non diffitendum ſit, nomen *Aurarii* ad χρυσοχοῶν ſeu *aurifabrorum officina* ſpectare. Hinc *aurifabri ipſi AURARII* & eorum *officinæ AURARIÆ* dicun-

dicuntur. Quorſum ſpectat, quod *Plinius l. VIII. N. Hiſt. c. LVII.* ex Theophraſto memorat de *Muribus Gyarenſibus, quòd in metallis aurariis* aurum, *in officinis ferrariis ferrum arroſerint, eaq́ẓ* metalla in eorum *alvis exciſis inventa fuerint.* Quem locum integrum hic deſcribere nullus dubito, ob ſimilem ætate noſtrâ graſſantem murium majorum agreſtium ferociam Nam *præterito anno, à CHRISTO nato milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono* tantam *CRICETORUM*, ſeu agreſtium iſtorum majorũ (quos Saxones noſtri Hambſter appellant, Ariſtoteles μύας ἀρκτείους, Geſnerus autem ἀρκτομύας quaſi dicas *urſinos mures à figurâ urſi*, quam in facie habent) in vicinia noſtra, in Magdeburgẽſium & finitimorum agris ruricolæ deprehenderunt voracitatem & inuſitatatam vaſtitatẽ, *ut nec frumẽtis,*

nec paleis, nec corrigiis ephippiorum, nec ullis dapibus inclusis pepercerint, &, quod horrendum est dictu, dormientium quoque soleas arrodere, & vivorum corpora tentare sint ausi. Ita autẽ *Plinius* habet citato loco: Eo *in genere* (scil. semiferorum) multi *& hos incolas domuum posuere mures, haud spernendum in ostentis etiam publicis animal. Arrosis Lavinij clypeis argenteis, Marsicum portendêre bellum: Carboni Imperatori apud Clusium fasciis, quibus in calceatu utebatur,* exitium. *Plura eorum genera in Cyrenaica regione, alij lata frõte, alij acuta, alij herinaceorum genere pangentibus pilis. Theophrastus autor est, in Gyaro insula, cum incolas fugassent, ferrum quoque rosisse, id quod & natura quadam ad chalybas facere in ferrariis officinis, AURARIIS quidem in metallis, ob hoc alvos eorum excidi, semperque furtum id deprehendi. Tantam esse dulcedinem furandi! venisse murem*

murem C C. nummis Cassilinum Annibale obsidente, eumq́ qui vendiderat fame perisse, emptorem vixisse, annales tradunt. Carum hunc murem fuisse oportet, & tamen utilẽ suo emptori. Sed *AURARIIS* Plinii metallis *negotium* Plauti *aurarium* est subjiciendum, quod ille in *Bacchide Act.* 2. *sc.* 2. habet, artificiumq́; istud intelligit, aut machinam, *qua herili filio aurum efficiebatur*; quod Plautus alibi in *commeatum argentarium proficisci*, & Terentius *curam argentariam* dixerat Geld-Mittel zur hand schaffen.

§ 8. Sed ut ex diverticulo nominali ad *Aurum Ophiriticũ* redeamus, istud à *l co*, in quo effossum & ex quo ad Salomonem translatum est, id nominis habet, quem paulo accuratius inquisivimus & declaravimus supra. ubi eum in *India extra Gangẽ* posuim9, c. V. s. 1 § 1, & s. 5. § 15.

Fuit autem iſtud *aurum optimi gene-ris*; cujus pretioſitas non ſolum Salomonem allectavit, ſed etiam *Spiritus S. in ſacris* Bibliis, quando vult *probatiſſimum Orientis aurum* laudare, aurum *Ophir vocitat*, uti eſt. 2. *Paralip. IX*,10. *Job. XXVIII*, 16. Eſ. XIII,12. 1. Reg X. 11. Imprimis autem huc ſpectat locus Gen: II, 11. & 12. *Phiſon circumfluit circa Chavilah, & ibi eſt aurum. Et aurum terræ illius eſt* טוֹב *bonum i. e. optimum*. In quo loco *Terra Chavilah*, quæ eſt *India intra Gangem*, æque ac ea, quæ eſt *extra Gangem auri feraciſſima* perhibetur, idq; ideo, quia *Ganges* ſecum vehit *grumas aureas, quæ ab utroq; littore Gangis in India utraq; colliguntur*, uti clarum fit teſtimonio *Plinij l. XXXIII. c.* 4. Aurum *invenitur in fluminum ramentis, ut in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ*, conf. *Diodorus*

Sicu-

Siculus l. 11. *Bibl.Histor. f m* 121. & *Strabo l. XV* Geogr. οἱ ποταμοὶ καταφέρουσιν ψῆγμα χρυσοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ φόρος ἀπάγοντος τῷ βασιλεῖ.

§ 9. Cæterum *formam Auri Ophiritici externam* delineare majoris operæ est, eo quod nihil istius rei ex sacris aut profanis habeamus scriptoribus. Plinius libro & cap: citato facit *tria genera auri*. 1. *quod in fluminum ramentis invenitur*. 2. *quod ex puteorum scrobibus effoditur* 3 *quod in ruina montium*. *Primū est fluviatile*, secundum *canalitium* seu *canaliense*, & tertium *effossum* vocatur. Sed præter istos modos etiam solet *per lebos & ignes coqui*, & in certas *massas aut plateas* (quas vocat) disponi, quemadmodum hodienum ex *Cuba*, *Hispaniola*, *Peru*, *Castilia Aureâ* nanciscuntur Hispani, & ex *India Lusitani & Batavi*. An autem vel *fluviatile aurū* collegerint, an *canalitium*

aut effossum apportarint, aut an *consolidatũ* & ab incolis permutatione acceptum detulerint, an verò prius in India depurgarint, & à scorijs decoxerint, nobis non constat.

§. 10. Omnium probabilissimum est, quod *aurum*, cujus magna in Indiâ ubertas, *ab incolis ex permutatione acceperint*, quemadmodũ *Lusitani* sub primum suum adventum cum *Calechutanis, Peguẽsium*, &c fecerũt. Quorsum spectat ille ex Diodoro locus: Τ8τ8 μὲν τ8 γένους ὑπιπολάζοντ© παρ' ἀυτοῖς χαλκ8 δὲ καὶ σιδήρ8 σπανίζοντ© ὑπίσως ἀλλάττονται, ταῦτα τὰ φορτία πρὸς τ8ς ἐμπόρ8ς. *Cum hoc genus (aurum) apud ipsos* (Minæos puta Gabanitas) *sit copiosum, æris autem & ferri magna raritas, ex æquo has merces cum mercatoribus permutant.*

§. 11.

§. 11. Istud enim non persuadeor, quod *Salomonis* auspicijs *novæ fodinæ* sint apertæ, ex quibus vel nautæ vel alij ad officinas damnati haurirent aurum, uti *Bomferrus Gallus* literis scriptis *ex Peguensium nescio quibus Annalibus fidem facere laborat.* Namq; tam faciles aut inepti *incolæ Indiarum* non fuissent, ut alijs peregrinis cum mandato regio eò missis tantam libertatem darent, effodiendi suos agros, montes, & mineras, & deportandi pretiosa suæ terræ munia: Neq; quæ fuisset opera metallifossorum, ea imponenda est nautis: Imprimis cum minore sollicitudine ex commercio commutatorio habere possent tantum, quantum ad oneranda sua navigia erat satis.

§. 12. Interim tamen hoc certum est, quod *India utraq;* & imprimis

mis *Peguana*, *Malaca*, *Siana* & *Benjalana* multitudine quasi *auri* laborarint sua. Vid. *Isidor.* *l. XIV. Orig. c. 3.* *Diodor. Sic. l. 3. c. 10. & l. 5.* *Etesias Cnidius* in lib. *Indicor. apud Photium in Bibl. n. 66. 67. 69 seqq.* *Ælian. lib. IV. Hist. Anim. c. 27* *Philostat. lib. 3. de Vita Apollonii*, *Mela*, *Plin.* *Solinus*, *Curtius*, *omnesq́ Indicarum Rerum scriptores.* Conferri quoq́; possunt, quæ supra de Ophir diximus.

§. 13. Hinc ansam fabulandi accepisse Geographos priscos & neotericos quosdam priscorum vestigiis inhærentes reor, *SOLUM & fundũ hujus terræ AUREUM* fuisse. *Pomp. Mela* l. III. c. 7. *Plin. l. VI.* c. 19. *Isidor. l. XIV.* c. 3. & 8. Imo & eò progressi sunt nugarum, ut integros *montes aureos* hic ponerent, quibus (ne statim cum montibus aureis scholasticorum & Metaphysico-

ſicorum in Non-Ens abirent) cuſtodes appoſuerunt *gryphos, urſos & leones, formicas, dracones*, quorum unguibus eruatur aurum, ſed minacibus oculis cuſtodiatur, ne à prætereuntibus ullatenus attingi, niſi in trãſitu, cum cuſtodes obdormiverint, aut neſcio quo fato avolaverint, poſſit; ut maximè illuſtres *Herodotus & Ariſteas Proconneſius ſcribunt. Plin. l. XI. c 31.* quæ mirum non eſt in fabuloſo ſeculo etiam recepiſſe *Gloſſatorem Ordinarium, Iſidorum, Alph. Toſtatum* in 1. *Reg. IX. q. 22. f.* 121 aliosq; infinitos. Cum ipſe Plin. l X. c. 49. pro fabuloſis habeat: Arrian⁹ quoq; l. V. Geſt. Alex. Magni & ex iis Joh. de Pineda in Job. f. 506. refutent: Iſtiq; Gryphi non in *India ſed in Scythia ſeptentrionali* quæri ſomniati olim fuerint. Quapropter *Franciſco de Tamara*, cũ idem de ſerpentibus pervigilibus

qui *Adamātes tueantur Indicos*, quiq; auferri inde non possint, nisi prius objectis carnibus certa quadam ratione præparatis, quibus vorandis dum serpentes occupentur, tuto Adamantes & alia pretiosa auferri, scripsisset, parū fidei adhibet Garcias in lib. 1. Arom Exotic. c. 47. sed pro inepto commento habet.

SECTIO II.

De ARGENTO OPHIR.

Summaria.

§. 1. *Argentum Eb.* כסף *est desiderabile & qs. Cornu Amalthææ.*

§. 2. *Notat signatum & nondum signatum argent. Multum Argenti in Ophir. Argyre.*

§. 3 *Ex ea magnæ Salom. divitiæ.*

§. 4. *Salom. opulentia an injustitia, ac luxuria interpretanda?*

§. 5

ἔκθεσις.

§. I.

ALTERA mercium Salomonæarum fuit *ARGENTUM* quod & ipsum ex censu *Metallorum* est, & juxta *aurum* præstantissimum. In textu sacro appellatur כֶּסֶף quod

ex R. כסף appetivit, est, quasi *metallum aliquod desiderabile & expetibile* dicas, eò quod non minus *argentum* quam *aurum* sitire hominum genus soleat & appetere. Rectè *Philemon* apud *Stobaeum Serm. LXXXIX.*

τὸ τῆς Ἀμαλθαίας δοκεῖς εἶναι κέρας
οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι. τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
πρὸς τοῦτ' εἰ βούλει πάντα σοι γενήσεται
φίλοι, βοηθοὶ, μάρτυρες συνοικίαι. (ται

An cornu Amalthaeae fuisse existimas
Ut pingitur pictoribus cornu bovis?
Argentũ erat: quod possidere si queas,
Mox cũcta praestò nutũ fuerint ad tuũ,
Testes, Amici, socij, itemq; praedia.

§. 2. Hebraea autem vox כסף notat quodcunq; *Argentum sive signatum sit, sive signatum non sit*, quodcunq; in thesauro reponi solet. Ita *de signato* seu *nummis argenteis* capitur Gen. XVII, 13. & 23. Lev. V, 15.

de

de *non signato* Es. II, 7. 1. Reg. X, 21. *quod in thesauro recõditur* Deut VIII, 13. Prov. II, 3 & *pro quavis pecunia*, Gen. XXIII, 9. XLIII, 23. & alibi passim. Quæ autẽ superius de *figura & permutatione Auri* diximus ea etiam de *ARGENTO* hoc loco sunt subintelligenda. Eorum enim metallorum in hac negotiatione par fuit ratio. Certissimum enim est, quod *Ophira n. stra tam argẽto quàm auro fuerit opulentissima*, sicuti ea de causa peculiariter hic à Commentatoribus sacris reponi assolet *Argyre seu Argentarea insula*, quæ cum *CHRYSE* opulentiâ quasi abundavit. Eane fuerit *Taprobanæ metropolis*, ut vult Ortelius, an verò alia quædã ad *Ostium Gangis* sita insula, quod *placet Plinio & Solino*, nihil hic juvat decidere. Sufficit *Argenti plenam fuisse Ophiram*, ex qua in Hierosolymitanã aulam & urbem tãtam effu-

effudit copiam Salomon, ut tanta *esset argẽti copia quanta erat lapidum.* 1. *Reg.* X, 27. *quanta erat plumbi. Eccl.* XLVII, 20.

§. 3. Ista in *libris Regum & Paralip. verba* quoties perlego, soleo cum stupore *Salomonis divitias & abundantiam* omnium rerum revolvere. *Præbuit seu posuit Rex argentum & aurum in Jerusalem quasi lapides, & tantam copiam Cedrorum, quanta est Sycomororum, quæ gignuntur in campestribus*, quod 2. *Paral* IX, 27. reperitur. Quanquam facile Interpretibus largiar, his in verbis ὑπερβολὴν esse ad amplificandam Salomonis magnificentiam adhibitã, diffitendum tamen non est, maximam & ὑπερεκβάλλουσαν auri, argentiq; copiam indigitari, ita ut aurum in aliquo pretio, argentum in nullo esset, quod expreſsè extat 1. *Reg.* X, 21.

§. 4. *Genebrardus in Chronol. & Malvenda l. 9. de AntiChristo* iniqui sunt Salomonis censores, cum *iste* eam interpretetur *luxuriam*, *hic verò injustitiam* Quòd Salomon, cum esset magnificus & sumptuosus, nihili fecerit *aurum & argentum*, quod reliquis ejus subditis fuisset charissimũ, ut quos in tanto omnium rerum affluxu & largitionibus expilabat, & tributis acerbis onerabat, ut suæ profusioni satisfaceret. Imò ex eodem puncto *Malv.* non veretur, eum cum *AntiChristo* conferre, qui, cum *immensis opibus sit abundaturus, alios tamen, Christianos imprimis, emuncturus est* crudelissimè, ideo, quia *ut Nero nec largiendi nec absumendi modum tenebit (Svet. in Ner.* c. 30.)

§. 5. Veruntamen hæc *Salomonis opulẽtia ex DEI DONO* nõ ex *iniquis expilationibus subditorum* redũdabat.

Et

Et quanquã in tanto affluxu multa per abusum aulicorum deperire potuerint, tamen splendorem regium & benedictionẽ DEI ostendere in tanto tanti regni flore & majestate quid prohibuerit, non video. Neq; *iniquæ exactiones primis imperii annis, sed demum ad senium & stultam idolomaniam vergente Salomone* invaluêre; tantum abest, ut illæ Salomonis luxum adjuverint, ut potius ex abundantiâ aulicâ cives quoq; Hierosolymitani ditescerent. Nãq; in *Jerusalem* tantas divitias posuisse dicitur, non in regia sua. Et ἐμφατικοτέρως adhibitum est verbum ויתן & *prabuit seu dedit* dispertivit liberalissimè scil. inter subditos suos Hierosolymitanos, quod nos vocamus das Geld unter die Leute bringen. Hinc est quod *Petrus Comestor in* 1 *Reg.* 25. refert, quod tempore Salomonis *plurima sedilia in*

in Jerusalem in foribus ædium argentea, & *Joseph. l. VIII. c. 2 quod Regis & gentis fortunæ amplissimæ fuerint, atq; adeò in commerciis* (nimir. privatorum hominum) *nullum argento fuerit pretium.*

§ 6. Hinc præter *aureum, argenteum* & *æreum apparatum omnium vasorum & instrumentorum in templo Domini*, splendidissima & auro, argentoq; passim intertexta *domus è saltu Libani pro Reginâ formata*, hinc tanta *pro aulicis palatia & laquearia* confecta, hinc tanta auri *in clypeos tanta in peltas, tanta in solium regium*, tanta *in tribunal*, tanta *in œnopoteria & cyathos*, tanta in omnia *vasa regiæ domus* collata auri summa, vilipendium argenti fecerunt. Ne quid dicam de *apparatu armorũ, curruum, equorum, ephippiorum aureo & argenteo*, quorum omnium non obscura vestigia in sacris extant. Ex quibus omni-

omnibus facilè colligitur, *immensas & prorsus stupendas fuisse Salomonis divitias*, ut quē DEUS supra omnes mortales & Reges opulentissimum effecit, uti ipse divino oraculo edoctus fuerat: *Divitias & substantiam & gloriam dabo tibi, ita, ut nullus in Regibus nec ante te nec post te tibi fuerit similis. 2. Paral: I, 22.*

§. 7. Eant nunc aliarum *Regiarum ebuccinatores, & gloriam divitiarum* invideant *Hierosolymitano Principi.* Eat *Strabo* & decantet *Tuditanorū Baeticorū argentea praesepia*, seu *lacunaria* à *Chartaginēsibus reperta & direpta. l. 3.* Eat *Statius* & *aurea* sui seculi *atria* decantet l. 1. Thebaidos:

Et nondum crasso laquearia fulva metallo (tebant
Montibus, aut altè Grajis effulta ni-
Atria.

Eat M. *Annaeus Lucan⁹ l. 8. de B. Civ.* & *aureas trabes palatii Cleopatrae* efferat:

Ipse

Ipse locus templi, quod vix corruptior ætas
Exstruet, instar erat: laqueataq; tecta ferebant
Divitias, crassumq; trabes abscondérat aurum, &c.

Eat *Plinius*, & *l.* 33. *c.* 3. *inaurata laquearia, cameras, & parietes auro argentoq; imbutos civium Romanorum* ebuccinet; *auream Neronis domum, aurea Pompeji theatra* prædicet. Eat *Athenæus* & *lib.* 12. *arma argentea & equorum aureos frænos militum Alexandri Magni* commemoret. Eat *Juvenalis*, decantet fucrum *trullas aureas*. Satyr. 3. II.

Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.

Eat *Galvus Orator* & queratur *vasa coquinaria ex argento* fieri. Eant, qui *lectos mulierum, & balnea*, qui *lances*, qui *pelvas*, qui *statuas ex argẽto* factas commemorant. Eorum enim omnium longè majorem copiam in splen-

ſplendidiſſimo Salomonis ornatu invenient. *In quâ unquam gente aut urbe* (cui iſta metalla non ſponte enaſcuntur) *tanta argenti copia fuit, quanta eſt Sycomororum, quam in gente Salomonis? Quis unquam procerum tantas ex auro & argento opes collegit, quantas ſtanni & plumbi, quod de Salomone deprædicat Syracides?*

§. 8. Antequam hinc diſcedamus, ex utroq; loco *viliſſimæ iſtæ res*, cum quibus confertur *Salomonis divitiarum multitudo*, ſunt excutiendæ. Namq; in *Paralipom.* *Sycomororũ* in *Eccleſiaſtico plumbi & Aurichalci* fit mentio. *SYCOMORI* in textu Ebræo vocantur שִׁקְמִים in *Græco* συκομοραίας *Luc XIX*, 4. & Συκάμινοι *Luc: XVII*, 6. alias Feygen-Maulbeer-Baum: ab *Ulpiano Morus Ægyptiaca*, *Luth.* Maulbeer-Baum ubiq; vertit. Erat *arbor uſitata & vulgaris in Judæa & paſſim enaſcens,* im-

imprimis in *pascuis Thecuensibus*, uti ex *Amos VII*,14. & ut apud nos *tiliæ* aut *platani ad ædium ostia pro umbra foliorum capienda* plantantur, uti ex *Luca XIX*,4. colligere est. Imo & pro *ædificiis plebejorum* tanquam materia vilis adhibebatur, *parum ad firmitatem & speciem idonea, usitata tamen, quia exiguo parabatur impendio.* Sane *Sycomororum* vilem esse materiam, *cedrorum vero speciosam & nobilem ex Es: IX*, 10. habemus, qui materiæ deformi & futili firmam & speciosam opponit. *Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, Sycomoros succiderunt*, sed Cedros immutabimus. Quasi dicant homines superbi & procaces, *si lateritium opus ex latere* nempe crudo, *aut inundatio diluat, aut hostilis catapulta discutiat, pro latere crudo secta atq; quadrata saxa reponemus, & si domus ex fragili viliq; sycomoro ædificata*

cata ceciderit, è cedrina reficiemus materia. Conf. prolixè commentantem M. *Mart. Mylium in Horto Philos. c. 6.*

§ 9. *SYCOMORIS* opponuntur *CEDRI* tanquam pretiosissimum arboris genus, quod non solum manifestum fit ex *Es: IX*, 10. Sed etiam ex 2. *Paral. IX*, 27. Hinc non solùm utilissima, sed etiam excellentissima inter Arbores prædicatur, *Cant. V*, 15. *Ps XC*, 11. Ea de causa *Salomon de ea quoq; dicitur philosophatus*, quemadmodum scriptum est, 1. *Reg. IV*, 33. Et locutus *est super arboribus à Cedro, quæ est in Libano, usq; ad Hissopum, quæ egreditur è pariete*, i. e. à summa & pretiosissima usq; ad minimam & vilissimam. Ebr. dicitur אֲרָזִים à sing. m. אֶרֶז quod videtur magnam habere cognationem cum Rx. אָזַר *cinxit, accinxit*, eò quod

quod *Cedri idoneæ erant ad cingenda latera aut parietes ædium 1. Reg. VI, 9, 10, 15, 16. it: c. VII, 2, 3. C. IX, 16.* & cum Ry. רָזָה *macilentus & tenuis fuit*, ad commendandum *Cedrorum proceritatem & gracilitatem succinctam*. *Ps. XCII, 13. Amos II, 9. Es. XXXVII, 24.* Hinc est quod refert *Plini9 l. XIII, c. 5. Cedros in Cypro nasci maximas, longitudinem centum triginta pedum, crassitudine autem ad quintū hominum complexum.* Easdem *cariem non sentire*, ideoq; *splendidis ædificiis extruendis* adhibitas fuisse, colligitur non tantum è *Templi Hierosolymitani, & Regiæ Salomoneæ tabulaturis Cedrinis*, sed etiam *ex cedrinis Ninevitarum operibus. Soph. II, 14.* & *ex cælaturis & pagmentis Jojakimi Cedrinis. Jer. XXXII, 15, 23.* Earum magna copia est in *Africa*, & *Syria*, sed nullibi tamen major, quàm in *Libano*, *monte Phœniciæ nobili*, quod est in

Ps.

Ps. XXIX, 5. 1. *Reg.* V, 8. & confirmat *Plinius l.* XVI. c. 39. & *Diosc. l.* 1 c. 106 aliiq; Petrus *Bellonius lib. de Neglectâ Cultura Stirp. c.* XVI. testatur, quòd *Taurus mons Asiæ multis Cedris* abundet, similibus iis, quæ *in Libano proveniunt, quarum quantam cuperent Europæi seminum quantitatem habere possent, vilissimo pretio, & ita Cedros passim plantari posse*. Quod suum cõsilium ibidem pluribus declarat. Cedri decẽ genera persequuntur *Thalmudistæ in Rosch Haschana*. Plinius quoq; *maioris & minoris* meminit. *l.* XIII. c. V.

§. 10. Hinc κεδρελάτη est partim *nomen magnæ Cedri. Plin. l.* XXIV. c. 5 partim *seminis Cedrini. lib.* XIII. c. 5 κεδρίδες sunt *fructus Cedri, caprifici figura exhibentes* apud *Galenum*, *Theophrastum & Dioscoridem*. Κεδρία autem est *liquor* seu *resina, cujus usus* *blat*

blattarum & tinerarum arrosionibus libros & lintea præservat, mederiq́ dentium doloribus scribitur ab antea laudatis autoribus. Quod an idem sit cum κεδρελαίῳ, aut cũ πιστελαίῳ Medicorum judicio relinquo.

§. 11. De eadem quantitate & ubertate *auri argentiq́ Hierosolymitani* loquens *Ecclesiasticus* ita inquit *c. XLVII.* 20. Συνήγαγες ὡς κασσίτερον τὸ χρυσίον, καὶ ὡς μόλυβδον ἐπλήθυνας τὸ ἀργύριον *Tu congregasti aurum quasi stannum & ut plumbum multiplicavisti argentum.* Quid κασσίτερον seu κασσίτερος, itẽ quid μολυβδὸς & μολιβδὸς sit, vulgatum est; illo notatur *stannum*, hoc vero *plumbum*, ut adeò demirãdum sit, quid vulgato Interpreti in mentem venerint, cum κασσίτερον reddidit *aurichalcum*, & magis mirandum,

dum, quod hanc versionem defendat *Joh. de Pineda lib. IV. de R. S. c. XX. tanquam ingeniosam & rectam*, utpote in *quâ nihil leve, nihil contemnendum sit*. Ejus tamen defensionis rationem nullam aliam dare potest, quàm comparationis pulcritudinem, ut rem colore similem cum auro pretiosissimo Syracides contenderet: (uti enim *stannum colore argentum, ita aurichalcum colore aurum repræsentat*) & præterea oportunitatem ad explicandam auri copiam vulgarem & omnibus obviam. Licet enim tempore *Salomonis æs & aurichalcū neq; vilissimum neq; frequentissimum fuerit; tamen interpres rem pro suo tempore optima & clarissima ac notissima ratione interpretandam censuit*. Itane *Latinus* vester *Interpretem egit, ut versionem vitiaret?* Itane *rem tempore Salomonis*, addo & *Syracidis* (nam quod

quod ex Ariſtotelis mente *Heſychius* ait: ὀρείχαλκον τῶν εἰκῆ διαδεδομένον ὄνομα, οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτό. Conf. *Scalig. in Feſtum*) *ignotam potuit comparare cum Salomonis auro?* Rectè autem facit, quòd ab aliis pro *Latino interprete* *h. l. meliora exſpectet*, interim *veroſimilia ſua quæ protulit, pro veris habiturus*. Habeat ſibi hanc excuſationem.

§ 12. Ego iſtud mihi habeo, quòd h. l. vitioſa ſit verſio vulgata, perinde ut etiam 1. *Reg. VII*, 45. ubi נחשת quod *æs politum* ſignificat, male vertit *per aurichalcum*. Ut tamen aliam quandam contentionis & *comparationis* rationem habeat *Pineda* in iſto *Syracidis loco*, eam ſibi capiat, quòd *Syracides* æque ac ſuperius *liber Paralipomenõ collationem antitheticam ponat inter*

aurum rem pretiosissimam & (ut illic inter lapidem, ita hic) *inter stannum tanquam rem viliorem & ab omnibus comparabilem.* Quemadmodum enim *stannum & plumbum nec rara* fuerunt *Hierosolymis, nec cara:* Ita etiam *tempore Salomonis nec aurum nec argentum rarum aut carum erat* sed *maximè vile & omnibus obvium.* Quemadmodum *Jobi XLI, 21. sternet sibi aurum quasi lutum*, æque non est collatio *coloris fulvi in auro &* luto, sed *comparatio vilitatis & abjectionis.* Nam *Leviathan qui sup-auri ramenta, & immensas maris g-zas natando quasi porrigitur, easdem tamen nihil curat, & aurum quasi lutum sibi substernit.*

S

SECTIO III.

De GEMMIS OPHIR.

Summaria.

§. 1. *Lapis pretiosus signif. omnis generis gemmas.*
§. 2. *Quarum affluxus in India.*
§. 3. *Hinc probabile est, Salomonem ex India accepisse Onycha & Sardonycha.*
§. 4. *Adamantem.*
§. 5. *Obiter de Adamantis duritie.*
§. 6. *Rubinum.*
§. 7. *Carbunculum.*
§. 8. *Smaragdum.*
§. 9. *Topasium.*
§. 10. *Beryllum seu Turcoin.*
§. 11. *Jaspidem.*
§. 12. *Sapphirum seu Syrtitem.*
§. 13. *Lyncurium.*
§. 14. *Achatem.*

ἔκθεσις.

§. 1.

GEMMÆ & ipsæ sunt ex *Mine*ralium *censu*; Ideoq; cum *Metalla bina*, *AURUM & ARGENTUM* expenderimus: age *GEMMAS quoq;*, quas *classis Salomonis* asportavit, considerabimus. Ha rum fit mentio 2. *Chron. IX*, 10 & 1 *Reg. X*, 11 ac utroq; in loco אֶבֶן יְקָרָה extat. Significatq; *lapidem pretiosum*, in fœm. gen. ex יָקַר *pretiosus fuit*, *pretiosè æstimatus est*

No

Nomen יָקָר *pretiosum, honorabile, rarum & carum.* Cæterum eâ tanquam communi denominatione intelliguntur *omnis generis pretiosi lapides*, etiam *tales, qui in Magnatum Regiis aut Templorum Fabricis fundandis & expoliendis* adhibentur, uti ex 1. *Reg V*, 17. *C. VII*, 10. & 11. apparet, etiam *pretiosæ gemmæ* qualis est שֹׁהַם *Sardonyx seu Onyx*, *Exod. XXV*, 17. *Crystallus, vasculum Paz, Corallia, & uniones, margaritæ & Smaragdi. Jobi XXVIII*, 16 *seqq. Diademata regia quibus*, scil. ornari Solent Regum coronæ, 2. *Sam XII*, 30. 1. *Paral. XX*, 2. & *donaria Regalia in honorem Regibus data* 1 *Reg X*, 2. 2. *Paral. IX*, 1. & 9. quæ inter *thesauros regios* reponi solent, 2. *Paral. XXXIII*, 27. item *Donaria sacra idolis oblata*, uti *Dan. XI*, 38. de AntiChristo DEUM suum *Mausim auro & argento, & omni lapide pretioso* honorante,

adhibetur. *Marmora*, lapides רִקְמָה *seu variegationis* bunte Steine / item *lapides impletionum* eingefaßte Steine / *Rubini*, &c. 1. *Paral.* XXIX, 2. ex quibus *tabulata ædium ornantur*, 2. *Paral.* III, 6. omnes *tales gemmæ, quas in negotiatione gemmarii habent*, die die Jubilirer verführen / *Ez.* XXVII, 22. quæ quasi in summa comprehenduntur Ez. XXVIII, 13. ubi Propheta de *Rege Sidonia* inquit: *In Eden horto DEI fuisti, Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, Rubinus, Sardius, Topasius, Adamas, Hyacinthus, Chrysolithus, Onyx & Jaspis seu Beryllus, Saphirus, Carbunculus & Smaragdus & Aurum*; *ad exprobandum* ei luxum, quo in pretiosissimis gemmis superbiverat.

§ 2. Ex qua *locorum Biblicorum collatione*, id mihi videtur confici posse, quòd sub generali istâ *pretiosi lapidis appellatione Spiritus S.* *intel-*

nullam gemmam, quæ in Ophir aut Oriente haberi poterat, exclusam voluerit, sed inclusam potius, & indigitari quod nihil *pretiosi auri, nihil pretiosi argenti, nihil pretiosarum gemmarum* fuerit neglectum, quod non *ex India ad Salomonem sit* deportatum: Ex quo *fundamento* nos quidem in eam pervenimus opinionem, quod *omnes istæ gemmæ, quæ ex Indicis scriptis notæ* sunt, *ad Salomonem venerint.* Celebratur enim *India, quòd potiores in ea sint gemmarum divitiæ, quàm vel in Africa, vel in America vel in ulla Europe parte* sunt. Ita Plin *l XXXVII. cap. 13. Gemmiferi sunt amnes Acesimus & Ganges: terrarum autem omnium maximè India. Marcus Polus Eques Venetus in sua Chorogr. Tart. lib. 3. c. 22. in Zeylan:* Diese Insul hat viel Edelgesteine/zuvor Rubinen/die sind nicht köstlicher in der Welt/Sapphieren/ Amethisten/ Topasien und dergleichen.

Ee 5 §. 3.

§ 3. Ex eâ itaq; *Salomoni allatum esse*, vero simile est: (I) *Onycha*, cujus Moses meminit *Gen: II. v. 12* quòd *in Gange & ad terram Hevila seu Chavilath, i est Indiam Intra-Gangeticam* inveniatur; de quo nullum est dubium, quin etiam *in Ophir i. e. Extra-Gangetica India inveniatur. Dioscorides* certè *l. 2. c. 20.* Ἐστὶ, inquit, πῶμα κογχυλίȣ ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας εὑρισκόμενον ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις. διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὸν νάρδον. *Onyx conchilij tegumentum est ei simile, quo purpura integitur, quod in Indiæ nardiferis lacubus invenitur, suavem ideo spirans odorem, quod conchilia ibi nardi pabulo vescantur.* Alioquin apud Græcos ὄνυξ dicitur, eò *quod unguis humani candorem præ se ferat intervenientibus venis quibusdam Sardæ & Jaspidis colorem imitantibus*, seu ut

ut Zenothemis dixit, *Indicam Onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intervenientibus quarundam oculis, obliquis venis* apud *Plin*, *l.* XXXVII, C. VI, qui mox addit: *Sotacus & Arabicam Onychem tradit.* Sed eam à cæteris diſtare, quod *Indica unguiculos habeat, albis cingentibus Zonis ſingulis pluribusve*, aliter, quàm in *Sardonyche Indica.* Illic enim momentum eſſe, hic circulum. *Arabicas Onychas nigras inveniri candidis Zonis. Satyrus carnoſas eſſe Indicas, parte Carbunculi, parte Chryſolithi & Amethyſti, totumq́; id genus abdicat.* Veram autē *Onychem* plurimas variasq́; cum lacteis Zonis habere venas, omnium in tranſitu colore inenarrabili, & in unum redeunte concentum ſuavitate grata. Hactenus ibidem *Plinius.* Confer *l.* XXXVII *c.* 6. Ex quo q[illegible]

compositum nomen habet Sardonyx Eb. שֹׁהַם, à LXX. Interpr. λίθ☉ ὁ πϛάσιν☉ qs. lapis porraceus, ἐκ τȣ̃ πϛάσȣ, â porro, seu porri colore sic dictus, quod subviridis videatur, & ex gilvo ac nigro commistionem habeat. Istud autem gemmæ genus non ita ignotum fuit priscis. Nam *Polycrates Samiorum Tyrannus* insignem habuit *Sardonychem*, quem, ut fortunæ nimium blandientis insidias alicujus rei caræ jactura redimeret, in mare abjecit, qui tamen in ventre piscis paulo pòst inventus, ad eum relatus est. *Phil. Camer. Cent.* 2. *H. S.* c.57. vocat *Smaragdum*. *Claudius Cæsar Smaragdos induebat & Sardonychas*, inquit alicubi *Plinius* (lib. XXXVII, c.6.) *Primus autem Romanorum Sardonyche usus est prior Africanus*, ut tradit *Demostratus*, & inde *Romanis hæc gemma fuit celeberrima.*

Simi-

Similiter quoq; ex Ægypto attulerant & habebant *Judæi in deserto*, utpote in quo obtulerunt ad confectionem *pectoralis & Ephod Aaronici* *Exod. XXV, 6. C. XXVIII, 9. c. XXXV, 9. & pectorale eô circumdederunt.* Ex: *XXXIX, 13. David* quoq; collegit inter alia pretiosa etiam שהם seu *Onychen. 1. Paral. XXIX, 2. Sidoniisq; in pretio & possessione fuit*, uti colligere est, ex *Ez. XXVIII*, 13. Et vel ea de causâ magis confirmor, quòd *Nautæ Salomonæi hunc Onychen quoq; collegerint, & in majori copia in Judæã retulerint.* Legimꝰ quoq; in *Vincent. l. 24. Hist. & 93. Quod Hugo Francorū Rex ad socerum Eduardum Anglorum Regem dono miserit vas ex Onychino lapide ita celatum, ut in eo fluctuare segetes, gemmare vites, & hominum imagines astantium redderet; inæstimabili pretiositate.*

§. 4.

§. 4. Allatum quoq; esse arbitror (II) *ADAMANTEM* ex India, cujus proventus non exiguus erat in eâ, docente id ipsum *Solino in suis Memorabil. Asiæ C. LXI. Indicorum lapidum in Adamantibus prima, utpote, qui lymphationes abigant, venenis resistant, pavitantium vanos metus pellant*, &c. Cui cōsonat Plin. *l.* XXV*III.* *c.* 5. per totum. & *B. August. lib. XXI. de Civ D. c.* 4 *&* 5 *D. Garcias ab Horto l.* 1. *Aromatum c.* 47. annotat certa *Indiæ* loca, quibus effodiuntur præstantissimi, scil. in *provincia Bisnager, duabus vel tribus rupibus, in Decan non procul à ditione Ima dixa, in fodinâ cujusdam Reguli, qui ADAMANTES de rupe veteri vulgò* appellantur, & potiores sunt, â natura ipsa præparati, quos ideò præferunt Indi, & vocant *Naifes*. Nam *quemadmodum*, inquiunt, *Virgo præferenda est corruptæ mulieri, ita Adamas à natura*

ela-

elaboratus præferendus est ei, quem hominum industria expolivit, secus sentientibus Lusitanis. Neq; tantum plures sed & *prægrandes Adamantes in India* sunt, ut, cum *Plinius senserit*, haut inveniri *Adamantem Avellanæ nucleo majorem*. *D. Garcias* c. l. aliquos citat *quatuor avellanis majores, etiam exigui ovi gallinacei magnitudinem exæquantes*. Majorem verò *Adamantem in Belgio cõspectum haut puto, quàm quem Philippus Hispaniarum Rex* ducturus *Elisabetham Henrici II. Gall. Regis majorem natu filiam* emit à *Carolo Affetati AntWerpiæ anno* 1559. *octogies millenis coronatis*, inquit *Carol. Clusius ad istum Garciæ locum.*

§. 5. Duo hic nomina gerit in sacris Nam *Ez. XXXVIII. 13.* Et *Ex. XXVIII*, 18. vocatur יַהֲלֹם ex הָלַם *contudit*, eo quod ob *duritiem suam non solum omnes alios lapides frangat, sed & ipsos malleos confringat & con-*

contundat, uti de *Indico perhibet Plinius & Solinus c. l.* Sed Ez. *III*. 9. *Zach. VII* 12. & *Jerem XVII*. 1. vocatur שָׁמִיר ex שָׁמַר *servavit, retinuit, ut quasi lapis diu servabilis, & semet servans contra ictus fabrorum*, sit. Estq; in citatis locis nomen *singularis duritiei & firmitatis*. Unde *frontem Ezechielis adamantinam* i. e. *obfirmatam fecit Dominus*, ut minaces rebellium Judæorum vultus non metueret; Unde *stylus ferreus & scalprum adamantinum Jeremiæ*, quo peccata Judæ sunt consignata. *Magnæ* itaq; & *pertinacis firmitatis Adamantem* imprimis *Indicum* (qui optimus est) esse oportet, utpote qui hinc non tantùm apud *Hebræos*, sed etiam apud *Græcos* nomen sortitus est, ut Ἀδάμας *sit dictus quasi* ἀδάμαστος, *quasi indomitus, seu indomibilis*. An verò ea tanta sit, quantam eam communiter *Physic*-

de-

deſcribũt, ut *nec igne molliri, nec malleo ac incude ullo modo domari poſſit*, meritò dubitatur, cùm *gemmarij & aurifabri in ſuis officinis indies contrarium probent.* Confer *Scal. Exerc.* CCCXLIV. *ſect.* 8. *B. Sperling in Inſtit. Phyſ. lib. VI. quæſt.* 1. Et ipſe *Solin. in Memorab. Aſiæ* c. XXIII. de *Cyprio Adamante* concedit, *poſſe frangi malleis.* Item D. *Garcias ab Horto in l. 1. Aromatum* c. 47.

§. 6. Ex *India* (III) etiam allatum puto *RUBINUM*, qui aliàs etiam πυρωπὸς ſeu *Carbunculus* dici ſolet. Hebraicè *dicitur* אֹדֶם Ex. XXVIII. 17. Ez. XXVIII. 13. ex אָדַם *rubere ſeu rufum eſſe*, quia *Rubinus rubei coloris & inſtar flammeæ ſcintillæ eſt.* Alias *Sardio* creditur eſſe *Tremellio & Ariæ Montano*, ideò quod *aliqua rubedinis ſignificatio* in eo ſit. *Danæus* facit *Aödem* ſeu *Eſpinellam*, quæ *lucida & ignea*, ſed

ſed *Rubino tenerior, minus ſolida & vivida eſt.* Gemmarij hodiè *Carneolum* appellare ſolent, eò quod *coloris carnis* ſit, *Apoc. XXI*,20. Huc ſpectare videtur iſte *Plinij* locus *l. XXXVIII, c. 7. ipſa gemma vulgaris* (loquitur de Sarda) *primum Sardibus reperta, ſed laudatiſſima circa Babyloniam, cum lapicidinæ quadam aperirentur, hærens in ſaxi corde. Sed inveniuntur in compluribus aliis locis, ſicut in Paro & Aſſo. In India trium generum, RUBRUM,* & quod *Demium vocant, à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis ſublinitur. INDICÆ perlucent, craſſiores ſunt Arabicæ. Commodiſſimè Rubinum exponunt per CHRYSOLITHUM* cui in Italia apud vulgum *Rubini* nomen eſt, quod ob *colorem flammeum* mirè ſit ad proſpectum jucundus. Nobiliſſimus Dominus *Marcus Polus l. II. c. 22.* refert, quòd *Rex inſulæ Zeila*

ba

habeat Chrysolithum, seu Rubinum ad pugni longitudinem,& ad trium digitorum crassitudinem, qui cum unicus in toto orbe tantus censeatur, inæstimabilis pretij censendus est.

§. 7. (IV) *CARBUNCULUM*, qui Hebraicè sonat בָּרֶקֶת ex Radice בָּרַק *fulguravit*, id nomen gerit, quia instar *coruscantis ignis seu flammæ etiam noctu lumen præbet*. Hinc *Symmachus* hoc nomen interpretatus est κεραύνιον *Ez. XXIX*, 13. eò quod instar *fulguris fulgeat*. Hunc *LXX*. & communiter *Interpretes* sacri vertunt σμάραγδον, quãquam Hebræi aliqui etiam *Topazium* velint. Sed rectè submonuit *Danæus*: Etsi *Smaragdus quasi Maragdus*, ut ait *Athenæus*, *à splendore vocatus* est; tamẽ *Smaragdi splendor coruscationi fulguris minimè similis est, quod ipse aspectus indicat*, *Melius igitur Carbunculus* ne-

nominatur. Est enim *Carbunculus Rubini species ea, quæ omnium pulcerrima & præstantissima est, & lucem tanquam fulgetrũ nobis eum procul intuentibus jaculatur, adeò, ut in media nocte & tenebris etiam luceat, & velut Sol quidam illustret sibi vicina loca.* Carbunculi genitricem *INDIAM esse ex Plinio constat l. XXXVII. c. VII.* Principatum habent *Carbunculi, à similitudine ignium appellati, cũ ipsi non sentiant ignes; ob id à quibusdã apyroti vocati.* Horũm genera *Indici & Garamãtici,* quos *Carchedonicos vocavêre propter opulentiam Carthaginis magnã.* Optimos faciunt *AMETHYSTIZONTAS h. e. quorũ extremus igniculus in Amethysti violam exeat: proximos illis, quos vocant SYRTITAS, pinnato fulgure radiantes.* Et mox: Cognata est huic (*Anthraciti*) *Sandrastos* quem alij *Garamantitin* vocant, nascitur in *India* ejusdẽ nominis. *Carbunculi*

alij

aliqua species & Lychnites à lucernarũ accensarum præcipua gratia. Nascitur circa *Orthesiam*, totaq; *Caria*, ac vicinis locis, sed *probatissima in INDIS*, quam quidam *remissiorem Carbunculum* esse dixerunt. Vide *Andr. Baccium de Gemmarum natura c. VI. Lichnitem fert India, cujus lucis vigore flagrans ardor excitatur lucernarũ*, qua ex causa *Lichnitẽ* græci vocaverunt. Duplex ei facies. Aut *in purpuream emicat claritatem, aut meratius suffunditur cocci rubore per omne intimũ sui: siquidem pura sit, inoffensam admittit perspicuitatem. Aut si excanduit radiis solis icta, vel ad calorem digitorũ attritu excitata est, aut palearũ cassa, aut chartarum folia ad se rapit: Contumaciter sculpturis resistens, ac si quando insignata est, dum signa imprimit, quasi quodam animali morsu partem ceræ retentat*, inquit *Solinus c. LX.*

§. 8.

§ 8. (V) *SMARAGDUM*, qui Ebr. dicitur נֹפֶךְ quem quidam *Chrysoprasum*, alii *Carbunculum*, *Targum* tamen Onkelos *Smaragdum* reddunt. Nam sub *nigricante luce & colore auri à viridi colore tenuitur diluto est Chrysoprasus: Carbunculus autem scintillantis aut fulgurantis splendoris: Smaragdus autem totus viridis est coloris, & ita lucet, & splendorem suum egregiè retinet.* De quo videndus *Danæus tract.* 3. *c XXXVII. de gemmis pag.* 95. & *Gobelchoverus* commentario in *Baccium lib* 2. *c.* 5. & *Ruæus l* 2. *c.* 4. Quem & ipsum generat *India*, perinde ut *Æthiopia*, *Ægyptus*, *Cyprus*, *Scythia*, & *Bactria*. Nam, ut annotavit *Epiphanius* opusculo de *XII gemmis in veste Aaronis*, in *Phisone* h. e. *Indo flumine*, & in *Gange nasci non tãtum Carbunculũ sed & Smaragdum. Persis* & *Indis Pachee*, *Arabibus Zamaruth* dicitur.

§ 9.

§ 9. (VI) *TOPASIUM.* Eb. פִּטְדָה *pretiosissimam gemmam.* Multa de *Topasii* prima inventione & denominatione habet *Plinius l. XXXVII. c* 8. memoratq; de *Callaï*, eam nasci post *aversa Indiæ* apud incolas *Caucasi montis*, item de *Prasio*, *Chrysoprasio*, *aliisq; Topasii speciebus* scribit, *INDIAM & has generare & Nilion fulgore hebeti & brevi, & cum intueare fallaci, colore autẽ fumido, & aliquando melleo.* Quod autem *Plinius* ait *Topazium in Arabiæ insula, quæ Chitis vocatur, & à Troglodytis prædonibus occupata fuerit, cùm herbas radicesq; effoderent,* erutum esse, *id Epiphanius de XII. gemmis c* 2. etiam *Indiæ tribuit*, *Topazium*, inquiens, *in Topazia Indiæ urbe* inventum à lapicidis in corde alterius lapidis. Vertitur communiter τοπάζιον *seu* τόπαζον, quod quasi τόπαδον dicitur, inversis scil. & *trãspositis Ebræis literis.*

Glos-

Glossa interlinearis *Topazium quasi Topedion* i. e. omnium colorum di-
citur: Quæ etymologia non adeò
nota est. Dicunt enim τοπάζειν *lin-
gua Troglodytica* esse *quærere*, quia
Juba Rex Mauritaniæ in *dicta Maris
Rubri insula Arabiæ felici vicina*, eam
invenerit. Confer *Baccium de Nat.
gemm.* c. 4. Sunt qui *Topaziū vocant
Chrysolampum Plinij, in Æthiopia na-
scentem, pallidi coloris, die & noctè ignei.*
Alij *Chrysopterim* appellant ab her-
ba Filice, eò quod aurei coloris sit,
transfusa insuper blanda quadam
viriditate ad glaucum accedente.
Conf. *Franc. Ruæus de gemmis l. 2. c 9.*

§. 10. (VII) תַּרְשִׁישׁ *BERYLLUM
Thalassium seu marinum, Ex. XXVIII,
20. Chrysolithum* vocat Aben Esra
Lutherus autē Türckis. Ejusmodi
Beryllos India mittit, teste *Plinio l.
XXXII, c. 5. Berylli in India originem
habentes, raro alibi reperti, fulgorem
pro*

probatissimũ habent. Probatissimi sunt ex ijs, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui vocantur *Chrysoberylli* & sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Conf. *Solin. C. LX.* Hinc *Ptolomaeus de Taprobane* scribit, *metalla beryllum & hyacinthum habere*. *Osorius* addit, *gemmas incredibili multitudine singulari colore atq; fulgore*. Arabs quoq; Geographus, super *montem* (Aisp Pico d'Adam) & circa ipsum reperiũtur omnes *hyacinthi* species. Item in fluminibus reperitur *optimus Beryllus & maximus*. Idem etiam *Vartomannus & Haitho Armenus* habent. Huc spectat, quod *D. Garcias ab Horto l. 1. Arom. Exot. C.* 47. habet: *Plurimus Beryllus est in Cambaya, Martaram, & Pegu, & Zeilan.*

§. 11. (VIII.) *JASPIDEM*, qui Ebr. dicitur יָשְׁפֵה *Ex. XXVIII, 20.*

quem Jonathan vocavit *Pantherianum lapidē à maculis Pantheræ similibus*, de quo ita *Plinius l. XXXVII, c. 8. Viret, & sæpe translucet Jaspis, etiamsi victa à multis, antiquitatis tamen gloriā retinens. Plurimi ferunt eam gentes, Smaragdo similem INDI. Et vas ex Jaspide formatum, cujus ambitus ad palmos decem patebat, miraculi loco habitum Deoq; dicatū, velut quippiam inæstimabile fuisse in Silicia in Montis Regalis tēplo ad baptismales aquas servandas*, ex *Leandro* refert *Sim. Majol. Coll. XVIII.* Hancq; gemmam esse ait, ex quo *vasa Murrhina* fiant, quæ *Porcellanas* vocant, adeò virentia, ut ex Smaragdo conflata videantur, cujusmodi vas venale datum sibi esse, ait *Garcias de Gemm. c. 52. ducentis pardaons sive aureis Hispanicis*, cujus, si ex Smaragdo conflatum fuisset, millesimam partem eo pretio vix nancisci potuisset.

§. 12.

§. 12. (IX.) *SAPPHIRUM*, qui סַפִּיר scribitur, estq; ex ℞. סָפַר *numeravit, recensuit*, quod præ cæteris tanquam *pretiosior & nobilior numeretur, & eligatur*, Cant: V, 15. סַפִּירִים, vel à ספר *à numero* dicitur, propter *varias stellulas*, quæ in ea micant. Hieron. סַפִּיר vertit *pulchrum*, ex שפר quod per *Metaphorã significat pulcher fuit*, quia *quæ rotunda sunt, elegãtem etiam formã* habent, cognatis literis ש & ס inter se permutatis. Hanc *Franciscus Ruëus lib. 2. de Gẽmis c. 2.* ita describit: *Sapphiri cælesti colore conspicui sunt. Earum, quæ apud Medos reperiuntur, supremã sibi majestatem vendicarunt, quæ serenissimi vernió; cæli colorem efferentes, cæruleæ conspiciuntur, & ceu transfusas nubeculas (immixta etiamnum levi quadam purpura) repræsentant, ut videlicet sulphuris primum accensi colorẽ referant, aureis insuper punctis colluceant*

ſcintillentq́; ita tamen, ut viſus aciem materiei craſſitie retundant, ut & admotarū rerum imaginem ſpeculi inſtar minimè reddant. Sunt itaq́; hæ optimi Sapphiri. Gr. ζάπφειρ⊙ de cujus colore variant, *alii rubrū, alii album* faciunt, apud *Ruæum l.2. de Gem. c.2. Marbodæus* in Britanniâ *Armoricâ Epiſcopus, lib. de Gemmis* teſtatur, Sapphirum etiam *Syrtitem* appellatum eſſe his verſibus:

Sapphiri ſpecies digitis aptiſſima Regum.
Egregiū fulgēs, puroq́; ſimillima cælo
Hic quoq́; Syrtites lapis à pleriſq́; vocatur
Quod circa Syrtes Lybicis permixtus (arenis
Fluctibus expulſis fervente freto reperitur.

Conf. *Gobelchoverum in Bacc. l.2.c.7. Sapphiri duo genera exhibet INDIA; unum obſcurius, alterum ſplendidius & micantius.* Utrumq; autem genus in-

invenitur *in Calechut, Cananor, &* *variis regni Bisnagua* locis; *præstantiores ex ZEILAN* adferuntur, *non verò laudatissimi ex Pegu*, inquit *Garcias de Gemmis. c.* 50.

§ 13. (X) *LYNCURIUM* לֶשֶׁם *Vulgatus & Josephus* appellant *Ligurium, Plinius l. XXXVII. c. 4. Lingurium*, dicitq; esse *gemmã ex Lyncis urina concretum, esseq; coloris illius, qui est in igneis succinis.* Veteres aliqui *glessum* vocabant, à similitudine electri. Non tamen ipsum *succinum, seu electrũ est*, sed *gemma magni pretii, coloris succinei. Fagius in Exodum* dicit, Judæos communiter exponere *Turcoïs*, quæ gemma apud nos nota est. *Tremellius & Junius Cyanum* verterunt, gr. κύανα *gemma ex Sapphirorum genere, & carulei coloris. De Succino & Lyncurio* c. l. Plinius inquit, *in INDIA inveniri certum est*,

§. 14. (XI.) *ACHATEM*, quem Ebræi שְׁבוֹ & *Targ. Hierosol. Birzelin*, & Plinius *Sideriten* appellant. Hæc quidem primum reperta dicitur in *Sicilia* juxta flumē *Achates*, sed postea plurimis locis. *Nam & in INDIA inventæ contra eadē* (morsus scorpionum & araneorum) *pollent, & aliis magnis miraculis. Reddunt enim species fluminum, nemorum, & jumentorum, etiam esseda & staticula & equorū ornamenta.* Plin. *l. XXXVII. c.* 10. quibus gemina *Solinus* habet *Memor. cap. XII Dat INDIA reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem vidisse oculis favet, quomodocūq; intra os receptus sedat sitim. Sunt & qui usti redolent myrrhæ odorem. Achates sanguineis maculis rubescit. Sed qui maxime probantur vitreā habent prospicuitatem, ut Cyprius. Nam qui sunt faciis Cerea abundantes, trivialiter negliguntur.* Conf. *Ruæus. l.* 2. *c.* 16. *&* *Bac-*

Baccius, c. 10. Tradit Solinus, annulum *Regis Pyrrhi, qui contra Romanos bella gessit, ideò nobilissimæ famæ esse,* quod gemma *ejus fuerit Achates, in quo novem Musæ cum suis insignibus singulæ, & Apollo tenens Citharam videbantur,* non *impressis figuris, sed ingenitis.* Similes alias ingenitas Achati formas ex Leandro M. & Fulgoso recitat *Majolus colloq. XVIII. p. m.* 412.

§ 15. (XII) *AMETHYSTUM* Ebr. אַחְלָמָה dicunt. *Principatum Amethysti INDIÆ tenent,* inquit *Plinius l. XXXVII. c.* 9. & mox iterum ait: *INDICI absolutum purpuræ felicis colorem habent.* Observat *Fagius,* dici ex חָלוֹם *somnium,* eò quod *is, qui hanc gemmam gestat, semper somnia videat.* Targ. Onkelos & Jonathan עין עגל *En Eghel* i. e. μοσχόφθαλμος seu *oculus vituli,* quem repræsentare videtur. *Baccius. l.* 2. *c.* 11.

& Rueus eodem cap. plura habent.

§ 16. (XIII) *CRYSTALLOS.* Hos gignit *INDIA* apud *Plin. l. XXXVII. c. 5. Indi mire gaudent longitudine eorũ* (cryſtallorum) *ſolosq́ gemmarum eſſe prædicant, qui carere auro malint, ob id perforatos elephantorum ſetis religant* & *c. 9. Translucida cryſtallinis laudatiſſima eſt in Indis, apud quos Argenon vocatur.* Quibus accenſenda etiam eſt *Aſteria incluſam lucem pupillæ modo quodam continens ac transfundens cum inclinatione, intus ambulantem ex alio atq; alio loco reddens, eademq́ contraria Soli regerens candicantes radios*, unde nomen invenit, difficilis ad cælandum. *INDICÆ præfertur in Armenia nata.* Similiter candida eſt, quæ vocatur *Aſtrios*, cryſtallo propinquans in *INDIA* naſcens, &c. ubi

ubi demiror *D. Garciam* ab Horto *l.* 1. *Arom. Indic. c.* 47. ſcribentem; *Nullo ex prædictis* (Malaca, Becan, Biſnager) *loco Cryſtallus invenitur, nec per univerſam INDIAM.* Inveniri tamen Beryllum Cryſtallo ſimilem ſtatim ſequenti lineola concedit.

§ 17. (XIV) *OPALOS*, quorum & ſumma caritas & ſuavitas eſt, ubi id iterum de ſuo nobis largiatur *Plinius l. XXXVII. c.*6. *India ſola & horum eſt Mater.* Atq; ideò eis pretioſiſſimam gloriam *compoſitores gemmarum* & maxime inenarrabilem difficultatem dederunt. Eſt enim in iis *tenuior carbunculi ignis, & Amethyſti fulgens purpura, eſt Smaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia.* Hinc *Nonius* Senator *Rom.* cum proſcriptus *ab Antonio*

ob Opalum fugeret, ex omnibus ſuis bonis unum annulum abſtulit, quē certum eſt *ſeſtertiis viginti millibus* æſtimatum Plin. c.l. Ad *Opalum* etiam *Cardani Pſeudoopalus*, quem l 7. de *ſubtilit.* ſic vocat, referendus eſt, quem *INDI oculum catti* vocant. invenitur *in Zeilan, Pegu, & regione Bramaa.* Cujus ea virtus eſt, *ut lineus pannus ita compreſſus, ut ipſius gemmæ meditulliū ſive oculum tangat, nullo igne uri poſſit,* ut ex ſuo experimento refert *Garcias c.* 54.

§. 18. (XV) *HYACINTHUM* Gr. ὑάκινθον, & (XVI) *CHRYSOLITHUM*, quos & ipſos *India* habet. *Hyacinthos*, inquit Plin *l. XXXII. c* 9. *& Chryſolithos Æthiopia mittit, aureo colore translucentes. Præferuntur iis INDICÆ, & ſi variæ non ſint, Bactrianæ.* Cujus ſpecies ibidem perſequitur. Fiunt & *leucochryſi* interveniente candidi vena. Sunt in hoc gene-

genere *capniæ*. Sunt & vitreis similes veluti croco refulgentes, vitreæ verò, ut visu discerni non possint. In eodē genere sunt *Melichrysi, veluti per aurum sincero melle translucente, quas INDIA mittit quanquā ad injuriam fragiles.* Eadem & *Xystion* parit, plebejam ibi gemmā. Conf. *Ruaus l. 2. c. 7. Hyacinthus* pariter *& Granatus nascūtur in Calecut, & Cananor: Granati etiam toto regno Cambaya & Balagunte*, inquit D. *Garcias ab Horto* de Gemmis. c. 51.

§. 19. (XVI) *UNIONES & MARGARITAS.* De Insula *Taprobane Solinus* inquit: *Margaritis scatet & gemmis*, de eadem Plini[9]: *Megasthenes scribit, auri & margaritarū grandium esse fertiliorem, quam Indos Arrianus pellucidos lapides* in eâ ponit. Idem scribunt *Mercator, Osorius, Vartomannus, Haitho Armenus.*

Recte *Evax Rex Arabum*, sive mavis *Marbodæus*. c. 61. *Insignes baccas prædam maris India gignit*. Plinius *l. IX. c. 35. Principium culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent. INDICUS maxime hos mittit Oceanus.* Idem *l. 35. prox. Turba gemmarum potamus, & Smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam juvat, & aurum jam accessio est.* Et de incolis *Taprobanæ* iterum *Solinus c. LXI. Mirantur aurum & ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatum. Secant marmora testudineа varietate, margaritas legunt plurimas maximasque. Conchæ sunt in quibus hoc lapidum genus reperitur*, quæ plura de usu margaritarum apud Romanos recepto, & aliqua ἄπιστα de conceptione concharum cæli non aquatili ibidem possunt legi.

Sic

Sic *Marcus Polus Ven. l.3. sui Itiner. c. 23. de Regno Malabar.* Im Reich Var find man Perlen mit Hauffen in einem Meerbusen da man leichtlich Grund hat / fischt man die Perlen &c. & *Joh.* Hugens von Lindschotten *Nav. Indica. anno* 1579. f.m. 51. *D. Garcias ab Orto Hist. Arom. l.1. c. 57.*

§. 20. XVII. Etiam istas *gemmas, quas in transitu ex obviis intermediis insulis habere poterant*, collegisse nautas *Ophiranos*, omninò persuadeor. Quales sunt *Corallium*, *Andromade Arabiæ*, *Iris in aliqua Maris Rubri insula effossa*, *Galactite & Ægyptilla quæ est nigra radice* & cærulea facie, *Zeros* in Perside nata, *Aspilates* in Arabia inventa, *Alizoës* in India & *Perside* argengenteo nitore fulgens, *Amphitane* quæ

quæ alio nomine apellãtur *Chryſocolla* in Indiæ parte, ubi formicæ aurum eruere perhibẽtur, inventa, auro ſimilis, quadrata figura, quæ & ferrum & aurum trahere dicitur, *Corallis* minio ſimilis Indiæ & Syenes fætus, *Chelonia* oculus eſt Indicæ teſtudinis, *Gaſidane* Perſica, *Xanthos* è fulvo candicans, *Henui* ab Indis vocata, *Jovis gemma* in attritu ſudorem purpureum emittẽs, *Jon* apud Indos violacea, *Lesbias* Indica, *Mitrax* à Perſis & Rubri Maris mõtibꝰ accepta, *Morion* Indica aliàs *Pramnion* dicta, nigerrimo colore translucẽs, *Nympharena* Perſica, *Obſidianus* Indica, *Selenites* Arabica, *Telicardios* Perſica, *Zoroniſios* in fluvio Indo naſcens, quæ dicitur *Magorũ gemma*, *Callaïca* Indica, *Aſtrion chryſtallo* propinquo, in cujus centro ſtella lucet lunæ plenæ fulgore: & fortaſſis longe plures, quarum nomina ob-

obſcuriora, pretia autem cariora ſunt.

§. 21. Ita, ut *XVIII.* ne *Magnetem quidem Indicum* hîc excluſum velimus, utpote, *quem India quoq; mittit*, ſicut *Marbodæus* c. 43. canit:

Magnetes lapidis eſt inventus apud Troglodytas
Quem lapidum genitrix nihilominus INDIA mittit.

Quod uti parili probabilitate de *Magnete* aſſeri poteſt, atq; de alijs aſſeritur ſive gemmis ſive lapidibus; Ita *Joh. de Pineda* mihi magnum errorem Geographicum erraviſſe videtur, quod *Magnetis* nomen ab *Indico armentario*, *ejus in India inventore in Ida monte*, *clavis crepidarum & baculi cuſpide hærentibus in areâ magnetica*, *dū armenta paſceret*, deducit, & illud ex *Nicandro & Plinio* probare ſatagit. Nam *Ida nō eſt mons Indiæ ſed Aſiæ minoris ad Troada*, con-

consensu *Strabonis*, *Macrobii*, *Plutarchi*, *Ptolomæi*, *Diodori* & omnium veterum & recentiorum Geographorum. Quomodo igitur *Magnetes iste in Ida monte in India*, *magnetem lapidem invenisse potuit?* Ita etiam aliquando bonus dormitat Homerus Forsitan non ita injucundum, aut ab hac re alienum est, audire, & legere quæ B. *Sperling. in Inst. Phys. l.* 6 *q.* 2. de fortuita *Magnetis inventione* habet: *Fossores quidam, postquam labore definito fuêre perfuncti cuneos & malleos in cuniculi solo deposuerunt, & abierunt. Postero die ad laborem redeuntes, instrumenta illa in cuniculi solo non invenerunt, sed è superiore alterius lateris parte ea pendebant. Operarii rerum harum ignari id indicarunt Dominis, qui post inquisitiones venam ibi invenêre magnetis.*

gnetis. Post fossores novitate rei allecti sæpius ita instrumenta de Magnete suspenderunt.

§. 22 Tantus scil. *Gemmarum & Unionum thesaurus* in communi ista appellatione *pretiosi Lapidis Ebræa* residere videtur, tantusq; *affluxus ex India Hierosolymas delatus* non improbabiliter creditur. Cum quibus si conferantur *donaria Reginæ Sabææ & aliorum Satraparum* terræ, mirum non est decantatissimas esse Salomonis divitias & majores omnium aliorum Regum copiis.

SE-

SECTIO IV.

De

LIGNIS ALMUGIM.

Summaria.

§. 14.

Ἔκθεσις.

§. 1.

VIdimus *Mineralia*: Videbimus porco *LIGNA* quæ nõ minori sollicitudine *à Sp. S.* consignata *mercibus Salomoneis annumerantur.* Ista *ligna in* Ebræo duplex nomen gerunt. Nã 1 *Reg.* X. 10. & 11. vocantur עֲצֵי אַלְמֻגִּים sed 2. *Paral.* IX, 10. 2. *Pa*

& II. appellātur אַלְגּוּמִּים transpositis scil. syllabis גּם & מוג. Et quia prorsus *ignota Judæis tempore Salomonis fuerunt*, & ne nunc quidem eorum natura vel Rabbinis vel nostris Physicis patescit, ideo varia varii de istis scripserunt.

§. 2. *Joh. Avenarius* in suo *Diction.* putat esse nomen *appellativum* compositum ex אַל particula negativa & ex ℞. מוג *dissolutus est*, quia indigitentur *talia ligna*, quæ non *facilè dissolvantur aut computreant*, *cum humiditates respuant*, *ex quibus dissolutio aut corruptio oriatur*. Sed hanc expositionem non videtur pati status constructus nominis עֲצֵי cum potius esse deberet absolutum עֵצִים quam constructum. Autumo igitur אַלְמוּגִים & אַלְגּוּמִּים nomina esse *propria arborum Indicarū*, quarum & *pretiositas* & *nobilitas* ignota hodienū est. Interim non

on facile negaverim, Ligna hæc *lmugim & Algumim* esse imputri-ilia, eóq; denominatione istac espici. Nam non tãtum ideò quod ara, sed etiam quia durabilia e-ant, commendantur.

§ 3. Cum autem hæc ligna אַלְמוּגִים ita *rara* in libris Regũ & Chronicorũ deprædicẽtur, ut eorũ *imilia Hierosolymis nec ante nec postea visa sint*, oportet utiq; alia fuisse ab אַלְגּוּמִּים in *Libano* cæsis, quorũ fit mentio 2. *Paral.* II,8. Nam isti *Algumim Libani prius ex Libano in- portum Joppensem, & ex eo Hierosoly- mas deportati fuerunt* & postmodum quoq; facili negotio & minoribus sumptibus in Libano succidi & eò deportari potuerunt. *Alia*, inquam, fuisse *oportet INDICA* ex Ophir & *alia TYRIA* ista, ex *Libano* allata. In-terim inter utraq; aliquam in *colo-re, soliditate, firmitate, & durabilitate*

affi-

§. 5. Nam quod quidam cum *R.* *Dav. Kimchi Complutens. & operis Regi* *autoribus putãt*, ista *ligna esse Brasilian* in eo maxime errãt. Quamvis enim in *Brasilia* ligna pretiosa sint, ista tamẽ Indica non sunt. Namq; *locus prorsus est alienus. Brasilia tunc nondum inventa: Nec navigatum in Brasiliam sed in Indiam est.*

§. 6. Similiter isti, qui cum *Mal* *venda l. 3. de Antichristo c. 22.* pe *Algumim magnos Indorum juncos au arundines candidiores* intelligunt exerrant. Præterquam enim, quod nomen עץ *de juncorum petiolis au ramusculis arundineis vix* invenia mus usurpatum, etiam ejusmodi *juncosæ materiæ ad contignationes de ambulatoriorum, aut ad instrumenta Musica* ex iis exsculpenda, prorsu ineptæ sunt.

§. 7. Pariter isti hallucinantur qui cũ *Chaldæo Paraphraste Pagnin*

Poma

Pomario, Aria Montano, & Thoma Bozio l. XX. de signis Ecclesiæ c. 3. p. m. 315. ligna *Curalia seu Corallina* intelligunt; *Corallina*, inquam, quæ *corallo, quoad colorē & duritiem simillima sunt, ideoq; propter similitudinē ita dicuntur.* Utut enim in *Brasilia* hæc in magna copia nascantur, neq; minus in *India in magno pretio sint*, tamen ex *Plinij l. XXXII. c. 2.* colligo, quod ista *Curalia Indis non sint inquilina sed aliunde importentur.* Ita enim Plinius loquitur: *Quantū apud nos Indicis Margaritis pretium est, tantum apud Indos in curalio. Namq; ista persuasione gentium constant.* Imo verò Corallia tam ignota Ebræis, aut remota à Salomonis aula esse non poterant, ut nunquam ante eis visa, aut postmodum allata fuerint, cum in *vicino Mari Rubro ubertim progerminent, in mediterraneo quoq; mari & Persico sinu*, uti idē *Plinius* c. 1 inquit.

 Cigni-

Gignitur quidem & in Rubro Mari, f *nigrius, item in Persico, vocatur Jac* *laudatissimum in Gallico sinu circa St* *chadas Insulas, & in Siculo circa Helia* *ac Drepanum. Nascitur & apud Gr* *vistas, & ante Neapolin Campaniæ, m* *ximeq; rubēs, sed molle, & ideo vilissi* *Erythris. Forma est ei fruticis, & colo* *viridis. Baccæ ejus candidæ sub aqu* *ac molles: exemptæ confestim durantu* *& rubescunt quasi corna, sativa specie* *atq; magnitudine.* Et post pave *Baccarum ejus autoritas non minus J* *dæorum viris quoq; pretiosa est, quàn* *fœminis nostris Uniones Indici.* Ad *quod ligna corallina prorsus inepta si* *ædificando & præsertim efficiendis eju* *modi laquearibus ad domum Domin* Prorsus dubius sum, an huc refer possim aut debeam *Caroli Clusij A* *trebatis Coralloïdem* arbusculam Ma rinam, quam apud *Christianũ Porr* *tũ* viderat, aut eam, quam ab *Hēri*

H

Hojero Bergēſi Medico è NorWegia acceperat *Petro PalWius Med & Prof. in Acad. Lugd. Batava*: Ejꝰ icona videſis in Cluſii Exoticorū l. VI. c. 1. f. 119.

§ 8. Vulgatus *Interpres*, *Hieronymus*, *Toſtatus*, Sanctius, & communis fere omnium Interpretum Pōtificiorum turba, quibus vulgata eſt *Authentica*, *Tremelliusquoq; & Junius* hic Vocabulum Hebræū verterunt per ligna *Thina ſeu Thyina*, de quibus ſic gloſſatur Abulenſis: In *Inſula Ophir ſunt ligna Thina* (debebat ſcribi Thyina vel *Thyïa*. Gr. θύϊνα vel θύïα) *& ſunt pretioſiſſima & alba; quæ cum tantæ ſint ſoliditatis, poſtquam fuerint levigata, perfectè imagines redduut, & faciant in ſe apparere objectarum rerum effigies, ſicut in ſpeculis. Et ob hoc ſunt iſta ligna pretioſiſſima inter omnia ligna.* Certè negandum non eſt pretioſiſſima ligna *Thyina eſſe*, & ædificādis tēplis ac domibus maximè idonea;

 id

id enim non solum ex *Theophrast* *l. 3. Hist. Plant. c. 15. & l. 1. c. 5.* se etiam ex *Apocalypsi Johannitica* c *XVIII. 12.* cōstat. Sed & *Theophrastu* *l. 1. c. 5* & *Plin. l. XIII. c 16.* natal ei solum *Cyrenaicā, non Indiam* assi gnāt. Verba Theophrasti hæc sunt τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν καλοῦσι, παρ ἄμμονί τε γίνεται, καὶ ἐν τῇ κυρηναίᾳ τὴν μὲν μορφὴν ὅμοιον κυπαρίττῳ, κ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλλοις, κα τῷ στελέχει, καὶ τῷ καρπῷ. μᾶλλον δ ὥσπερ κυπάρισσον ἀγρίαν. πολὺ μὲ καὶ ὅπου νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ἔτ διαμνημονεύουσιν, ὀροφάς τινας τῶ ἀρχαίων οὔσας. ἄσαπες γὰρ τὸ ξύλο ὅλως. οὐλότατον δὲ τὴν ῥίζαν ἐστὶ, κα ἐκ ταύτης τὰ σπουδαιότατα ποιεῖτα τῶν ἔργων. Quò Plinius respicien c. l. sic inquit: *Theophrastus, qui pri mus à Magni Alexandri ætate scribit*

qu

quæ circa urbis Romæ quadringentesimum quadragesimũ gesta sint annum, magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum contignationes, quãdamq; immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omnia incorruptæ. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuã eam esse arborem circa Ammonis delubrum, nasci & in interiore Cyrenaicæ parte, addit. *De mensis tamen tacuit* (Theophrastus) *& aliàs nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, ex quo novitiæ apparent.* Theophrastus quoq; *l 3. H. c.15* περὶ ἀρίστης ὕλης πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν, *amplitudinem Thyæ architectonicam declarat.* Sed, ut dixi, ligna *Almugim* nõ *in Pentapolitana Africa regione, sed in INDIA* quærenda sunt.

§. 9. Non possum satis admirari præposterũ Jesuitæ *Pinedæ* studium in defendẽdo & excusando Vulgato

Interprete, *In quo,* inquit *L. IV. de R. Sal. c. XIV. f. m.* 219. quanta *vulgati interpretis & quã non vulgaris interpretandi sapientia & facultas; quam ad Ecclesiæ utilitatem & eruditionem exquisita? quã cæteris aliorum sive interpretationibus sive corruptionibus longè cordatior, utilior, succulentior!* Atqui, Pineda, ea verè vulgaris interpretãdi sapientia est, *arborẽ Africæ notam pro ignota Indiæ* ponere. Nunquid majorem Ecclesia utilitatẽ capiet, quod vulgatus vertit *Ligna Thyina, quam si Juniperum aut Cedrum Syriæ, aut ficum Indicã posuisset?* Præter meritũ tãtum laudis vulgatæ defertur. Quod enim affert, *Interpretẽ nomine lignorũ Thyinorum* (quo in rem præsentem nihil oportunius) *significare voluisse non certã aliquam speciẽ Thyiæ arboris, sed indefinitè materiam odoratam, pretiosam, imputribilem, ad rẽ ædificatoriam oportunissimam, atq; adeò*

ad

ad rem sacram tēplorum religiosam & exquisitam; nihil eum juvat. Nam si generali notione voluisset arborem odoratam & imputribilē notare, cur non dixit, *pretiosa ligna?* aliud autem ξύλον θύϊον, & aliud ξύλον θυμιώτατον esse, ex *Apoc XVIII*, 12. patet. Aut si *certam arboris speciem expressam voluit, cur expressit?* aut cur Juniperum, cur Cupressum, cur Ebenum, cur Buxum, cur Taxum, cur Citrum non posuit? inprimis cum judice *Plinio l. XIII. c. 15. Ruellio de natura Stirpium l. 1. c. 68 & Salmasio Exercit. Plinianis f. 950. Thyïa aut Thyïon ab aliquibus pro Citro*, specie aliqua Cedri habeatur? Nec video, cur tātopere Pineda pro Vindicijs vulgatæ pugnet, cum *Amaracus, Rugubrinus, Joh. Isaacus, Cajetanus, Jac. Faber Stapulensis, Laur. Valla, Pagninus, Bruno Amerbachius, Arias M. Isid. Clarius, Erasm⁹, Lucas Brugēsis*

 alij-

&c 11. appellātur אַלְגוּמִּים transpo-
sitis scil. syllabis גּוּם & מוּג. E
quia prorsus *ignota Judæis tempor*
Salomonis fuerunt, & ne nunc qui
dem eorum natura vel Rabbinis ve
nostris Physicis patescit, ideo va
ria varii de istis scripserunt.

§. 2. *Joh. Avenarius* in suo *Diction*
putat esse nomen *appellativum* com
positum ex אַל particula negativ
& ex R. מוּג *dissolutus est*, quia in
digitentur *talia ligna*, quæ non *faci*
le dissolvantur aut computreant, *cum*
humiditates respuant, *ex quibus disso*
lutio aut corruptio oriatur. Sed hanc
expositionem non videtur pat
status constructus nominis עֲצֵי
cum potius esse deberet absolu-
tum עֵצִים quam constructum
Autumo igitur אַלְמוּגִּים &
אַלְגוּמִּים nomina esse *propria arbo-*
rum Indicarū, quarum & *pretiositas* &
nobilitas ignota hodienū est. Interim
non

non facile negaverim, Ligna hæc *Almugim & Algumim* esse imputribilia, eòq; denominatione istac respici. Nam non tãtum ideò quod rara, sed etiam quia durabilia erant, commendantur.

§ 3. Cum autem hæc ligna אַלְמוּגִּים ita *rara* in libris Regũ & Chronicorũ deprædicẽtur, ut eorũ *similia Hierosolymis nec ante nec postea visa sint*, oportet utiq; alia fuisse ab אַלְגּוּמִּים in *Libano* cæsis, quorũ fit mentio 2. *Paral. II*, 8. Nam isti *Algumim Libani prius ex Libano in portum Joppensem, & ex eo Hierosolymas deportati fuerunt* & postmodum quoq; facili negotio & minoribus sumptibus in Libano succidi & eò deportari potuerunt. *Alia*, inquam, fuisse *oportet INDICA* ex Ophir & *alia TYRIA* ista, ex *Libano* allata. Interim inter utraq; aliquam in *colore, soliditate, firmitate, & durabilitate* affi-

affinitatem & similitudinem intercessisse, autumo cum *Joh. de Pineda* esse dicendum, cujus hic verba subjicere non detrecto: *Ego*, inquit, *ita differre censeo, ut alterum nomen Algumim propriè significet illa ligna certi generis, quæ erant in Libano; at alterum nomen (Algumim in lib. Paral. aut Almugim in lib. Regum positũ) formatum fuerit denuo ex transpositione literarum earundem, Ut sicut literis, ita & sono & pronunciatione simillimũ esset posterius priori, ut significaret apposite & congruenter, ea ligna, quæ peregrè afferebãtur ex Ophir, quanquã essent peregrina & sui generis, tamen simillima essent illis, quæ in Libano reperiebantur, sed non omnino ejusdem generis. Quæ profectò præstãtia & prærogativa linguæ sanctæ in multis aliis vocibus reperitur, ut cũ tantũ differant transpositione literarũ, at similes omnino significationes habeãt, quãvis non unam & eandem.* Sic [illegible]

per-

perire & רָאַב dolere id quod interitui proximũ, אָרַב mœrorem ipſum ſignificat. *Ergo* (ſubdit) *cũ oportuiſſet novis lignis novum nomen imponere, ex propinquo, & ex re ſimili ſapienter mutuati ſunt.* Quo videntur verba *Joſephi l. VIII. Antiquit. eſſe referenda*: *Afferebãtur Regi ligna pinea, ſed nemo debet cogitare, quod fuerint talia, quæ nunc pinea ligna vocẽtur, ſed erant candidiora & fulgentiora.*

§. 4. Et cum mihi extra dubitationis aleam poſitum ſit, iſtam ὀνομαθεσίαν horum lignorum non eſſe *Indicam, ſed Judaicam, fortaſſis à nautis aut rectius ab ipſo Salomone Indicis lignis propter ſimilitudinem cum Alguminis Libani* inditam, ideoq; aliud nomen ligna iſta in *India* habebunt, quod ex nominatis & celebratis *Indiarum* arboribus erit deſumendum.

§. 5.

§. 5. Nam quod quidam cum *R. Dav. Kimchi Cōplutens. & operis Reg.* *autoribꝰ putāt, ista ligna esse Brasiliam* in eo maxime errāt. Quamvis enim *in Brasilia* ligna pretiosa sint, ista tamē Indica non sunt. Namq; *locus prorsus est alienus. Brasilia tunc nondū inventa: Nec navigatum in Brasiliam sed in Indiam est.*

§. 6. Similiter isti, qui cum *Malvenda l. 3. de Antichristo c. 22.* per *Algumim magnos Indorum juncos aut arundines candidiores* intelligunt, exerrant. Præterquam enim, quod nomen עץ *de juncorum petiolis aut ramusculis arundineis* vix inveniamus usurpatum, etiam ejusmodi *juncosa materia ad contignationes deambulatoriorum, aut ad instrumenta Musica ex iis exsculpenda,* prorsus ineptæ sunt.

§. 7. Pariter isti hallucinantur qui cū *Chaldæo Paraphraste Pagnino*

Poma

Pomario, Aria Montano, & Thoma Bozio l XX. de signis Ecclesiæ c 3. p.m. 315. ligna *Curalia seu Corallina* intelligunt; *Corallina*, inquam, quæ *corallo, quoad colorē & duritiem simillima sunt, ideoq; propter similitudinē ita dicuntur.* Utut enim in *Brasilia* hæc in magna copia nascantur, neq; minus in *India in magno pretio sint*, tamen ex *Plinij l. XXXII. c. 2.* colligo, quod ista *Curalia Indis non sint inquilina sed aliunde importentur.* Ita enim Plinius loquitur: *Quantū apud nos Indicis Margaritis pretium est, tantum apud Indos in curalio. Namq; ista persuasione gentium constant.* Imo verò Corallia tam ignota Ebræis, aut remota à Salomonis aula esse non poterant, ut nunquam ante eis visa, aut postmodum allata fuerint, cum in *vicino Mari Rubro ubertim progerminent, in mediterraneo quoq; mari & Persico sinu*, uti idē *Plinius* c. l inquit.

Gignitur quidem & in Rubro Mari, sed nigrius, item in Persico, vocatur Jace: laudatissimum in Gallico sinu circa Stæchadas Insulas, & in Siculo circa Heliam ac Drepanum. Nascitur & apud Gravistas, & ante Neapolin Campaniæ, maximeq; rubẽs, sed molle, & ideo vilissimũ Erythris. Forma est ei fruticis, & color viridis. Baccæ ejus candidæ sub aqua, ac molles: exemptæ confestim durantur, & rubescunt quasi corna, sativa specie atq; magnitudine. Et post pavea. *Baccarum ejus autoritas non minus Judæorum viris quoq; pretiosa est, quàm fœminis nostris Uniones Indici.* Adde quod *ligna corallina prorsus inepta sint ædificando & præsertim efficiendis ejusmodi laquearibus ad domum Domini.* Prorsus dubius sum, an huc referre possim aut debeam *Caroli Clusij Atrebatis Coralloïdem* arbusculam Marinam, quam apud *Christianũ Porretũ* viderat, aut eam, quam ab *Hẽrico*

Ho-

Hojero Bergēsi Medico è NorWegia acceperat *Petro PalWius Med & Prof. in Acad. Lugd. Batava:* Ejꝰ icona videsis in Clusii Exoticorũ l. VI. c. 1. f. 119.

§ 8. Vulgatus *Interpres*, *Hieronymus*, *Tostatus*, Sanctius, & communis fere omnium Interpretum Pōtificiorum turba, quibus vulgata est *Authentica*, *Tremelliusquoq; & Junius* hic Vocabulum Hebræũ verterunt per ligna *Thina seu Thyina*, de quibus sic glossatur Abulensis: In *Insula Ophir sunt ligna Thina* (debebat scribi Thyina vel *Thyïa*. Gr. θύïνα vel θύïα) *& sunt pretiosissima & alba, quæ cum tantæ sint soliditatis, postquam fuerint levigata, perfectè imagines redдūt, & faciunt in se apparere objectarum rerum effigies, sicut in speculis. Et ob hoc sunt ista ligna pretiosissima inter omnia ligna.* Certè negandum non est *pretiosissima ligna Thyina esse*, & ædificādis tēplis ac domibus maximè idonea;

 id

id enim non solum ex *Theophrast* *l.3. Hist. Plant. c.15. & l.1. c.5.* se[d] etiam ex *Apocalypsi Johannitica* c. *XVIII.12.* cõstat. Sed & *Theophrast.* *l.1.c.5* & *Plin. l. XIII. c 16.* nata l[oca] ei solum *Cyrenaicã, non Indiam* assi[gnãt]. Verba Theophrasti hæc sunt: τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν καλοῦσι, παρ' Ἄμμωνί τε γίνεται, καὶ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ, τὴν μὲν μορφὴν ὅμοιον κυπαρίττῳ, καὶ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλλοις, καὶ τῷ στελέχει, καὶ τῷ καρπῷ. μᾶλλον δ' ὥσπερ κυπάριττον ἀγρίαν. πολὺ μὲν καὶ ὅπου νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ἔτι διαμνημονεύουσιν, ὀροφάς τινας τῶν ἀρχαίων οὔσας. ἄσαπες γὰρ τὸ ξύλον ὅλως. οὐλότατον δὲ τὴν ῥίζαν ἐστὶ, καὶ ἐκ ταύτης τὰ σπουδαιότατα ποιεῖται τῶν ἔργων. Quò Plinius respiciens c.l. sic inquit: *Theophrastus, qui primus à Magni Alexandri ætate scribit,*

qua

quæ circa urbis Romæ quadringentesimum quadragesimũ gesta sint annum, *magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum contignationes, quãdamq́; immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omnia incorruptæ. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuã eam esse arborem circa Ammonis delubrum, nasci & in interiore Cyrenaicæ parte*, addit. *De mensis tamen tacuit* (Theophrastus) *& aliàs nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, ex quo novitiæ apparent.* Theophrastus quoq́; *l. 3. H. c. 15* περὶ ἀρίστης ὕλης πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν, *amplitudinem Thyæ architectonicam declarat.* Sed, ut dixi, ligna *Almugim* nõ in *Pentapolitana Africæ regione, sed in INDIÆ* quærenda sunt.

§. 9. Non possum satis admirari præposterũ Jesuitæ *Pinedæ* studium in defendẽdo & excusando Vulgato

Interprete, *In quo*, inquit *L IV.*
R Sal c. XIV. f. m. 119. *quanta vulga*
interpretis & quã non vulgaris inte
pretandi sapientia & facultas; quam
Ecclesiæ utilitatem & eruditionem
quisita? quã cæteris aliorum sive inte
pretationibus sive corruptionibus lo
cordatior, utilior, succulentior! Atq
Pineda, ea verè vulgaris interpre
di sapientia est, *arborẽ Africæ no*
pro ignota Indiæ ponere. Nunq
majorem Ecclesia utilitatẽ cap
quod vulgatus vertit *Ligna Thy*
quam si Juniperum aut Cedrum Sy
aut ficum Indicã posuisset? Præter
ritũ tãtum laudis vulgatæ defe
Quod enim affert, *Interpretẽ no*
lignorũ Thyinorum (quo in rem
sentem nihil oportunius) *signi*
voluisse non certã aliquam speciẽ
arboris, sed indefinitè materiam
tam, pretiosam, imputribilem, ad
ficatoriam oportunissimam, atq

drem sacram tēplorum religiosam & exquisitam; nihil eum juvat. Nam si generali notione voluisset arborem odoratam & imputribilē notare, cur non dixit, *pretiosa ligna*? aliud autem ξύλον θύϊον, & aliud ξύλον θυμιώτατον esse, ex *Apoc XVIII*, 12. patet. Aut si *certam arboris speciem expressam noluit, cur expressit*? aut cur Juniperum, cur Cupressum, cur Ebenum, cur Buxum, cur Taxum, cur Citrum non posuit? inprimis cum judice *Plinio l. XIII. c. 15. Ruellio de natura Stirpium l.* 1. *c.* 68 *& Salmasio Exercit. Plinianis f.* 550. *Thyia aut Thyion ab aliquibus pro Citro*, specie aliqua Cedri habeatur? Nec video, cur tātopere Pineda pro Vindicijs vulgatæ pugnet, cum *Amaracus, Rugubrinus, Joh Isaacus, Cajetanus, Jac. Faber Stapulensis, Laur. Valla, Pagninus, Bruno Amerbachius, Arias M. Isid. Clarius, Erasm.*, *Lucas Brugēsis*

 alij-

aliq; mendositatem, & in variis locis à fontibus discrepantem corruptionẽ jamdudum agnoverint.

§. 10. *Josephus l. VIII. Antiquit. Nicol. Lyran. Dionysius, Joh. de Pineda l. IV. c. XIV. f.* 218. D. putant subinnui *Cedrina ligna*, in quæ quoq; omnia priora ista requisita cadunt. Nam & *dura sunt, & minimè putredini obnoxia*, ideoq; *ædificiis apta & longe pretiosa in India.* Vid. *Plin. l. XVI. c. XL.* Sed ea *in Syriâ, Creta, Africa felicissimè* nascuntur & laudatissima est *Libani. Plin. lib. XVI. c.* 39. Præterea alia *ligna Algumim esse à lignis Cedrinis, apertè colligitur ex* 2. *Paral. II,* 8 ubi Salomon sibi cædi voluit *abietes, & cedros & præterea etiam Algumim*, quapropter aliam speciẽ horum, & aliam illarum esse oport

§. 11. Cum prioribus facie *Petrus Comestor, ligna hæc Algum* cum *pretiosissima Cedrorum spe*

quæ Eſ. XLI,19. שִׁטָּה & *Ex.XXV*, 5. שִׁטִּים appellantur, commiſcet, Addit Abulenſis Ex. XXV. q. 6. *Sethim* eſſe ligna *ſpinoſa valde & alta atq; duriſſima & penè imputribilia*. E contra tamen *Lamb. Danaus in Phyſ.* Chriſtiana & M. *Mart. Mylius in Hort. Philoſ.* hanc arborem non *pro Cedro, ſed pro Larice* habent. Sed nec *Larices nec Schittim Syris & Judæis ita ignota erant*, uti de his *Indicis lignis* dicitur, quemadmodum ex Plin. *l. XVI. c. 39 Ex. XXV*, 10. *c. XXVI*, 15. *Deut. X, 3.* videre eſt. Imo & *Abenezra cum R. Chaskuni circa mõtem Sinai Schittim creſcere* definiverunt.

§.12. *Thomas Bozius l. XX. de Sign. Eccl. c.3 p* 315 edicit, ſi *Navigatio in Ophir ſit Aſiatica*, quod ligna Thyina ſint loco *Sãdali, ligni rubri ac maxime odorati*, etiã lõge Africo ſinu diſtantis, ſed Boziꝰ præter iſtud ἔφα nullũ fundamentum habet, imò in dubio

 relin-

relinquit. Quocirca nos eidẽ quoq; diffidimus. Fortaſſis *Sandalum Bozii* eſt *Sandalis iſta Plinii*, cujus meminit *l. XIII. c. 4.* his verbis: *Quarta autoritas* (inter Palmas ſcil.) *eſt Sandalidum, à ſimilitudine appellatarũ.* Quod ſi ita eſt, apertè impingit. Nam *iſtæ Sandalides tantum Æthiopiæ, non Indiæ provẽtus ſunt.* Ita enim ſubdit ſtatim *Plinius. Jam in Æthiopiæ fine quinq; earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quàm ſuavitate mirabiles.* Interim, ut paululum *Bozium* juvemus, *Sandalum Indicum* ſine dubio intelligit. In *multis,* fatemur, *Indiæ locis provenit; nõ tamen in omnib⁹.* Nam quod *Antonius Muſa* cenſet, *etiam in agro Calecutano provenire*, in eo redarguitur à *Chriſtoph. à Coſta lib. Arom. c. 9.* Utut *enim ſolitũ ſit peti Calecut celeberrimo olim emporio, tam potius è Malaca eò allatum dicit.* Hin etiam in *Malaca* vocatur *Chandam.*

Ar

Arabib⁹ corrupto nomine *Sandal*, in *Canara*, *Decan* & *Guzarate* dicitur *Srianda*. Hinc eſt quod *D. Garcias ab Orto Medicus Pro-Regis Indici lib. Arom. & Simplic. Medicam. I, c. 17.* ſcribat, *Tria eſſe Sandali genera.* 1. *Rubrum*, quod in India intra Gangem, videlicet in Tanaſarim, & maritimis quibusdam *Charamandel* naſcatur, quo Indi adverſus febres utātur, & interdum ex eo ſua idola, eorumq́; delubra fabricēt: in eoq́; differre à *Braſilio* ligno, quod *Sandalū* hoc neq́; dulce ſit, neq́; inficiat; quæ notæ in Braſilio ſint. 2. *Album*, & 3. *Pallidū* quod utrumq́; in India extra *Gangē*, plurimū verò in Inſula *Timor*, inveniatur, ad portum *Mena* & *Matomea*, item in *Verbali*, portu Javæ, & in *Malavar* aliisq́; Indiæ locis. Sed inter eas ſpecies *Rubrum vilius*, *Candidū copioſius*, ſed *Pallidum pretioſius eſt*. Nam inter innumeros

Sandali truncos vix quinquagesi-
mus quisq; pallidus est, ut iden
ibidem docet. Verùm, quantum
ex eodem Garcia colligitur, *Sanda*
usus in medicamentis, & suffiment
quàm in architectonicis potior es
Tanto minus per *Algum.im* isto
Sandala intelligi puto.

§. 13. Quæ omnia cum scrupulo
sius percurrerent, *certum lignorum*
genus noluerunt determinare, sed i
genere quodvis odoratum & pretiosu
lignum eo nomine intellexerun
Nebrissensis c.1. Quinquagena, Riber
in Apoc. XVIII. Malvenda l 3. de
Antichr. c. 22. & Sanctius in 3. Reg.
idq; ex Græco θύειν quod *odorem*
spirare significat, unde *Thyina* dic
sunt *ligna*. Sed his ex § 8 respon
sum est, quod *Thyina ligna* sint spe
cialia, *odorifica in Cyrenaïca ditione*
nata. Quæ utut per *Synecdoch*
speciei possint alicubi pro *quov*
qu

odorifero ligno capi, tamen hic *non de lignis thyinis sed Alguminis* agimus, quæ in textu sacro nominantur. Imò alio nomine ξύλον θύϊνον *& alio nomine* ξύλον τιμιώτατον nominantur. *Apoc. XVIII, 12.* quorum illud speciale, hoc generale nomen est.

§. 14. Quocirca malumus *certam aliquam arboris Indicæ speciem* per *Algumim* indicari, cui omnia ista requisita conveniant, *firmitas & odorabilitas, & pretiositas, & durabilitas, & coloris suavitas.* Eumq; judicamus *EBENUM* esse. Non, quod eam solam exportatam credamus, sed quòd ea aliis etiam allatis potissima & æstimatissima fuerit. Ideò enim putamus *Algumim in plurali* poni, non tantùm *quod plures Ebeni, sed & quod aliæ quædam arbores cum Ebenis sint ad Salomonem translatæ.*

§. 15.

§. 15. *EBENI* autem magnu[s] *in India, eaq; Sola, est proventus*, si stan[dum] dũ est *judicio Solini, Munsteri*, quor[um] ille *Memor. c. LX.* ut *Piper*, inquit, *sol[a] India, ita & HEBENUM sola mitti[t]* hic verò idẽ repetit in *Appẽd. p.* 19[4] ut rectè *Virgilius. 2. Georg.* cecineri[t]

Divisæ arboribus patriæ, sola Ind[ia]
nigram *(hæ[c]*
Fert Ebenũ; solis est thurea virga S[abæis]

Herodotus quidem *eam etiã Æthiop[iæ]* assignavit, teste *Plinio l. XII. c.* professus *in tributi vicẽ Regibus Per[sis]* *dis è materie ejus centenas phalang[as]* tertio quoq; anno pensitasse Æth[i]opas, cũ auro & ebore. Ad id sole[nt] cõmuniter viri docti, prævio *Serv[io]* reponere, *Virgilium nomen Indiæ* extendere, ut & *Æthiopiã cõplectat[ur]*. Sed ex alio *Plinij* loco manifest[um] est, in *Æthiopia quoq; nasci Ebenum*. Ita enim *l. VI. c. 30.* inquit, in d[e]scriptione *Æthiopiæ* specialiter

c

di&ae. *Meridiano cardine sylvæ Hebeno maximè virent.* & *lib. XII. c.* 4. commemorat, *Ebenum Neroni Principi Meroën usq; à Syene fine imperij per nongenta XCVI. M.p. fluum esse allatū,* quæ loca non ad *Indiam* sed *Ægyptiacam Æthiopiam* spectant. Hinc Lucanus eam *Meroëticam* i. e. *Æthiopicam* vocat.

-- *Ebenus quamvis Meroëtica vastos*
Non operit postes. -- --

Perperam à quibusdam legitur *Mareötica.* Nec enim in *Mareotide palude Ægypti, Alexdāriæ vicinā, nascitur Ebenus, sed in Meroë Æthiopiæ.* Hinc idem paulò post.

-- -- *nigris Meroë fœcūda colonis*
Læta comis ebeni. -- --

Quod miror, nō observatum esse à *Servio,* qui *Mareotida paludē Ægypti,* aut ab *Isidoro,* qui *Mareotida paludem in India,* nescio quā, ponit, *Mareotica,* in-

inquit, *palus est in India, unde Ebenus venit.* Imò *Meroïtica est* μεϱοϊτικὴ ἔβενος. Nam à μερόη est *gentile* Μεϱοΐτης, unde μεϱοϊτικός. Pro istis itaq; dubijs solvendis *distinguendum* est, inter *Ebenum pretiosiorem*, quæ *Indiæ solius* est, & *nitorem ac faciem Gagatis lapidis* refert, ut c. l. docet *Solinus. Gagates enim nigricantis coloris, & gravis odoris est, ut est apud Pli. l. XXXVI.* c 19. & *viliorem*, quæ etiam *in Æthiopiâ* invenitur, estq; *coloris subflavescentis. Indicæ autem ebeni duo sunt genera, Rarum*, id quod melius *arboreum*, trunco enodi, materie nigri splendoris, ac vel sine arte protinus jucundi. *Alterũ fruticosum cytisi modo*, & tota India dispersum, inquit *Plin. l XII. c.* 4. Quem locum integrum ut multa alia transcripsit ex Theophrasto, qui ita. τὸ μὲν εὔξυλον καὶ καλὸν, τὸ δὲ φαῦλον.

σπά-

σπάνιον δὲ τὸ καλὸν· θάτερον δὲ πολὺ, τὴν δὲ χρόαν οὐ θησαυριζομένη λαμβάνει τὴν εὔχρουν, ἀλλ' εὐθὺς τῇ φύσει ἔχει· δὲ τὸ δένδρον θαμνῶδες ὥσπερ ὁ κύτισος. Quem locum, inquit *Salmasius Exerc. Plin. f.* 103. *Plinius perturbatè & prorsus cōtra mentem autoris reddidit.* Nam Theophrastus in universum pronūciavit de *omni Ebeno*, θαμνώδη arborem esse. *Plinius de altera tantum specie sequiori id dictū interpretatus est. Alterū genus Ebeni præstātius* εὔξυλον *esse dicit Theophrastus &* καλόν. Plinius εὔξυλον *accepit pro eo, quod esset arboreum & enodi trunco.* Si *hac sola discretione genera illa distinxit Autor: Ergo illud sequius genus, minimè arboreū censendū, sed in fruticū censu reponēdum ut* θαμνῶδες. *Hunc sensum spernit ac refutat ordo verborū Theophrasti, & vocis* εὔξυλον *notio. In arborū natura & facie descri-*

describēdā τὸ ξύλον *ille semper pro qualitate materiæ & ligni solet ponere, non pro craßitudine aut proceritate arboris. Arborem ipsam* εὐαυξῆ, εὐμεγέθη, τὸ μέγεθος μεγάλην *vel* μικρὰν *vel* similia. De *Ligno vel materie qualis* sit, subjungit, ξύλον ἰσχυρὸν, στερεὸν, πυκνὸν, μαλακὸν, κοῦφον & cætera, quæ *materiæ qualitatem designant.* Quum igitur Theophrastus *optimā illam Ebeni speciē* εὔξυλον appellavit, non *arboris proceritatem aut trunci crassitiem* significare voluit, sed *ligni bonitatem & præstantiam.* Utrumq; *Ebeni genus* θαμνῶδες, *sed alterū longe præstat soliditate materiei & bonitate ac pulcritudine.* τὸ μὲν εὔξυλον καὶ καλὸν, τὸ δὲ φαῦλον. *Sola igitur pulcritudine ac præstantia ligni species illas discrevit, non magnitudine arborea aut fruticea.* In *Insula Mauritij* [*Do Cerne* est *Ebenū* nigrore pici respōdens, &

tam

iam læve atq; os dedolatissimum, *in Navigatione Corn. Neck Ambstelod.* f. 196. De *pretiosiori ista Ebeno* etiam istud *Theophrasti* est accipiendum: ἴδιον ᾗ καὶ ἡ ἔβενη τῆς χώρας ταύτης. *Propria est Ebenus isti regioni* (de India loquitur.)

§. 16. *Solida firma & durabilia sunt EBENI ligna & in usum architectonicum commoda.* Nam *Cariem vetustatemq; non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, lotus, buxum, taxus, Juniperus, Oleaster & Olea. Rimam fissuramq; non capit sponte Cedrus, cupressus, olea. Buxum maximè æternam putant, EBENUM & cupressum, cedrumq; claro de omnibus materiis judicio in templo Ephesiæ DIANÆ, utpote cum tota Asia extruente quadringentis annis peractũ sit,* Convenit *tectũ ejus esse ex Cedrinis trabibus. De ipso simulachro Deæ ambigitur. Cætera ex EBENO esse tradũt,* inquit *Plin. l. XVI. c. 40. Pausanias*

in

in Arcadicis materias enumerat, ex quibus fieri vulgo solerent Deorum simulachra ab antiquis, & *EBENUM* primo loco recenset. τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον ἅπασι καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν. τόσα δὲ ἦν, ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύϊνα, σμίλαξ, ὁ λωτός. *Smilax Pausaniæ Taxus* est. Suidas docet, ita solidam esse, ut in *aquâ non superfluitet.*

§. 17. De *coloris suavitate* idem locus Plinianus testatur, *quòd ad Terebinthos Syriæ nigricantes videatur accedere.* Spississima ex omni materia, ideò & gravissima judicatur *EBENUS & Buxus* graciles natura. *Ex reliquis siccissima lotos, deinde robur exalburnatum, & huic nigricans color magisq; etiam Cytiso, quæ proximè accedere EBENUM* videtur. Quanquam non desint, qui *Syriacas Terebinthos* nigri-

nigriores affirment. Huc spectat, quod *Theophrastus l VI c IV* inquit: Τὴν δὲ χρόαν ἐ θησαυριζομένη (ἔβενος) λαμβάνει τὴν εὔχροιαν, ἀλλ' εὐθὺς τῇ φύσει. *Nitor igitur colorq; ille in EBENO nativus non vetustate aut aliâ arte adscitus.* Plinius locum illũ sic reddidit: *Materie nigri splendoris ac vel sine arte protinus jucundi.* Multarũ arborum materies ætate *colorem nitoremq;* adquirit, quẽ recens cæsa nõ habuit. De moro id narrat *Theophrastus.* Καὶ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ εὐεργὸν τὸ ξύλον, καὶ παλαιούμενον μέλαν ὥσπερ λωτός. Idem porro θησαυριζόμενον & παλαιούμενον. Innuit Ebenum servandam non esse, ut *ætate nigrum splendorem* contrahat, sed eũ protinus à natura habere recens cæsam.

§. 18. *Pretiositatem EBENI* non tantùm ex eo conjicimus, quòd *Pompejus M. in Triũpho Mithridatico*

Romæ

Roma EBENUM tanquam cara & inæstimabilẽ, pompamq; triu phalem splendidiorem reddente ostendit, sed etiam à *Persidis R Æthiopibus in tributum solvendum imposita*, unà cum *auro & ebore* ap Plin. *l. XII. c.* 4. Hinc *Solinus* quo commemorat, quòd *Indi Reges EBENO sceptra sumant, & quascun Deorum imagines non nisi ex HEBE NO habeant.*

§.19 *Odoris* deniq; *suavitatem* cõ mendat, quòd *usta jucundissimũ spa gat odorem*, teste *Plin. c. l.* frict quoq; & attritu *fragrantissima* e apud *Dioscor. l.* 1 *c.* 130.

§ 20. Ex his itaq; ὀφθαλμοφα νερῶς patescit, quod per istos *Alg mim EBENI intelligendæ* sint. Tant minus mirari subit, quod in isto usus adhibitæ sint à Salomone. N & מְסִלּוֹת i. e. *laquearia torculat seu gradus tectos & cytharas, & Psalter*

pr

pro Cantoribus ex iis formare jussit, quorum *instrumentorum usus in sacris Leviticis* erat multus. De *eorū* autem *discrimine, figura & modulamine*, alibi dicendi locus erit. Videri interea possunt *Tostatus ad 2 Paral. IX f.124. AbenEsra ad Jes. V. Buxtorff. in Lex. Mercerus in Pagnin. f.1493.* aliiq;.

§. 21. Ut itaq; tandem hanc sectionem concludamus, de Lignis istis *Alguminis* ita statuimus, quòd *iis præcipuè EBENA indigitētur.* Interim *tamen non negatum, sed assertum potius & istud imus*, quod alia *quoq; Ligna ex Oriente fuerint transvecta*, utpote *Ficus Indicæ, Palæ Gymnosophistarum, Juniperi, Cariophylli, Gosampini, Costi, Nardi, & præprimis BDELLIA, nominatissimæ Indiæ arbores*, quarum & in sacris *Gen II, 12. Num. XI, 7.* & in profanis nō infrequens fit mentio. Bdellium vocatur Ebraice בְּדֹלַח Arabicè *Bdolchon & Bolchon, Arria-*

nus

nus in Periplo Bdellia dixit, & Marcellus Empiricus *Bedella:*

-- -- *Crocon atq; Bedellam.*

Sunt quidem, qui cum Rabbinis *Bdellionem* volunt *gemmam* esse, in quorum censu etiam sunt *Xantes Pagninus, Mercerus in Lex. Arrianus in Periplo Maris Erythræi, & in eum G. Stuckius. Lamb. Danæus p. 2. Physi. Chr. c. XXXV.* Sed iis satisfit *Gen. II.* Nam ibi *præter Bdellium* nominatur *lapis pretiosus* (seu gemma) *Onyx: Aurum illius terræ est bonū, Ibi Bdellium & Lapis Onyx,* adeoq; aliam *C. N. speciem* esse oportet *Bdellionem, quam gemma* est. Hinc tutior est ista opinio, quæ *Bdellion pro Arbore habet* cum *Plinio l. XII, c. 9. Dioscor. l. 1 c. 69 Isidoro Etymol. Junio & Tremel. in Gen. II. & Numer. Buxtorff. S. Hieronymo. Andr. Riveto in Exod. XVI. Salmasius in Exercit. Plinianis f 1150 falsus est,* inquit, *vir ille eruditus*

qu

qui Bdellium apud Priscianũ genus esse lapidis notavit. Parum attentè Priscianum legerat, in quo hodie legitur lib.1. Bdellium, Abdir, genus lapidis. Non Bdellium genus lapidis, sed Abdir, quod & Abaddir dixerunt, ita vocantes βαίτυλον *lapidem, quem pro Jove Saturnus devoravit.*

§. 22. Cæterum *colorem* istius *BDELLII*, cujus sacræ literæ meminerunt, *albicantem* fuisse, ex *collatione Exod. XVI.31. & Num. XI,* 7. colligitur. Nã priori loco dicitur, quod *Man Israëliticum fuerit* לָבָן *album*, & in posteriori extat, *quòd oculus* (seu color) *Mannæ fuerit sicut oculus* (color) *Bdellij*, hinc cõficitur, quòd *color Bdellij etiã fuerit* לָבָן *subalbidus*. Ex quo fundamento videtur nostra sententia destrui posse. Nã *Bdellion*, cujus *Plinius & Dioscorides* meminerunt, *est arbor nigra*. Ita enim Plinius l. XII. c. 9. *Vicina est Bactriana, in*

qua Bdellium nominatissimum. Arb
nigra est, magnitudine oleæ, folio rob
ris, fructu caprifici, naturaq́. Gumm
alij *Brochon* appellãt, alij *malachrã*
alij *maldacon. Nigrum verò & in off*
convolutum hadrobolon. Verum ben
res ſeſe habet. Nam in poſterior
Numerorum loco non tàm *ipſa arbor*
quàm arboris fructus ſeu Gummi ex ar
bore deſtillans indigitatur, *cujus color*
Manna dicitur repræſentaſſe, dum di
citur fuiſſe בָּרֹד. Quæ vox hic *ſubal*
bicantis coloris venas & quaſi interſper
gines ſubinnuit das weis eingeſpren
get iſt / quemadmodum ea vox it
Gen. XXX. 37. Zach. VI, 3. etiam
adhibetur. Quod exactè conveni
cum deſcriptione *Bdellij Gumm*
Bactriani Plinianâ. Nam *Bactriano n*
tor ſiccus, multiq́ candidi ungues ſun
c. l. Plinius & Dioſcorides l. 1. c. LXIX
εὐῶδες ἐν τῇ θυμάσει, ἐοικὸς ὄνυχ
Eſt ſuffitu odoratum & ungui ſimile

Qu

Quæ quamvis verba *Serapion*, *Manardus Hispal. Med* in libro Simpl. *Hermolaus & Marcellinus* ita intelligant, quod *Bdellium cum aduritur, ungui odorato simile fiat*, tamẽ ex ipsis *Dioscoridis* verbis patescit, illa ita distincta esse, ut *duas Bdellij optimi notas faciant, quarum una est, ut odoratum sit, altera ut sit ungui simile.* Nam *Bdellium*, dicit, *esse odoratum cum incenditur*, εὐῶδες ἐν τῇ θυμιάσει, cum tamen *ustrina unguium* δυσώδης sit. Præterea *similis ungui* propter odorem neutiquam rectè dicetur. A *colore* igitur *Unguis*, *Ungui simile dici optimum Bdellium arbitror, & nihil verius*, inquit, *Clarissimus Salmasius in Plinianis Exercit f.* 521 scil. *Bdellium albis maculis ungui humano similibus refertum erat*, quod *Pet. And: Matthiolus in Diosc. observat f.* 92 Talis itaq; coloris cum sit *Bdellium optimũ*, *albescere* dicitur. Estq; sic *desata lacryma*

ex arbore ejusdem nominis cortice Ce-raso similivestita, emanans atq; circ ramulos in magnos grumos concrescens qui tàm integri quam contracti ex Ara-bia, India & vicinis locis adferuntur. Et quamvis *Galenus l. VI. simpl. Med* duplex tantùm faciat, unum *Scythi-cum, nigrius* & magis resinosum, al-terum vero *Arabicum*, trãslucidum & siccius, tamen & *INDICI* tãquam *præstantissimi* meminit Plinius. D. *Casp. Bauhinus* facit *Bdellij sex genera* de *Quinto* inquit, quod *sit extus color & sapore, gummi cerasi simile, sed intus pallidis ac candicantibus maculis distin-ctum.* De *sexto* ita infit, pallidũ est *ac candidum, grumis oblongis medio-cribus multis longis guttis densatis con-cretum* Hùc omnino spectat, quod Cl. *Salmasius in Plinianis Exercitati-onibus in Cajũ Juliũ Solinũ Polyh.* f. 1150 observat, *Bactrium* istud, quod Plinius vocat, *Bdellium* esse *Orientale &*

Indi-

ndicum, quod ex *Indo-Scythia* affe-
ebatur. Ea enim *Scythia ad Indi flu-
minis ostia sita est*, & Scythæ meridi-
ni dicebantur, *Dionysius*:

-- -- -- οἵ γε πρὸς αὐγὰς
Ἰνδὸν παρ᾽ ποταμὸν νότιοι Σκύθαι
ἐνναίουσι.

Quod etiam *Arrianus in Periplo M. Eryth.* contestatur, *de Binnager*: ἀντιφορτίζεται κόστος, βδέλλα, λύκιον, νάρδος καὶ καλλαϊνὸς λίθος. Et post pauca subjicit: *Duo genera Bdellij Indici fuisse videntur, quæ in Arabiam ferebantur, alterum SUBALBIDUM, quod erat præstantissimū, &c. Alteram quandam speciem allegat Matthiolus* ex *Serapione*, quæ plantæ *palmæ similis fructus sit*, quam ipse Neapoli vidit, quamq; Itali vocent *CEFAGLIONI* quamq; in *secundis mēsis pro bellariis cum pipere & solenniter assumāt, cùm quod gustui admodum arrideat, tùm quod venerem conciliet.*

Porro, inquit, illa *vulgaris Cesagl-oni appellatio* (quantum conjicer possumus) *à Mauritanis accepta est, siquidem Serapio sic* inquit: *Ce-filio est cor istius palmæ, & natura eju est, sicut natura palmarij. Galenus insu per lib. VIII. simpl. Med. de palma differens ejus medullam encephalos ap-pellari tradidit, ex quo adducor, u suspicer,* inde *Arabes Græca voce corrupta suum Cesilionis nomen acce-pisse* Quod Βδέλλιον Græci, *Bdelli-um* similiter Latini vocant; *Mau-ritani Molochil, Molochal, Molcho* aut *Mochel:* Itali *Bdellio*, Hispan *Bedelio.*

SE

SECTIO V.

De
ELEPHANTIS ET EBORE.

Summaria.

§. 1. *Elephanti dentes.*

§. 2. *Quid* שֶׁנְהַבִּים? *An Hobnim sit Elephas?*

§. 3. *An Behemoth sit Elephas?*

§. 4. *An Senhabbim ipsi Elephanti? Elephanti etiam Salomoni allata.*

§. 5. *Indiæ Elephanti.*

§. 6. *Salomon pecuarius. aliorum Regium studium* θηριολογικὸν.

§. 7. *Magna docilitatis documenta in Elephanto.*

§. 8. *Regibus in delitiis.*

§. 9. *Ebur. Dens pro Ebore.*

§. 10. *An Ebur Dens, an cornu? an sit quotannis deciduum? quid dens filia gressuum?*

ἔκθεσις.

§. 1.

L*igna* excipiunt *ANIMALIA* ex *Orientali Ophir ad Salomonem partim pretiositatis partim jucunditatis* causa advecta. Quorum in censu primum commemorat Spiritus S *ELEPHANTOS*, seu rectius *Elephantinos dentes*. Ita enim legimus 1. *Reg. X.* 22. & 2. *Paral. IX.* 21.

§. 2. In textu Originali est שֶׁנְהַבִּים quod

quod & *LXX. & vulg.* rectè verterunt *dentes elephantinos seu ebur*, quemadmodum etiam Chaldæo שִׁנָּא דְבִיל dens elephanti dicitur. Est enim ea vox composita ex שֵׁן *dens*, & nomine הַבִּים quod, ut ex terminatione constat, *plurale* est; quid autem propriè significet; & unde veniat, nondum est à Grammaticis decisum. Utut enim *Complutẽses in Lexico*, dicant, *Hobnim* esse *elegantissimi eboris genus*, tamen & illud adhuc incertum est. Neq; ullibi in sacris hanc vocem ita usurpatam legimus, neq; alio speciali nomine *elephantum* describi invenimus, sed quoties ejus fit mentio, communi voce בְּהֵמָה aut בְּהֵמוֹת exprimitur, quæ *quamcunq; bestiam sive domesticam & cicurem, sive feram & silvestrem* notat. Unde ista mihi exsurgit opinio, istam vocem הַבִּים per *μετάθεσιν* Ebræis usitatum

ex inusitatio בְּהֵם descendere, cui simile exemplum supra in *Algumim & Almugim* occurrit, ideo præprimis, quia ea radice *quodvis brutum rectâ pedibus gradiens* insinuatur, sive *jumentum sit, sive fera agrestis sit.* Quanquam eruditiorũ hic malim audire judicia, quàm meam interponere sententiam. Nam, quid hîc ex Grammat. analogicâ formatione obverti possit, bene video.

§. 3. *Cognatio vocum* me, quamvis invitum, in eam diripit sentẽtiam, ut cum plerisq; *Interpp. Behemoth Job. XL,* 10. *elephantum* declarem. Quamvis enim *R. Levi* & alij *Ebræi specialem* aliquam nescio *quã bestiam* esse sic appellatam velint, de qua illi multa nugantur; *Joh.* quoq; *Bustamãtinus* malit ipsum *Diabolum* quàm aliud quoddam animal intelligi, *l. IV. de Animãtibus Scriptur.* c. 12. & seq. tamen negari nõ potest

Dia

Diaboli figuram in alio quodam prægrandi & monstroso bruto delineari, cujus ille iram, robur & opera habeat; Atq; ita *primò terrestre potius aliquod animal* hîc insinuatur. Recte B. Lutherus: **Behemoth heissen alle grosse ungeheure Thiere / wie Leviathan alle grosse ungeheure Fische. Aber darunter beschreibet Job die Gewalt und Macht des Teuffels und seines Gesindes des gottlosen Hauffens der Welt.** Ea de causa, quoq; *pluraliter* efformari *Behemoth* existimant, ad *ingentem belluam significandam, propter ingentem corporis molem, qua cætera quadrupedia omnia superat.* Tradit enim *Ælianus Indicorum Elephantorum altitudinem esse novem cubitorum, latitudinem verò quinq; l. XIII. c.8.* sed ijs majores habet *Taprobana. Solinus. c.LIV. Petrus Gillius ad Cardin. Armagnacum* memorat, se

Constantinopoli mensum esse altitudi-nē quindecim pedū & semipedū, ab ocul ad extremum tergū undecim pedes, a oculo ad extremam promuscidem oct pedes, eoq; in loco cujuslibet partis men-suras exponit. Sicut & *Asaph Psal LXXIII,22* dicit, se fuisse apud De-um בְהֵמוֹת — non *bestiam tantum, sed instar plurium bestiarum vel ingen-tem bestiam*, une *grand' beste*. ut di-cunt, *stupidissimum & stolidissimum hominem* designantes.

§.4 Quamquam autem *Cajetanu Jo Senhabbim* verterit *Elephātos ipsos*, quanquam etiam *Poëtæ soleant sæpe Elephantum pro ebore* ponere, ut illud *Virg. 3. Georg.* ostendit:

In foribus pugnam ex auro solidoq; Elephanto.

tamen communis *Interpretum con-sensus*, & *cōpositio vocis Ebrææ* id non videntur pati, h. l. intelligere. Utut

ea

ea ratione *Elephantos quoque classe ista Ophiritica fuisse transvectos asserere nolimus, alius tamen rationibus ducti descendimus in eam opinionē, non tātum Ebur, sed & Elephātos vivos venisse ad Salomonē.* Cum ista *animalia* (α) *Indiæ famosissima fuerint, quorū notitia Salomonem fugere non poterat, cum* (β) *ipse omnium animalium naturas declaraverit, & non tantum de herbis minimis sed etiam cunctis feris terræ ἀκριβῶς disseruerit & docuerit* 1. *Reg. IV.* cum (γ) *ejusmodi belluis ad delectationem regiam uti magnates soleant, &* (δ) *aliàs ad alios Occidentales Reges delatæ perhibeantur*, nihil dubito asserere, *Salomonis curiositatem & magnificentiam Elephantos quoque Indicos* desiderasse & obtinuisse.

§. 5. *Usitatissimos* autem & passim *obvios in INDIA Elephantos* fu-

fuisse, ex priscorum & recentium scriptorum testimoniis & αὐτοψίαις viatorum constat: *Indicos* commemorans *Plinius, ingentem eorũ magnitudinem* esse ait *l. VIII. c. 9. & c. 11. Strabo l. XV. Philostr. l. 2. c 7. Livius decad. 4. l. 7. Curt. l. 8. Photius in Bibl. f. 1331. Elephantos*, inquit, *Indorum terra nutrit, & Æthiopum, quæ Thebanorum partes attingit, nec non Lybia, ex Agatharchide* l 1, Histor c. 6. *in Angola & Bongo ngẽtes elephanti Draud. p. 200. Diodorus Siculus l. 2. Bibl. Hist. f. 89.* inquit: Ἔχει δ' ἡ τῶν Ἰνδῶν χώρα πλείστους καὶ ἐλέφαντας, ἀλκῇ τε καὶ μεγέθει πολὺ διαφέροντας. Et paulò ante de *Gandaridis* dixerat, quod *ij ob numerũ & robur belluarum omnibus alienigenis sint terrori*, ita, ut *ipse Alex. M. etiam* expeditionem in illos omittendam *duxerit, simul* ac *animadvertit eos quater mille Elephãtes ad bellum egregiè instructos habere.*

Idem

Idem habet *Marc'* (*Million per jocum dictus, inter Nobiles Venetos, propter crebram Millionis & divitiarum Tartaricarum mentionẽ*, unde hodienum aula ejus ædibus vicina Millions-hoff nomen habet, teste *Joh Bapt. Rhamanusio Reip. Venetæ à secretis Int.* in ejus vita.) *Itiner. Orient. Reg. l. III. c.* 39 de *Madagascar*, & c. 41. *de Zanzibar* inquit, quod *nullibi in majori copia elephanti & ebora inveniantur, quàm in his duobus locis.* In *Taprobana* omnes veteres & recentiores magnos & plurimos posuerunt elephantos. *Ælianus de animal. l. XVI, c.* 18. *Alexander Lychnus* apud Stephanum, *Plinius, Ptolomæus, Solinus*, quibus accinunt *Orosius*, Miram Elephantoram copiàm nutrit; *Vartomannus, Fert*, inquit, *imprimis elephantos complures; Maffejus, Elephantes gignit egregiè bellicosos & dociles: Stuckius, Elephantos nutrit optimos,*

maxi-

maximos, ingeniosissimos, quibus reliqu Indiæ elephantes feruntur obedire, quod etiam ex testimonio Hugonis Linscotan Mercator confirmat, aliiq;. In *Sian Pegug;* Peguanus Rex in una venatione quatuor millia cepisse traditur. Et quamquam *Elephantes in Bamba provincia regni Congiani Africana plurimi horrendæ magnitudinis, ita ut vestigia ipsorum quandoq; reperiantur in arenis, quorum diameter se ad quatuor spithamas extendat, ferantur, in Centonibus Georgij Draudij f. m. 201. Rerum memorab.* tamen *Diod. Siculus l. 2. f. m.* 85. asserere audet, quod id genus *beluæ Indicæ Africanis viribus multo* præstet, quia ibi abunde pascuorum habeat.

§. 6. Similiter *Salomonem* quoq; de omnis generis animalibus, & non tantùm minimo, sed etiam *Elephante* locutum esse, non ineptè colligitur ex 1. *Reg. IV*, 33. ubi gene-

generale quidem nomen בְּהֵמָה adhibetur, quod in genere *quodvis vel jumentum, vel feram sive cicuratam sive feram significat*, in specie tamen, ut superius dicebamus, etiam de *Elephante* ex mente *Ebraeorum Doctorum* adhibetur. Ideoq; *Sap. VII. naturæ animalium & iræ bestiarum perspectæ fuisse Salomoni dicuntur, ut ita non tantùm de cicuribus, sed etiam universis aliis* differuerit. Et cum *Cicero Dejotaro Tetrarchæ nobili laudi* tribuerit, non solùm *agricolam sed etiam pecuarium esse*; cumq; plures etiam alij Reges, *Hieron, Attalus, Philometor, Archelaus*, de Animalium Naturis diligenter scripsisse perhibeantur ab *Augustino Niph.* in suo *de Historia Anim. libro. Petrus* item *Gillius Albiensis vir eruditus, Æliani translator*, & *Naturalium Rerum longis peregrinationibus eximius scrutator*, ad

ad *Æliani Histor.* Anim. celebratissimos *Reges pecuarios* fuisse diligentissimos advertat, nihil vel *ab officio Regis vel à Prudentia Salomonis* alienum dixerit, qui *eundē quoq; Pascuariam & artē parandi pascendiq; pecoris, maximorum causa fructuum, exercuisse affirmarit.* Imprimis, quia circa *montana Hieros. egregia & fluviis omnibus irrigata pascua* habebat. *Alexāder certè M.* studio cognoscendi feras, ita inflammatus est, ut nullis sumptibus parcens *Aristoteli commentationem de Animalibus* delegarit, ei aliquot millibus hominū in totius Asiæ, Græciæ, Africæq; tractu parere jussis, omnium, quos *venatus, aucupia, piscatusq;* alebant, quibusq; *vivaria, armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant, ne quid usquam gentium ignoraretur* ab eo, *dicente Plin. l. VIII. c. 16. Aristoteli* autem *Historiā animalium offerenti octingēta* repen-

rependit talenta i e. quadringenta octoginta coronatorum millia apud *Athenæum l. 9.* Quo noluit esse inferior *Antoninus Imperator*, utpote, qui *Oppiani de Animalibus singulos versus i. e. sexies fere mille, totidem nummis aureis compensavit.*

§. 7. Porro *Magnatibus & Principibus*, ut alios, ita & *Indicos Elephantos* esse in *delitiis & delectationibus* quotidiana comprobat experientia, utpote, quibus illi non solũ usi sunt in *præliis*, uti de *Pyrrho Epiri Rege bellum cum Romanis movente*, sed etiam de *Antiocho Syro Judam Maccabæum* oppugnante, item P. Scipione Romano (Liv. *Dec.* 4. *l.* 7 *f* 130.) ex historiis habemus, sed etiã *ad ludos & certamina voluptuaria* habendã: Ideò potissimùm, quia & *magnæ docilitatis, & singularis reverentiæ sunt in Reges. Nam Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt*, ait *Plin.*

Plin. l. 8 c 1. Arist. Hist. Anim. l. 9. c. 46. Alb. M. de Animal. l. 8. tract. 5. c. 2. Horsum spectat *Martialis Epigr. ad Domitianum:*

Quod pius & supplex Elephas te, Cæsar, adorat,
Hic modo qui tauro tam metuendus erat.
Non facit hoc jussus, nulloq; docente Magistro
Crede mihi, Nomen sentit & ille tuũ.

vigiliasq; & excubias per vices agunt, tradente *Æliano l. XIII. Hist. An. c. 22.* De *Ludis eorum lege Plin. l. VIII. c. 7.* Similiter etiam *ad numerum saltare, tibiæ sonorum differentias* intelligere, *cursum tardare* ad *soni tarditatem, seq; remittere ad remissionem,* rursus, cum *acutè sonat, festinare,* ut est apud eundem l. II. Et quod admirabilius est, cum *Tiberij Cæsaris pronepos Germanicus gladiatorum spectaculum edidisset Romæ, apparatiq; essent in Theatri arenâ lecti ornatissimi, pocula & ar-*

& argentei crateres, ac mensæ magnificæ pane ac carnibus exstructæ intromissi sunt sex mares elephanti virili veste induti, totidemq; fæminæ stola muliebri ornatæ, qui decorè epulis accubuerunt, ac in mensam promuscides tanquam manus porrexerunt, summaq; cum modestia epulati sunt, neq; ex ipsis quicquam visus est vorax, neq; majoris partis rapax. Cum esset bibendum, unicuiq; crater exhibebatur, & hi quidem promuscidibus potionem haurientes moderatè bibebant, deinde circumstantes leviter & sine contumelia aspergebant. Majus *docilitatis* documentum in *Elephanto* recitat citatus *Ælianus*, quod se ipsum vidisse ait his verbis: Ego rectè & *ordine in tabula quadam latinas literas vidi elephantos scribere, veruntamen docentis manus subjiciebatur ad literarum figuram & lineamentum instituens animal. Cumq; Elephantus scriberet, ejus*

ejus oculos immotos & dejectos esse perspexi, ut Grammaticũ quendam dixisse. Hæc ille. Auget istam scriptioni fidem, quod *Mucianus ter Consul* scriptum reliquit, *Elephantũ literarum Græcarum ductus didicisse, solitumq; perscribere* linguæ ejus verbis αὐτὸς ἐγὼ, τάδ' ἔγραψα, λαφυρά τε Κελτ' ἀνέθηκα. *Ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicavi*, cui subscribit *Plin. l. VIII c 3. Cæl. Rhodig. Antiq. l. III. c 3.* Omnem ferè fidem superat, quod ex *publico Instrumento Cochinensium* refert D. *Garcias ab Horto l. 1. Hist. arom. c. 14. p, 164* & ex viva aliquorum hominum relatione, quòd *Elephas* aliquando *Cochin*, (est autem *Cochin* civitas nobilis in regno Malabar) fuerit locutus, *petieritq; à suo Rectore*, (quem *in Malabar Naire, in Decan verò Pilhane vocant,*) *cibum*. Eandem historiam ex publico testimonio recitat *Costa Burgẽsis,*

in

in Hispania Medicus l. Arom. & Simpl. Medic. Indic. c. 7. Elephantũ nimirum in litore maris urbi vicino laborare solitum, jamq́ laboribus fessum domum redire properasse, ut quiesceret: Præfectum verò illius urbis orasse, ut in labore pergeret, atq́ Liburnicam, quam jam movere inceperat, in mare traduceret; renuentem Elephantum præfectũ denuò compellasse, blanditiisq́ demulsisse, id in suam gratiam faceret. Ita enim decere, quandoquidem in servitute esset Christianismi Regis Lusitaniæ. Tunc Elephantum hæc Domino verba protulisse, hoo, hoo (quæ lingua Malabarica vulgari & usitata in ea Provincia, è qua Elephas oriundus erat, sonent *volo, volo*) *ad Liburnicam redijsse & eam in mare impulisse.* Eundem *ferunt suo Domino operam servilem præstitisse in lebete resarciendo.*

§. 8 Hinc in historiis relatũ accepimus, ad alios *Occidentaliores Reges* eti-

etiam istiusmodi prægrandes ele-phantorũ moles demigrasse. Nam & *Jubæ in Mauritaniã, & Antiocho in Siciliam, Annibali in Hispaniam* sunt transmissi, uti ex citatis autoribus satis constat. Itali certè cũ primùm *Epirotico bello* viderent hæc *Indiæ monstra, boves Lucas* vocitarunt, in *Lucanis* quia primum videbantur *anno Urbis quadringentesimo septuagesimo secundo*. Ut tanto minus dubi-tem ejusmodi prægrandia corpora *cupivisse Salomonem videre*, & ideo eò citius allata, quo facilius mari afferri poterant.

§. 9. Sed ab *Elephanto* ad *EBUR* descendendum. Quemadmodum autem superius dicebamus, *Ele-phantũ ipsum* in sacris speciali non designari nomine, ita etiam cum *EBORE* comparatum est. Nam nec istud seorsum speciali aliquo nomine gaudet, sed ejus loco

com-

commune] שֵׁן semper occurrit, uti ex *Ps. XLV*, 9. *Cant.* 1. 4. 1. *Reg. XXII*, 39. *Ez. XXVII*, 6. *Amos III*, 15. & c. *VI*, 4. videre est, per congruam ἀντονομασίαν, *quia nullius animalis dens fabrefaciendis rebus pretiosis aptior & opportunior est, quàm Elephanti.* Ipsa autem vox שֵׁן est ex radice שָׁנַן *acuere*, eo quod *dentes, quasi acutos scopulos acuere soleant*, & ita *quasi spinosis pilis obterebrare obvia quavis* possint. Ab *Arabibus* Elephantus *Fil*, Dens verò *Cenalfil* in *Guzarate & Decan ATI*, in Malabar *Ane*, in Canara *Acete*, Æthiopibus *Yiembo* est.

§ 10. An autem *EBUR per CORNU* an verò *per DENTEM Elephāti* describēdum sit, ἀμφισβητεῖται. *Juba* apud *Philostratū* l. 2. c. 6. *CORNUA* dixit, utpote *quæ ex tēporibus nascantur, neq; usquam decidant, & præterea acuantur ab ipsis elephantis.* Quæ omnia non tā in *Dentes* quā in *Cornua*

videntur cõvenire. Cui suffragatur *Ter. Varro l. 3. de Lat. L. Quos dentes multi dicunt, cornua sunt. Ex tẽporibus nascuntur, & ex superiori mandibula per os resupinata sese afferunt. Et decimo quoque anno ea elephanti abjiciũt, & defodiunt, sicut cervi quotannis, & quoties amiserint, reponunt.* Quibus alij testẽ addunt experientiam, quod ebur igne dometur & emolliatur ad quaslibet recipiẽdas formas, quod denti animalis non convenit, apud *Schindler. in Lex. col. 1901.* Conf. *Glass. Rhet. Sacr. tr. 1. c. 4. p. 63.* Contra *Apollonius* maluit *DENTES*, *ut qui maxillis sint infixi & nullis lineis veluti torno impressis in singulos annos circa radices obducantur, ut cornua aliorum animaliũ, sed leves politiq; oriãtur, neq; habeant ungulam bifidam sicut cætera animalia cornuta.* Huic subscribunt *Herodotus, Plinius l. VIII. c. 3. Georg. Draudio in Centon. Memor. Rerũ. f. 201.*

Quam

Quam liticulam compositura, utrũq; conjungit Scriptura, quando *Ez. XXVII*, 15. nominat קַרְנוֹת שֵׁן *Cornua Dentis*, quasi diceret, *Ebur esse Cornu dentatum, seu Dentẽ cornutum*, ita, ut aliquid de *natura cornuum*, & *aliquid de natura dentiũ* participet. De *Cornibus*, quod *ad tempora nascatur*, de *Dentibus*, quod *maxillis sit infixum & quod nova internodia non admittat. Deciduos esse istos Dentes* gravissimi sunt autores, qui dicunt, sed refragatur experientia, & *D. Garcias ab Horto l. 1. Arom. c.* 14. Cum autem frequenter nomine שֵׁן in sacris veniat, tutius, & divinis literis consonantius, *DENTIS*, quàm *Cornu* nomẽ gerit. Quorsum etiam *sextus* ex eodem capite *Ezechielis versus* referendus est: *Tabulas tuas* (id est transtra tua) *faciebant* שֵׁן בַּת־־אֲשֻׁרִים *ex dente filia gressuum* (artifices) *ex insulis Chittæorum*.

Nam *dens filia gressuũ* est *ebur gressibu[s] tritũ.* Illud enim *demum germanũ ebu[r] est & præstãtissimũ, quod ab Elephantib[us] in terram defoditur, & in ea per justum tẽpus tritum est.* Quo de *Sal. Glass. Gr[am.] Sac l.3.tr.1.can.36.p.130.* cõsulẽdꝰ est.

§. 11 *EBUR* istud, de quo agimus *dentiũ elephantinorũ* est. Hinc miran[dum] subit, quod *Andr. Lacuna l. 2 c.50* *Commẽt.* in *Dioscor.* scripserit, *Fossil[e] & minerale* inveniri: Istud enim *la-pideum est, & minerale,* non *Elephan-tinũ.* Testatur quidem *Carolus Clusiu[s] observ. in Garcia. Hist. Arom.* se [a] *Rašio* quodam, omniũ naturæ mi-raculorum diligentissimo observa-tore, fuisse donatũ *laminulis quibus-dam Eboris fossilis*; sed easdẽ tamen dicit *nativum Ebur æmulari, & crust[a] quadã candidissimâ inductas esse, illudq[ue] ebur in Italia effodi, atq; istius in magn[o] usu adversus virulentorum animaliun[m] morsus esse.* Verũ itaq; ebur nõ fuit

sed

sed ei simile (ut in Hercyniæ specubus unicornu fossile, de quo Fr. Joël, Mich. Neander.) Huc quoq; iste ex *Plinio* locus spectat, qui est *Nat. H. l. XXVII, c. 18.* ubi ex *Theophrasto* etiam *fossilis* meminit, sed addit, *esse colore candido & nigro*, esseq; potius *lapidem osseum*, quàm *ebur elephantinum*.

§. 12. Interim cũ *Fuchsio* eò non est deveniendum, ut nullibi *verũ ebur* reperiri dicamus, quòd ille summo errore *lib. de Compos. Medic.* scripsit. Cũ tot *sint Elephanti* per universam *Indiam & Æthiopiã. Rex Pegu* dicitur *Una venatione quatuor millia* cepisse, ex quibus bis mille liberos dimisit, totidẽ autem captos retinuit & domuit. Præterea in *Zeilan, Siamq;* magna eorũ copia est, imò & *Æthiopes* eorũ carne vescũtur. Quidni igitur *dens elephantinus possit* haberi? An autẽ isti sint, qui cõmuniter in nostris officinis prostãt? hæc est alia quæstio.

§.13. Usus *EBORIS* apud *Indos* *modernos* magnus est, nõ tam *in medicinã*, quàm in *opera domestica*, *monilia*q; *fabricanda*. In *Cambaya* superstitionis genus esse accepim⁹ apud *mulieres ejus* regionis, ut *aliquo*, è *cognatis aut consanguineis mortuo*, *illico omnia monilia*, *quorũ viginti ex ebore confecta singulæ mulieres in brachiis gerunt*, *confringant*, & *posito luctu*, *nova inducant*. Hinc veterũ quoq; *sumptuositas* in *Iconas Deorũ* & *simulacrorum eburneas*. Nam & *simulacrum Jovis Olympij ex ebore confectum à Phidia* celebratur antiquitus. Et non tantùm *Numinum ora*, eodem *ebore* spectabantur, sed etiam *mensarum pedes* apud *Plin. l. XII. c.I.* ut recte dixerit *Martialis l. 9. Epigr. 23.*

Ut mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

indigitans *mensas eburnëis fulcris innixas*.

§.14

§. 14. In *Æthiopiæ finibus Africanis* multas *ædium postes ex EBORE* faciunt, & nitorem palatijs conciliant his dentibus. Polybius quoq; tradidit, *sepes in domiciliis & pecorū stabulis pro palis ex elephantorum dentibus fieri*, uti est apud *Pl. l. VIII. c. X.* Et nō tantū in *ædib⁹ privatis, sed etiā publicis tēplis* ornatus eburneus cōspicitur, & *ligna pretiosa ebore non tātùm distingui*, sed etiam *operiri* consueverunt Romæ, eodē Plinio, luxuriæ Romanæ reprehensore, teste *l. XVI. c. 43.* Et non tantùm *eboris & lignorū*, sed & *eboris & auri coagmentationes, ornatûs & elegantiæ operum augendæ gratiæ* fiebant. Cujus rei testem sistimus *Strabonem l. 16.* de Arabibus, qui inquit: *Portæ, & parietes, & tecta ex ebore, auro & argento & lapidibus ornatus causa distincta.* Quemadmodum *Horatius* quoq; utrumq; conjungit *l. 2. Carm. od. 18.*

Non ebur neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar.

§. 15. Huc spectat *Achabi eburnea domus*, cujus liber *Regum prior cap. XXII, 39.* meminit, cujus quidem magnificentiam & luxuriem satis assequi nequeo; Item aliorum *Magnatum regia & eburnea palatia*, quorum Amos *c. III, 15.* recordatur, ijsq; desolationem comminatur.

§. 16. Præterea sacer quoq; codex Eboris usum in *lecticas & lectulos* transcribit *Amos VI, 4.* quorũ pretiositas & jucunda occupatio fomentũ impietatis & luxus fuit. Quo etiam iste ex Plauto locus collimat, qui est in Sticho act. 2. sc. 3. *Lectos eburatos auratos* (advexit.) *Quos ipsos Apulejus ebore nitentes* vocat lectos. Ex ebore enim nõ tantũ *cubiculares*, *sed etiam triclinares* fiebant, *Varrone* id cõprobante, dũ dicit: *Cum in eborato lecto ac purpurei operis toro cubare*

vide-

videas ægrotum. Quemadmodum etiã Propertius l. 2. Eleg. 10. inquit:

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno
(toro.
Nec sit in Attalico mors mea nixa

Catullus quoq;, quãdo nimis *candidum lectuli pedem* nominat, carmine 57. κλίνην ἐλεφαντόποδον insinuare videtur, quam vocat Athenæus.

§ 17. *Metaphoricè* etiam *Sponsæ Christi collum, pectorale, rectius muniale Eburneum* attribuit Salomon. *Cant. VI. 4.* Quando de Ecclesia inquit, *Collum tuum sicut turris,* הַשֵּׁן *eboris i. e. sicut turris eburnea.* Quemadmodum enim turrita *elephanti machina magnum & fortitudinis & pulcritudinis est indicium:* Ita etiam *in Sponsæ collo turritus eboris nitor & albor singularem & venustatem & robur significant.* Scil. Metaphora est ducta *ab apparatu elephantorum militari*, quo sunt

armati, Nam, ut *Liv. Decad.* 4 *lib.* 7. de *Elephantis Antiochi* ait: *Addebant speciē (Elephantis armatis) frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres, turribusq; superstantes, præter vectorē, quaterni armati.* Ita quoq; collũ sponsæ Christi miris fidei & charitatis frõtalibus & turribus spiritualis fortitudinis insignitum hostibus suis terrori est, & ab incursionibus hostilibus perquàm tutum.

§. 18 Tandē etiam כִּסֵּא־שֵׁן גָּדוֹל *Soliũ Eboris Salomonæũ est perpendēdũ,* cujus memoria est 1. *Reg.* X, 19. & 2. *Paral.* IX, 17. Utpote, quod *Salomon purissimo auro obduxit,* quod sane nõ est ita intelligendum, quasi *ebur usq; adeo vile & indecorũ esset,* ut, sicut alia *sequioris formæ ligna, lucidiori & pretiosiori aliqua materia* (auri nempe) *incrustari debuerit,* sed quia *ebori solido interraso raritates & sinus auro impleri, inq; varias rerũ formas vermiculat-*

ope-

opere conformari fuerint soliti. Quam incrustandi & vermiculandi rationem ex sacris & profanis historijs probare facile est, utpote ex 1. *Reg. VII,13. 14. seqq. 2. Chron. III. 7. 1. Reg. VI. 29. Syrac. XXXVIII. 28. Sap. XIV. 8. Ex. XXXI. 3. c. XXXVI. 2. seqq. & Plinio l. XXXV. c. 1. & Virgil. 6. Æn.*

-- -- lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu. -- --

§ 19. Antequam hinc discedamus, Joh. Pinedæ rationes, quas affert, sunt subjiciendæ, quare sc. cùm *Ebora in profanos usus fuerint adhibita à Salomone*, etiam in *usus sacros & fabricam templi non sint collata?* An *ideo*, inquit, *quia DEus supremus templi architectus eam materiã non designavit Davidi aut Salomoni? An ideo non designavit, quia nõ tàm ad rẽ ædificatoriã, quàm ad alios privatos & domesticos usus ea materia*

oportunior creditur, videlicet conficiẽdis pyxidibus, Cant V. 14. sedilib9 1. Reg. X, 18. thecis aromatum & vestimentorum Ps XLIV. 9 An quia in Dei templum nõ inserenda illa materia, quæ propter falsorũ Deorum simulacra fiebant? At ista profectò fundamẽta omnia ita sunt cõparata, ut nihil in recessu habeãt. Nãq; primum & secundũ per se incisis cruribus claudicãt. Neq; enim *omnis operis & ligni materia Salomoni fuit ostensa, neq; à templorum structura alieniora erant Ebora.* DEI verò Zelus tantum abest, ut ebora in tẽplo Hierosolymitano prohibuerit, ut potius *adhiberi voluisset propter mysticam Messiæ inhabitationem, qua ex eborinis egredi templis dicitur Ps. XLV. 9.* Genuina hæc erat causa *quia Salomõ tunc nõdum habuit Ebur Ophiriticum*, cùm cõderet *tẽplum, utpote* quod *navigia Indica post absolutum templum demum in Judæam transtulerunt*, ut supra indicavimus de tempore, c. VII, §. 11.

SECTIO VI.

De SIMIIS.

Summaria.

§. 1. *India misit Simios.*
§. 2. *Kophim quid, & unde?*
§. 3. *Simij,* πίθηκοι.
§. 4 *Quid Semamith Prov. XXX?*
§. 5. *Cephus:* κῆπος.
§. 6 *Simius hominis æmulator.*
§. 7. *Simiorum IV. genera.*
§. 8 *Cynocephali.*
§. 9. *Satyri.*
§. 10. *Sphinges.*
§. 11. *Callitriches.*
§. 12. *Cephi.*
§. 13. *Cercopitheci.*
§. 14. *Chœropitheci.*
§. 15. *Leontopitheci.*
§. 16. *Solum patrium non Hispania.*

§. 17.

§. 1.

INdia, uti *animalium brutorum est feracissima, ita* etiã ad Salomonem dimisit nonnulla, quorum permutatio nõ tantum *pretio, sed* etiam *jucunditate* æstimabatur. Nã *Elephãtos & ebur pretiosis, SIMIOS, PAVONES & PSITTACOS* jucundis mercibus anuumeramus. Ita autem legimus 1. *Reg. X.22. & 2. Paralip. IX.21. Navis Oceani veniebat, & portabat aurum & argentum, dentes elephantorum, SIMIAS & PAVOS.*

§. 2. *SIMIÆ* in Ebræo appellãtur קֹפִים item קוֹפִים Utraq; scriptio cum & sine fulcro ו invenitur. *Defectivè* scribitur 2. *Paral. IX.* 21.

Com-

Completè autem extat *1. Reg. X. 22.* & communiter redduntur ab universis Ebræis Magistris *Simiæ.* Ista autem vox קוף vel קופים est ex קוף vel ex נָקַף *circumire*, eò quod *Simii nunquam uno loco consistant, sed assidue circumeant, & quasi in eundem orbem revertantur.* Hinc eâdem radice תְּקוּפָה *Circulus seu Circuitus & Revolutio* descendit, quod Ex. *XXXIV*, 22. de *Revolutione anni*, & *Ps. XIX. 7. de circuitu Solis* intra duos Tropicos, & de Revolutione *dierũ à cõceptione & partu Samuelis* 1. *Sam.* I. 20. usurpatur.

§. 3. Latinis *Simij* à *Simis* dicuntur, quia *sunt simis i. e. depressis naribus.* Græcis autem μιμοὶ ab æmulando, aut οἱ πίθωνες, sive οἱ πίθηκοι à *fallẽdo & decipiendo* denominantur, quia & *mores imitantur, & pueriles risum movent.* Uti istud Pindari: Καλὸς τοι πίθων παρὰ παισὶν ἀεί. *Apud pueros semper simia pulcra est.*

§. 4.

§. 4. Quod *Joh de Pineda in Salom Prævio l. IV. c* 1?, hoc nomen Rabbinicum סְמָמִית aut, ut in sacri scribitur שְׂמָמִית ex *Prov. XXX.* 28 diducit, mihi nō placet. Neq; enim *Semimah*, ut ipse putat, sed *Semamith* est! Neq;, si esset, statim Latinū *SIMIA* ab illo ductū esset. Non dememini, aliquos cum R. *Abraham Comm. in Prov. & cū R. Emanuel* istam vocem שְׂמָמִית quæ *Prov. XXX.* 28. extat, explicare per *Simiam*, quia quod illuc de *Semamith* istâ dicitur, etiam *manibus prehendit instar hominis, & in ædibus Regū manet*, utpote, quib⁹ solet esse in delitijs: nec me fugit quod *R. Jona* velit *hirundinē* esse, quæ & ipsa *in ædibus Principū nidificare* solet. Melius tamē cum *R. D. Kimchi R. Levi* & aliis nostratibus quoq; *Theologis* intelligitur ibidem *Aranea*, uti & B. noster *Luther⁹*. Die spinne wircket mit ihrē Händen/ und

und ist in der Könige Schlösser.

Melius, in quã, quia cõvenientius Araneũ istis minimis Dei & naturæ operibus annumeraveris, quàm Simiũ. Quatuor sunt minima terræ, & sapiẽtiora sapientibus.

Formica populus nõ fortis, & præparant in æstate suum victum;

Cuniculi popul⁹ non robustus, & ponunt in petrâ domum suam;

Locusta, quibus nõ est Rex, & egrediuntur cũ agminibus; (Regu ædib9.

ARANEA manib9 prehẽdit, & ipsa in

Scilicet naturã majorẽ sapiẽtiam in minoribus istis corpusculis cõficiẽdis, quã in majoribus leonũ & taurorũ collis aut tergis ostẽdisse vult innuere Salomon. Sati9 igitur erit, *Araneã* illic intelligere, quàm *Simiã*, quia illa minus animalculum est & majoris sapientiæ opera condit, quàm *Simia*. Hinc cum se recolligeret *Pineda*, isti opinioni dimissionem fecit his verbis: *Sed animal de quo*

quo in Proverbiis, non esse idem cum eo, de quo in nostro Regum loco, ex ipsa Originalium nominum diversitate colligi potest; tum ex eo, quod in *Proverbiis non significetur peculiare aliquod & peregrinum animantis genus, quale in libro Reg*[illegible]*, sed consuetum & vulgare, & minime insolens in Palæstina.*

§. 5. Quod autem idem *Pineda* c. I. Græcum istud κῆπος, quod *hortum & animal à variis coloribus horti sic* dictum, significat, similitudine quadam ab Ebræo *Koph vel Kophim* formatum esse autumat, in eo ei non repugno. Imprimis cum *linguarum Capitaliũ affinitas & mira consonantia* satis constet In superq; descriptio *istius Cepi* congruat, quam *Ælianus* habet, qui ita: *Terrenum quoddam animal Pythagoras scribit secundũ Mare Rubrũ procreari & Cepũ i.e. hortum appositè idcirco nominari, quod tanquã hortus variis coloribus distinguatur:*

ejus

ejus anticæ & posticæ partes ad caudam usq; prorsus valde igneo colore sunt distinctæ; aurei quidam pili disseminati spectantur, tum album rostrum, inde ad collũ aureæ vittæ pertinent. Colli inferiores partes ad pectus, & anteriores pedes omninò albi; mammæ duæ manum implentes cæruleo colore, venter candidus; pedes posteriores nigri sunt. Rostri forma rectè Bucephalo comparari potest. Cui consonat, quod *Plinius* refert, *Pompejũ M. Romæ in triũpho ejusmodi Cephos ex Æthiopia* adhibuisse, tanquam raræ & ignotæ formæ, spectaculo, *quorum pedes posteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus similes fuerint. L. VIII. N. H. c. 19.* Et quia admodum *lascivũ & veneri immodicæ deditum* hunc *Cepum* esse sciamus, illinc profectum esse arbitror, quòd *Poëta impudicus* hanc vocem sic ad *præposterã & beluinam venerem* significandam transtulerit: *Quod*

Quod meus hortus habet, sumas impunè licebit,
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Quin & in *Diogene Laërtio* invenio scriptum quod *Theodorus Cyrenaïcus* hac voce *modestiæ speciem mẽtita*, ipsa *pudenda muliebria* indicare voluerit. Cum enim *Stilpon Megarensis Philosophus* negasset, *Minervam DEAM* esse, quia *fœmina sit*, eum ita irrisit *Theodorus* ille, addens: πόθεν δὲ τοῦτ' ᾔδει Στίλπων; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; l. II. περὶ βίων. Στίλπω. p. 166. *Unde ergo hoc novit Stilpon? numquid sublata stolâ hortum ejus inspexit?* Qua pudicitiæ προφάσει etiam *Ovidius* uti voluit, quando, quod Virgilius *genitale arvũ*, *hortum* vocitavit, inquiens:

Fœmineos hortos in olentes vertere menthas
Persephone licuit. -- --

Sed

Sed istis verborum lenocinijs missis, *Naturam & natale solum Simiarum* videbimus.

§. 6. Sunt autem *Simij seu Simiæ animalia bruta facie hominib9 similia, manibusq́; palpantia, ad hominum voluptatem & risum nata.* Natura enim, ut inquit *Galenus in Anatom. Administr.* Simiæ *ridiculo animali, & animã ridiculam habenti, corporis quoq; constitutionẽ ridiculam dedit.* Hinc quoq́; profectũ est, ut imitatorem alterius Simiam, & Cicero *Bursam Simiolam, & Demosthenes Æschinẽ Tragicã simiam* diceret. Ea enim *simiarum* indoles, *ut hominũ mores imitentur, & eorũ gesticulationes* summo *studio exprimant.* Nam ut Ennius dixit:

Simia quam similis turpissima bestia (nobis.

Neq; tãtùm à *simili actionũ mimicarũ expressione, sed etiã mẽbrorũ* συμμετρίᾳ *homini assimulãtur.* Nã *Simiarũ genera* (sunt verba *Plin. l. XI. N. H. c. XLIV.*)

per-

perfectā hominis imitationē continent facie, naribus, palpebris, quas sola quadrupedū & in inferiore habent gena. J. mammas in pectore, & brachia, & crur in contrariū similiter flexa, in maribu ungues, digitos longioremq; medium. Pedibus paulū differunt. Sunt enim, u manus, prælōgi, & vestigiū palmæ simil faciunt. Pollex quoq; his & articuli u homini: ac præter genitale & hoc i maribus tantùm, viscera etiam interiora omnia ad exemplar.

§. 7. *Cæterum*, quantum ex Priscis colligere est, *quatuor simiorum constitutæ sunt species*. Ita enim *Plinius l. VIII. c. 54. Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris & Sphingibus. Callitriches toto penè aspectu differunt: barba est in facie, cauda late fusa primori* parte; quibus addi potest *Aristot. Histor. Anim. l. II. c 8. Conr. Gesn. Hist. Anim. de Quadrupedibus.*

§. 8.

§ 8. Hinc *prima species* à forma capitis canini *Cynocephalorũ*, qui & κυνοκέφαλοι dicuntur, olim culti sunt apud *Ægyptios*, *teste Æliano & Herodoto*. Quos *Diodorus* etiã *Siculus l. III. Bibl*, allegat: οἱ δὲ ὀνομαζόμενοι κυνοκέφαλοι τοῖς μὲν σώμασιν ἀνθρώποις δυσειδέσι παρεμφερεῖς εἰσὶ, ταῖς δὲ φωναῖς μυγμοὺς ἀνθρωπίνους προΐενται. ἀγριώτατα δὲ ταῦτα τὰ ζῶα καὶ παντελῶς ἀντιθάσσευτα καθεστῶτα, τὴν ἀπὸ τῶν ὀφρύων πρόσοψιν αὐστηροτέραν ἔχει. Qui *Cynocephali dicũtur, corporis aspectũ hominũ instar habent, quorum vicem mussitatione tantùm exprimunt. Apprime ferox est hoc animal, nec ullo cicurationem pacto admittit & vultum à superciliis austeriorem præfert.* Ejus Icona *Adrianus Collardus* in *tabellis in æs incisis, quas de quadrupedibus animalibus publicavit*, videtur expressisse.

§. 9.

§. 9 *Secunda species* est *Satyrorum*, qui in *subsolanis Indorũ montibus* pernicissima animalia sunt, *humana effigie, pedibusq; caprinis, & toto corpore villoso*, qui nihil habent moris humani, gaudẽt sylvarum latebris, & fugiunt hominũ commercia. Hæc monstra Veteres pro *sylvestribus Diis* coluerunt, quemadmodum & *Faunos, Sylvanosq;*. Nam *Panas agrorum, Sylvanos sylvanorũ, Satyros & Faunos nemorum Deos esse miseri crediderunt*. Hinc in *Antonij* vita refertur, quod ille *in eremo* oberrans, *viderit homunculũ aduncis naribus, & fronte caprino, cui etiam extrema corporis in caprarum pedes desinebant. Ad cujus ille adspectũ cum signũ crucis fecisset, & interrogasset quis nam esset? resp: Mortalis ego sum, unus ex accolis eremi, quos vano errore delusa gentilitas Faunos Satyrosq; & Incubos appellat* Si modo nõ spectrum hoc potius Diabolicũ, quam aliquis sylvestris simius fuerit. §. 10

§ 10. *Tertia species* est *Sphingum*, quas fusco pilo, mammis in pectore geminis Æthiopia generat, ut idē *Plin l. 8. c. 21.* ait, quod etiam *Alberti Magni* testimonio corroboratur, qui *Sphingem* insigne genus simiarum describit, *duabus in maxilla nigrioribus maculis nigricantibus, caudâq; coloris subnigri oblōga,* αἱ δὲ σφίγγες, inquit *Siculus. l. III. Bibl. f m. 167.* γίνονται μὲν περί τε τὴν τρωγλοδυτικὴν, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ταῖς δὲ μορφαῖς ὑπάρχουσιν οὐκ ἀνόμοιοι ταῖς γραφομέναις, μόνον δὲ ταῖς δασύτησι διαλλάττουσι. τὰς δὲ ψυχὰς ἡμέρους ἔχουσι καὶ πολυέργους ἐπὶ πλεῖον καὶ διδασκαλίαν μεθοδικὴν ἐπιδέχονται. *Sphinges circa Trogloditicam & Æthiopiam existunt, forma his nō absimiles, quæ arte pictorum exhibentur, nisi quod hirsutie tantummodo differant. Placidi illis sunt animi & versuti, artisq; quæ*

compendio tradi potest, *admodum capaces*.

§.11. *Quarta species* est *Callitrichum* seu καλλιτρίχων quos ita à *barbitio dictos* esse *Hermolaus* ait, utpote quod Græci τρίχα vocant. Eadem quidẽ vox *Callitrix* ut & *Callitrichon* in *Botanicis* pro herbis usurpantur, & à *lanugine* crinita sic denominantur, sed hoc loco καλλίτριξ *animal est ex genere simiarum*, *à barbæ pilosæ pulcritudine* ita dictum, quod Æthiopia gignit. Hujus imaginem eleganter delineavit *Nic. Clusius in Auctuario Exoticorum f.* 371. de isto, quem exsculpsit, inquit: *E mento propendebat dodrantalis longitudinis barba in mucronem desinens, alba sive incana Callitriches* quoq; multas *Cairi* in Ægypto ad caprarum & asinorum inequitationes adsvetas se vidisse commemorat *Petrus Bellonius l.* 2. *Observat. c.* 52.

§.12.

§. 12. Quibus si *addideris Cepum vel Cephum*, uti eundem *Diodorus Siculus addit, l. III. Bibl. Histor. f. 168. Quintam* habebis. Ita autem Siculꝰ inquit: ὁ δὲ λεγόμενος κῆπος, ὠνόμαστε μὲν ἀπὸ τῆς περὶ ὅλον τὸν ὄγκον ὡραίας καὶ προσούσης ἡλικίας. *Hortus quem vocant, à totius corporis decore, & staturæ venustate nomen accepit.*

§. 13. His non immerito *sextam* etiã annumeramus speciem *Cercopithecorum*, quos & ipse cognoscit *Plinius l. VIII. Hist. N. c.* 21. facitq; *nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles* cæteris voce. Hos nostrates **Meerkatzen** appellant, quos & ipsos in *Ægypto* cultos ex isto *Juvenalis* versu, qui est in *Satyra XV.* colligimus:

Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci.

Scribit etiã *Ludovicus Romanus in sua Navigatione l II. c. 13 ad Arabiæ urbem Aden esse montem, Cercopithecis abundantem.*

§. 14. *Aristoteles in II. Hist. Anim. c. XI.* meminit etiam χοιροπιθήκε, quam Gaza *porcariam simiam à porci figura* appellat, cujus *rostrum Chamæleonis rostro simillimum* facit. Talis videtur esse, quem *Illustriss. Princeps Carolus Dux Croyus & Areschotensis* dono acceperat, cujus *icona Jacobus Plateau* miserat *Carolo Clusio* quem & ipse *expressit in Auctuario ad l. V. Exot. c. XV. f. m. 370.* quamquam ipse dubitet, an χοιροπιθήκοις, an κυνοκεφάλοις accenseri debeat.

§. 15. Quibus adjici etiam possunt novæ istæ *Simiarum* species ex *Brasilia* advectarum, quas *Johannes Lerius Hist. Americ. c. X.* citat: cujusmodi admodum delicatum Ulyssiponem attulit *Rodericus Linsius*, quas ob leoninam faciem posses λεοντοπιθήκες nominare, cum Brasiliani *Cercopithecum Savogin*, & ali-

alios ſylveſtres *Cay* vocent, teſte *Carolo Cluſio in Auctuario l. V. Exot. c. 372. & Joh. Lerio in Navig. Braſiliana. c. IX. p. m. 122 & 123.*

§. 16. Ex dictis colligere in proclivi eſt, quonam *ſolo patrio* naſcantur, & an *in India* quoq; inveniãtur? In *Hiſpaniis non reperiri multo minus in Tarteſſi aut Gadibus, confitetur Pineda p. 214.* ut meritò eum tædere deberet teſtimonii *Anaſtaſij Synaitæ qui l. X. Hexaëm.* dicat; *In tertio libro Regum invenimus navem Salomonis ſingulis annis veniſſe ex Tharſis, quæ eſt Heſperia regionis Occidentalis, & tuliſſe ad eum aurum, & ejusmodi animalia.*

§. 17. Interim prognaſcuntur in *Libya.* Nam *Stephanus* qui de Urbibus ſcripſit, *Pithecon i e. Simiarum ſinum portumve Libyæ juxta Carthaginem* conſtituit. Idem quoq; ex *Poſidonij relatione* pateſcit. Is enim

cum à *Gadibus in Italiam navigaret*, ait, se *in Libyæ oram delatum ac sylvam quandam mari contiguam vidisse, simiis plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terrâ sederent*, nõnullæ *catulos haberent, & ubera præberent, nec sine risu vidisse alias uberibus graves, nonnullas herniosas, & alia quædam id genus vitia ostendentes. Strabo l. XVII. f. m.* 784.

§ 18. Habentur etiam in *Æthiopia*, uti supra ex *Diodori Siculi Bibliotheca* docebamus *Solinus* quoq; *omne latifundiũ, quod inter Ægyptum Æthiopiam & Libyam diffunditur vario impleri simiarum genere* ait. Et *Herodotus* testis est, apud *Zygantes Africanos* affatim simiarum reperiri, quibus illi vescantur. Conf. *Photium in Biblioth.* ex *Agatharchid* l. 5. c. 25. & 26. allegantem. *Strabon. Geogr. f.* 784.

§. 19

§. 19. Tandem *India* quoq; *eorum feracissima est.* Sicuti *Plinius* 4 *genera eorum l. VIII. c. 21.* allegat, Arrianus quoq; scribit, *In India pulchras & magnas subnasci simias, & adeo multiplex variumq; illarum genus in Indiæ montibus provenire in tanta copia, ut excelso atq; erecto corpore incedentes quasi hostium exercitu viso aliquando perterrefecerint Alexandrum in montibus Emodis*, in quibus, *Alexander Magnus Porum Regem Indorum debellavit.* teste *Æliano l. VII. c. 22.* & *Strabone l. XV. Geogr. f. m.* 664. Hinc est quod ad *Suburbiũ Latagææ* urbis frequẽter proficiscantur *Simij*, quibus *coctam oryzã* Rex comedẽdam objiciat, & quotidiè ijs cibaria projici, expletas autẽ in domesticas sedes sylvestres cũ magna moderatione redire, neq; quempiam obvium lædere scribũtur ab Æliano *l. XVI. c.* 10. Conf. *Marcũ Polum Itin. Orient. l. 3. c.* 45.

§ 20. Hinc magna non tantum *Ægyptiorũ*, quod ante dicebamus, sed etiam *Indorũ* idolomania fuit; quod isti κυνοκεφάλους, hi verò etiam *simiarum dentẽ* inter sacra retulerint. Namq; quod ex *Rebus Sinarum c. IV. p. 20. Majolus* adducit, in insula *Zeilan*, indigenas *dentem pithecei coluisse pro DEO*, qui cum in Portugalensium manus ex præda venisset, *Regem Pegu redemptionis nomine obtulisse centies mille aureos*. O Absurdam & ineptam impietatem, quæ ipsum dæmonem habuit autorem!

§. 21. In tanta itaq; copia, in tanta varietate simiarum Indicarum citra dubium delectum fecerunt nautæ Salomonæi, ut præstantiores & barbatiores secum transferrent, & opulentissimum Regem his mirabilibus novi Orbis operibus delectatione pariter & admiratione implerent.

SE-

SECTIO VII.

DE PAVONIBUS.

Summaria.

§. 1. *Pavones insignia Regalia gerunt.*
§. 2. *Tukkyim unde?*
§. 3. *Non sunt Simij adulteri?*
§. 4 *Sed & Pavones & psittaci.*
§. 5 *Pavonũ principatꝰ & chromatismꝰ.*
§. 6. *Aularum oblectatio.*
§ 7. *Pavonum edulia.*
§ 8. *L. Hortensij Cæna Adjicialis: Aditialis Adjicere epulum. Dapalis adipalis. Porcus Trojanus.*
§ 9 *Hostiæ Caligulæ. Clypeus Minervæ, Heligobali dapes, luxuria Rom.*
§. 10. *Pavonum cura & altura.*
§. 11. *Natale solum non est Hispania.*
§. 12. *Sed Samus.*
§. 13. *Babylonia.*
§. 14 *India.*
§. 15 *Ex qua ad Salomon. rari & cari e-(rant.*
§. 16. *An Tukkyim sint Gallo-Pavi In-(dici?*
§. 17. *An Meleagrides?*

Ἔκθεσις.

§. I.

R*Egale semper atq; magnificum* fuit habitum, *Pavones alere, iisq;* *oblectari.* Hinc legimus in *Svetoni* *Tranquillo*, quod *Romæ in viridariis* fuerint *alti*, & in magno pretio & honore habiti, ita ut *sacratissima eti*am *Imperatoris manus* vindictam violatoribus eorundem fuerit mi nata. *Tiberius* namq; *Imperator mili*tem *prætorianum ob surreptum è vir*idario *pavonē capite punit*, quod *Sve* habet *in ejus Vita c.* 60. *Congianum* quoq; in Africa vastissimè & latissime gubernantem *Regem* legimu in sylva quadam *Angolæ consi*t *muris circūdata*, *Pavones* multorum generum magna cura & sumtibus nutrire, reliquis omnib⁹ eâ jucun ditate vacare jussis, eò quod *insign* *hac avis gerat Regalia*, apud *Georg. Brandium in Censonibus reru*

M

Memor. p. m. 209. Ideoq; magnificentiæ studiosissimus *SALOMON PAVONES & Psittacos ex Ophira nostrâ* sibi comparavit, ut nec hâc in parte ab aliquo sui seculi principe superaretur, quemadmodum extat 1. Reg. X. 22. & 2. Paral IX. 21.

§. 2. In *textu Ebræo* vocãtur תּוּכִּיִּים & per *alternationem* vocaliũ תֻּכִּיִּים Prior scriptio est *in Paralipomenis*, Posterior *in Annalibus Regũ.* Utraq; *autẽ vox est peregrina. Etymon ignotum est. Buxtorffius* ex Rx. תכן seu תון diducit, eò quod *in colore caudarum aliquis quasi colorum dolus* subsit; *Pagninus* autem & *Avenarius* ex תָּכָה *cõjunxit, ambulavit in medio* derivã, eò quòd *conjunctiones & gregarias obambulationes* ament. Videtur ergo ἀναλόγως nomen sing. esse debere תּוּכִּי vel תֻּכִּי ex Conjug. Piïal תִּכָּה *adjunctus est sedendo* in plur. תֻּכִּיִּים Sed ut dixi, *ignotum est est etymon, peregrina avis.*

§. 3. Hinc diversa etiam de eâ sunt judicia. Nam quibusdam est *genus simij admodũ petulcum & lascivũ, & de illo simiorum genere, quos adulteros* vocant, quia *incredibili in feminas libidinis furore* ferũtur, quod vulgo dicitur *Mamon*, vel *Majmon*, uti R. *David Kimchi* & *Mardochaï* scribunt. Sed istud alienum est ab hoc loco. Nāq; aliud genus animaliũ קוֹפִים & vicissim aliud תּוּכִּיִּים esse, satis apertè hic locus biblicus evincit. *Illis Simij cujuscunq; generis, his vel Pavones vel Psittaci, vel utriq;* indigitãtur. Quocirca *Juni⁹ & Tremellius in suis Observ. Bibl. per Tukkijm poti⁹ Psittacos*, quàm *aliud volucriũ genus malunt*, quorum alij quidam ex recentioribus amplectuntur sensum, Sed veterum potior pars *præviis Thargum, R. Salomo. R. Levi. R. David. R. Mardochaï Pavones* interpretantur. Cũ quibus etiam *vulgatus & B. noster Lutherus* fecerunt.

§. 4.

§. 4. Et quanquā aliæ quoq; *Pavonum nomēclaturæ* in sacris prostent. Nam *Job. XXXIX.* 13. *RENANIM* à B. *Luthero Pavones* vertūtur, & *Neælasah* ibid. Kimchio *Pavus* esse videtur, & *Thalmudicum Tavas aut Tavaz* eandē significationē habet, & insuper cognationem cum Græca ταὼς, tamē nō puto temerè esse à tā gravi graviū virorū opinione resiliēdum, qui hoc *Tukkijm* per *Pavones* exponunt, nec illos prorsus esse aspernēdos, qui hac voce etiā *Psittacos aut significari, aut saltē cōsignificari* volūt. In quam opinionē jamdudū descēdisse *Alph. Tostatum* deprehendo in 2. *Paral. IX. q* 5. qui *Pavones cū Psittacis numerat inter ea, quæ adferebantur ad Salomonē. Neq; enim minor jucūditas est in Psittacis, quā pulcritudo in Pavis. Neq; credibile est in tanta utriusq; aviculæ abundantia alterutrā delatam ad Salomonē, alterutram occultatam eidem fuisse.*

§. 5.

§. 5. Sunt autem *PAVONES decantatissimæ inter aves & præstantiæ & pulcritudinis, ita ut meritò principatum teneant. Huic enim natura formæ è volucribus dedit palmam, uti Merula apud M. Varronem loquitur de Re Rust. l. III. c. VI.* Sicut enim *Aquila Jovis, ita Pavo Junonis* de Primatu inter se & in avium genere contendunt,

Quippe feris tanto præstat forma inclyta Tigris,
Quanto præcedit Pavo genus omne volantum.

apud *Oppianum l. 3. de Venat.* Tantus enim *pennarum fulgor, tamq; suavis coloris viriditas & jucunditas in ejus potissimum caudata corolla, ut natura omnem colorum lusum in isto orbiculato Chromatismo exeruisse videatur.* Hinc rectè Ovidius:

Laudatas ostēdit avis Junonia pennas
Si tacitas spectes illa recondit opes.

Gemmantes autem colores maximè expandit

pandit, cum laudatur, adverso sole, quia sic fulgentius radiant. Simul umbra quosdā repercussus ceteris qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda, omnesq; in acervum contrahit pennarum, quos spectari gaudet, oculos.

§ 6. Ea de causa apud antiquos in tanto semper & *pretio fuere*, & *honore*, ut regia ista satis ornata non sit habita, quam *Pavi* non ornarent, & oblectarent. Id quod *Ælianus l. XIII. de Anim. c* 18. *& Alexand. ab Alexandro l.* 2. *c.* 13. *& l* 3. *c.* 12. contestari possunt.

§ 7. Neq; tantum *ad oblectandum*, sed etiam *ad vescendum iis* sunt usi, ut non *minus pulcritudine pennarum, quàm voluptate carnium* prodessent. Nam *Q. Hortensius primus Pavos augurali adjiciali cœna posuisse* dicitur apud *M. Varronem l. III. de Re Rust. c. VI.* quod *protinus factum tam luxuriosi quam severi boni viri laudabant.*

Quem

Quem citò secuti multi extulerunt eo- rum pretia, ita, ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragenaria millia sextaria, ut reddat.

§ 8. Cæna ista *adjicialis* fuit *Cæna sacerdotii*, in qua multa extra *ordinem, ultraq; consveta fercula* adjiciebantur. Quam ipsam *Plinius l. X, c.*20 *ADITIALEM* vocat, eo quod in *aditu honoris sacerdotij dari sint solita*, uti argutè satis. J. *Lipsius l IV. de Magn. Rom. c.* 9. conjicit. Nihilo secius in priori lectione *perstat. J. Scaliger Conject. in Varron:* & rationem denominationis ex *Tacito l.* 11. *Annal.* afferre desudat, ubi sic legitur: *Rescuporis sanciendo, ut dictitabant, fœderi convivium adjicit, tractaq; in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentiam. &c. Adjicere Convivium* seu *Cœnam* id dicebatur, *quoties aut inaugurãdi alicujus gratia, aut propter*

ali-

aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum. Idq; dicebatur *epulum seu Cœnam adjicere.* Miror quid inciderit *Perotto, quod istam omnium Codd. approbatam lectionem prorsus rejecit, & dapalē suam restitui* voluit. *Hæc lo a,* (Plinij & Varronis) inquit, *corrupta passim apud hos autores erant, & pro Dapali, adiciali, vel adilitij erat scriptum.* Quod *emendare nuper volens insulsissimus quidam Pædagogulus adipali scripsit, nimio ignorantiæ adipe mente oppressâ. Nam quis umquam adipalē cœnam, aut adipalem cibum legit? Adipatum certè ab adipe* dicimus *pro pingui & succulēto,* non *adipalem.* Quidquid istius lectionis sit, qua *Adipalis pro Adjiciali aut Aditiali* ponitur, istud certū est quod *cœnæ istæ Sacerdotij fuerint Cœnæ Pontificiales, quarum luxuriei & libidini varia, opipara & tanta ciborum genera adjiciebantur.* Sicuti ex uno

uno isto *Macrobij* loco videre e[…] qui in *l. III. Saturnalium c. XIII.* exta[…] f 82. Ubi cum multa de *mollitie*[…] *luxu Q. Hortensij, Metelli Pij Ponti*[…] *Maximi* dixisset, ita pergit: *Accipi*[…] *inter gravissimas personas non defuisse*[…] *luxuriam. Refero enim Pontificis v*[…] *tustissimam Cœnam, quæ scripta est* […] *Indice IV. Metelli illius Pontif. Maxim*[…] *in hæc verba: Ante diem IX Cal. Sep*[…] *quo die Lentulus flamen Martialis i*[…] *auguratus est, domus ornata fuit. Tr*[…] *clinia lectis eburneis strata fuerũt. Du*[…] *bus tricliniis Pontifices cubuerunt, Q*[…] *Catulo, M. Æmilius Lepido, D. Syllanu*[…] *C. Cæsar rex sacrorũ P. Scævola Sextu*[…] *Q. Cornelius, P. Volumnius, P. Albino*[…] *vanus, & L. Julius Cæsar augur, q*[…] *eum inauguravit. In tertio Triclini*[…] *Popilia, Perpenia, Licinia, Aruncia* […] *Virgines Vestales: & ipsius uxor Publi*[…] *cia Flaminica, & Sempronia socrus eju*[…] *CÆNA FUIT HÆC: Ante cænam*[…]

echi[…]

echinos, ostreas crudas, quantũ vellent, peloridas, sphõdylos, turdum, asparagos, subtus gallinam altilem, patinam ostrearũ Peloridum, balanos nigros, balanos albos. Iterum Sphondylos glycomaridos, urticas, ficedulas, lumbos, capragines, aprugnos, altilia ex farina involuta, ficedulas, murices & purpuras. In Cena sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia, assa, amylum, panes Picentes Ubi jam luxuria accusaretur, quando tot rebus farta fuit cœna pontificum? Ipsa verò edulium genera, quam dictu turpia? Nam Cincius in suasione legis Fanniæ objicit seculo suo, quod PORCUM TROJANUM *mensis inferant. Quem illi ideò sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit*

§ 9. Huc spectant *hostiæ istæ excogitatissimæ, quas* LATIALIS *ille Jupiter*

arro-

arrogantissim⁹ *Caligula* sibi institu[illegible] quæ erant *Phœnicopteri, Pavones, Te-traones, Numidicæ, Meleagrides, Phasi-ani, quæ generatim per singulos dies ei-dem immolabãtur, teste Svetonio in Ca[illegible] Vit. c. 22* Huc quoq; spectat *famosa illa Vitellij patina*, quam *ob immensam magnitudinem* ἀσπίδα πολιούχου *Mi-nervæ clypeum* vocabat, in quâ *sca-rorũ jecinora, phasianorum & pavonum cerebella, & linguas phœnicopterũ, mu-rænarum lactes à Carpathio usq; freto q[illegible] Hispaniæ per Navarchos ac trireme[s] petitarũ commiscuit*, teste eodẽ *Sveto-nio in Vit. c. XIII.* Huc *Heliogabali da-pes ex pavonum linguis* confectæ spe-ctant, quas attigit *Lampridius in ejus vita, & Cælius Rhodigin. l. XXVIII. c 7[illegible] Sæpius*, inquit, *comedit ex æmulatione Apicij, ut Spartianus prodit, Camelorũ calcanea, cristas gallinaceis demptas vi-ventibus, PAVONUM linguas & lusci-niarũ, quod qui his vesceretur, epilepsiã non*

non sentiret. Exhibuit etiam Palatinis ingentes dapes extis mullorū refertas & cerebellis Phœnicopterū, & perdicū ovis, & cerebellis Turdorū, & capitibus psittacorum, & fasianorum, & pavonum. Et ne in *solis hominum cibis* ostenderet, quàm *dapaticè* viveret: *etiā Leones,* & *alia animalia Psittacis & fasianis pavit.* Ut isthæc omnia considerans *Sāctus Clemens Alexādrinus l.2. Pædagog. c.1.* rectè *luxum & gulositatē Romanorum* perstringens, *Phasides aves, Ægyptias attagenas, Medicū Pavonem, & similia illis exprobret.* Et quid mirum, *sanctis in Ecclesia DEI viris Zelum esse motum ob tantam omnium rerum luxuriem,* cum idē affectus etiam *moderatiores* gentiles affecerit. Ita enim invenimus *Horatium sub Ofelli personâ,* luxuriosum depingere, & ei varias delitias ciborū vanâ & stulta quadam opinione delectas quasi crimen objectare, 2. *Serm. Sat.* 2.

Pin-

-- -- Pinguē vitiis, albūq; nec ostre
Nec scarus, aut poterit peregrina juva
Lagois
Vix tamen eripiam, posito PAVONI
velis quin
Hoc potius quā gallina tergere palat
Corruptus vanis rerū: quia veneat au
Rara avis, & picta pandat spectacu
cauda.

Et *Seneca* ad *Lucilium*: *Num*, inqui *esuriens fastidis omnia præter PAVO NEM RHOMBUMq;? Ambitiosa non est fames, contenta desinere est, qu desinat, non nimis curat.*

§ 10. Neq; tantum *ventri dest nantur Pavones*, sed etiam *ad curā & fructū educabantur.* Nam ut iterum *Merula apud Varronem l. III. c 6. De pavonibus, nostra memoria*, inquit *greges haberi cæpti, & venire magno Ex iis M. Aufidio Lurco supra sexagen millia nummûm in anno dicitur caper* Quod etiam *Plinius l. X. c. 20.* habet

Sag

Saginare primus instituit circa novissimũ piraticũ bellum M Aufidius Lurco, ex eo quæstu reditus sestertiûm sexagena M. habuit. Ad eorum fæturã & alituram sequentia etiam spectant: Ii aliquanto pauciores esse debent mares, quàm fœminæ, si ad fructũ spectes, si ad delectationẽ, cõtra. Formosior enim mas. Pascuntur omne genus objecto frumẽto, maximè hordeo. Itaq; Sejus iis dat in menses singulos hordei singulos modios, ita, ut in fætura det uberius, & antequã salire incipiant. Is à Procuratore ternos pullos exigit, eosq; cum creverunt, quinquagenis denariis vendit, ut nulla ovis hunc assequatur fructum. Præterea ova emit, ac supponit gallinis, ex quibus ex iis exclusos pullos refert in testabilem aram, in qua Pavones habet, quod tectũ pro multitudine pavonũ fieri debet, & habere cubilia discreta, tectorio levata, quo neq; serpẽs, neq; bestia accedere ulla possit. Præterea locum habere ante se, quo

quo pastū exeant diebꝰ apricis. Utrum locū purum esse volunt hæ volucres. I a pastorem earum cum bacillo circumi oportet, ac stercus tollere, ac conservar quod & ad agriculturam idoneum e & ad substramen pullorum.

§. 11. Ista quidem *de usu Pavonu* *Terram* eorum *natalem* etiam add mus. *Nō* autem gignuntur *in Hisp niū, aut Tartesso*, quod iterum *ingen fatetur Pineda.* Neq; ullum conse quens, *cum Hispania hodierno tempo plurimos ferat, olim quoq; tulisse tanq avem sibi propriam:* quia nostra tem pestate ex Indijs illati, & *ex Sam* quoq; olim importari potuerun unde postmodum multiplicati istius generis accessit. Perinde u hodienum in Italia & Germani fieri, & cum Pavonibus & cum ali animalibus novimus.

§. 12. Priores nobis docuerun *Pavum* esse *insulæ Sami avē propriam*

d

de quo eſt illud apud *Athenæum l XIV. c. 25. Mendoti Sami teſtimonium:*

In Heliopoli procreari ajunt
Phœnices, Athenis noctuas. Cyprus habet
Eximias columbas; Samia verò
Juno aureū, ut dictitant, aviū genus
Formoſos & ſpectabiles Pavones.

Id quod etiam ſuo approbat calculo *M. Varro de Re Ruſt. l. 3. c. 6. Pavonum greges agreſtes transmarini eſſe dicuntur in Inſulis Sami in luco Junonis.*

§. 13. *Pavonum quoq; Babylonicorum* meminit *Cælius Rhodiginus* l. 1. *Antiq. lect. c. X.* quando: *Divini,* inquit, *coloris poteſtate rerum evarient colores ſaporesq;, conſtipat ſiquidem calor, comprimit ſiccitas, ſplendor illuminat.* Hinc *pavonum in Babylonia diſtinctior picturatis pennis grata diverſitas.*

§. 14. Majori copia in *India nasci tradunt veteres pariter & recentiores scriptores. Ælianus l. XIII. c.* 18. scribit in *Indiæ hortis mãsuetos ali solitos, atq; ibi primum ab Alexandro visos, & l. XI. c.* 33 *Indicu pavonibus centum tribuit vitæ annos, quod* quomodo cum *Plinio conciliari queat l. VI. c.* 9. in universum tantum *viginti quinq; annos* assignante, jam non discutiã. Apud *Sinas pulcherrimos hodie Pavones* reperiri constat, Item in *Calechutia*, maximè *versicolores & jucundiores omnium* nasci *Fabronius habet in Ind. p.* 516. Conf. etiam *Bozium de signis. Eccl. l.* 20. *c.* 3.

§ 15. Hinc *ad Salomonem* quoq; *ex Ophira nostra Indica Pavones* attulerunt ejus nautæ, ut etiam istius regionis *opes & aves* suo Principi ostenderent. An autem ad Salomonem *spectaculi* tantùm & *deliciarum*, an verò *esus, & usus causa* allati

fue-

fuerint, incertum. Illud verosimile, propter utrumq́;: quamquã fortè potissimũ, *ut regia, urbs, regis deliciæ amplificarentur, atq́ aves pulcritudine & peregrinitate exquisitissimæ publicè spectandæ Hierosolymis proponerentur*, æquè, ut quondam *Athenis*. Eò enim ut scribit *Athæneus l.9. Multi ex Lacedæmone ac Thessalia eas aves spectãdi desiderio commoti adire soliti erant, & illarum ova magno sibi pretio cõparare, & ad pavonũ spectaculum fuisse oppido expetitum, noviluniis quicunq́ videre cuperet, admitti, reliquis diebus minime, quicunq́ is esset, qui adveniret spectatũ, quod factitatũ per annos plus quam triginta. Neq́* mirum. Nam *ob raritatem PAVO in admiratione erat*. Postea vero (sunt conjecturæ Pinedianæ) *ut crevisse numero & copia, ita decrevisse admiratione Hierosolymis* conjiciendum est ex eo, quod idem *Athenæus l. XIV*. ex *Antiphane Comico in Milite*

de Roma quasi per vaticinium dixisse videtur.

Pavonũ tãtummodo par unum adduxit
quispiam raram tum (nices,
Avẽ, nũc verò plures sunt, quàm cotur-
Bonum si quis virũ quærat, & cõspiciat,
Videbit ex eo satos improbos quinq; li-
beros.

§. 10. Facili autem negotio ex his dijudicare poterit, anissi תּוּכִּיִּים fuerint *Gallopavi Indici*, ut vocantur, seu *Gallinæ Indicæ*, quæ nonnihil videntur ad *formam pavonum accedere & nobiliũ mensis adhibẽtur*, uti *Petrus Martyr Comm. in 1. Reg. X p m* 83. *a*, loquitur, neq; prorsus abnuit *Pineda l.4. c.17. f.* 215. Nam si verũ est, quod ait Pineda, *quod isti Gallopavones sint Indiarum occidentalium* h. e *regionum Americanarũ* proprij, utiq; per hos תּוּכִּיִּים neutiquam isti intelligendi erunt, utpote, qui nõ ex *America sed ex Ophira Indica sunt petiti*. Et credo isti

isti *Pinedianæ assertioni* eò quod *Joh. Lerius in Hist. Navig. in Brasil. c. XI.* *istas Gallinas Indicas, Arignau-ousou appellatas in Americanis terris* enutriri scribit. *p. m* 126.

§. 17. Istud autem probabilitatem *aut nullam, aut certe perquam exiguam habet*, quod *Johannes de Pineda citato* loco & capite per תַּכִּיִּים intelligi etiam posse arbitratur *gallinas istas Numidicas & Africanas* quas Græci μελεαγρίδας vocant, à *Meleagri credo tumulo, ad quem ex Numidia in Bæötiam avolare creditæ sunt, ibidemq; pugnare statis anni temporibus, uti etiam Memnonides ex Æthiopia* ad *Memnonis* tumulum congregari & ibidem confligere à vetustate creditæ sunt apud *Plin. l. X c. 26.* In eamq; sententiam pertrahit & allegat *Turnebũ & Belloniũ.* In quorũ neutro id observare licuit. Sed in *eo fallitur Pineda.*

Nam *istæ Gallinæ sunt Numidiæ &* *Africæ propriæ. Africæ hoc gallinarum genus est, gibberum, variis sparsum plumis, quæ novissimæ peregrinarum avium in mensas sunt receptæ propter ingratum virus*, inquit *Plinius dict. loco.* Id ut eò rectius capias, evolvendus est *Varro de Re Rust. l. III. c.* ubi inquit, *Gallinas trium esse generum, VILLATICAS, RUSTICAS & AFRICANAS.* De *Villaticis* prolixè satis agit: De *Rusticis & Africanis* it inquit: *Rusticæ sunt in urbe raræ, nec ferè mansuetæ videntur sine cavea Romæ, similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed Africanis, aspectu ac facie incontaminata. In ornatibus publicis solent poni cum psittacis, ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis. Neque ferè in villis ova ac pullos faciunt, sed in silvis. Ab his gallinis dicitur insula GALLINARIA appellata quæ est in mari Tusco secundum Italiam, contra*

mon

montes Liguſticos, Intemelium, Albium, Ingaunum, Aliis ab his villaticis invectis à nautis, ibi feris factis procreatis. Gallinæ AFRICANÆ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας *appellant Græci. Hæ noviſſimæ in Triclinium ganearium introierunt è culina, propter faſtidium hominum.* Tanto minus ergò iſti תֻּכִּיִּים erunt *Meleagrides*, quò magis certum eſt *in Numidiæ aut Africæ ditiones* à Salomonis nautis ex ſinu Arabico navigatum non eſſe.

§. 18. Nihil me deterret ab iſta aſſertione, quod iſtæ *Meleagrides* etiam *INDICÆ* dicantur. Nam *Adrianus Turnebus l. XXI. Adverſ. c. IX. ex veterum & recentiorum idiotiſmo declarat, INDICUM pro Transmarino capi*, ut cùm *Virg. IV. Georg. dixit:*

Imbellum avertis Romanis arcibus Indum.

 ita

ita glossatur Turnebus · *Parthum significat, credo quod Parthis India ei* *am pareret, & in eorum præsidiis In* *militarent* Higinus c. 275. *Mytholo* *Jovis in India Thebas, Thebiados n* *mine nutricis suæ quæ Hecatompy* *appellantur, ideo quod centum port* *habent* · *Hic Higinus Indiam etiam* *adpellavit superiorem Ægyptum A* *thiopiæ finitimam, in qua erant Theb* Rursus. *Liber in India Ammonem* *Ita mediterranea Africæ loca Ind* *nomine afficit:* quod quidem & *n* *strates faciunt, qui quicquid propem* *dum transmarinum huc adfertur e* *INDIA advectum dicunt.* Sic *fab* *Indicas* nominant, *Triticum Indicum* *GALLINAS INDICAS: ne mult* *quicquid domi nostra non nascitur, per* *Indiæ ferimus acceptum.*

SE

SECTIO VIII.

DE PSITTACIS.

Summaria.

§. 1. *Tukkijim videntur consignificare Psittacos.*

§. 2. *Nomina Ebr Græca. Lat.*

§ 3 *Ital. Gall. Gajo & Gaja quid priscis?*

§. 4. *Psittaci ingeniosi & speciosi, cariq;.*

§. 5. *Prudentia in nidorum structura.*

§ 6 *Garrulitas & disciplina.*

§. 7. *Plinius dilucidatur.*

§. 8 *Causa docilitatis non est sola inedia.*

§. 9 *Psittacus Symboli Apost. recitator.*

§. 10. *Impudentiæ castigator.*

§. 11. *Leonis liberator.*

§. 12. *Deïtatis conciliator.*

§. 13. *Augusti salutator.*

§. 14. *Usus Psittacorum apud Indos, Brasilianos, Europæos.*

§. 15. *XII. Psitt. species.*

§. 16 *Quibus aliæ adhuc ex Brasiliâ subjunguntur.*

Ἔνθεσις.

§. 1.

ATq; isti quidem fuerunt תֻּכִּיִּים
& Pavones. Quia autem supr
§. 4. cõmemoravimus, aliquos vell
per istos Tukkijim aut significari aut cõ
signari etiam Psittacos, eorumq; pla
citum relationibus Indicis per quam f
aptũ, de Psittacorũ quoq; natura & so
natali ultimo loco cõmentabimur
§. 2. Peculiare aliquod in Ebræis lit
ris nomen, quo Psittaci insigniantu
præ

præter istud *Tukkijim* reperiri non recordor. Apud *Græcos* etiam gerit nomina Ψιττάκε, Σιττάκε, & Ἀπαγάνης. Ψιττακὸς forte à Ψιττάκη, quæ *juxta Tigrim in Persia celebris urbs est & toti regioni Psittacenæ nomen dedit,* denominatus videri posset, quod *illic locorum copia harum aviũ* fuerit. *Arrianus* in sua Periplo Σιττακὸν adpellat à *Sitta*, ut credo, quæ est *avis ex picorum genere.* Imò *Hesychius & Varinus Sittam cum Psittaco* prorsus reciprocãt. Ita enim ajunt: *Sitta avis quædam, aliqui Psittacũ interpretantur.*

§. 8. Hodiè *Græcis* ἀπαγὰς vocatur, *Italicè Papagello, Hispanicè* Papagajo, Gallicè Papagaj, Germanicè Papengey De quibus nominibus malo *Chr. Draudij* quàm mea adhibere verba. *Quod, inquit, ad Solinum p. 139. Papagallus Italis dicitur, considerandũ lectoribus relinquo, num-*

quid ita vulgo dictus fuerit i. e. Gallus Papæ. An potius tanquam Papa i. e. Princeps seu primus gallus inter reliquas aves. Hinc Poëtæ eum *variis nominibus honestant*, dum *nunc à Statio lux volucrum, nunc plagæ regnator Eoæ, tanquam Orientis alitum Rex:* deniq;.

--- *Aëriæ celeberrima gloria gentis.*
Et aliis aliter sed honestissimè vocatur. Quod si quis Hispanos, Gallos, Germanos ab hac appellatione discedere & non PAPAGALLO *sed* PAPAGAY *vocare dicat, huic quoq; satisfacere conatus respondebo, Gay Italis, Gallis, uti & Germanis inferioribus hilarē ac venustū de notare, quæ epitheta Psittaco nō malè congruunt, quod & pulcritudine & facundia grataq; garrulitate Domini sui animū exhilaret. Eadem etiā erat apud priscos Latinos Gaji significatio, cū Sponsus novæ nuptæ cōjungendus, fidemq; daturus, diceret soleret: Tu sis mihi Gaja,*

ego

ego ero tibi Gajus, quibus verbis invicem repetitis jucundam lætamq; sibi mutuo societatem sponsi promittebant. *Ab eadem* voce *Gaji Cimbrico etymo Galli nominis sui originem trahũt. Galli enim, si Goropio credimus, tanquam Gayli i. e. homines seu viri alacres, agiles ac pulchri primitus sua i. e. Cimbrica lingua nuncupati fuerunt.* Ita ille. Recte facit, quod fidem penes *Goropium in Gallorum nomine diducendo à Teutonico* Gayl ponit. Becanus enim nihil non coacervat, & consarcinat rerũ & historiarum, modò suam ὑπόθεσιν φυλάττειν *de Cymbricæ linguæ primo fonte, prima antiquitate possit.* Disceptet tantundem *Goropius* cum *Elia Dineto in ejus Burdigala*, & *Steph. Forcatulo de Imperio & Phil. Gallorum, de gentis Gallicæ nomine & antiquitate*, nos interea *Psittacorum* naturam, *patriam & varias perquiremus species.*

§. 4.

§ 4. Sunt autem *Psittaci aves & speciosæ & ingeniosæ.* Nullum enim *avium genus est tam variũ & versicolor, ac psittaci, qui aut septem aut octo nonnunquam colorum diversitate per naturã pinguntur. Super omnia*, inquit *Plinius l. X. H. N c. 42. humanas voces reddunt psittaci, quidam etiam sermocinantes. India hanc avẽ mittit, Sittacẽ vocant, viridem toto corpore, torque tantùm miniato, in cervice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit verba pronunciat, in vino præcipuè lasciva. Ingenio autem & moribus vel hominem ipsum, quàm proximè æmulatur nec non oratione garrula. Ut quod in genere brutorum est simius, id in genere avium sit psittacus :* ille mimus actionum humanarum, hic verò æmulus sermonis. Unde mirum non est, si jam olim quoq; apud saniores etiam, & ex devicti orbis spolijs nondum corruptos Romanos etiã in delitijs habe-

haberetur, ut non mediocri imò aliquãto majori etiam, quàm mancipia, pretio veniret. *Quæ res M. Portio Catoni reprehẽdendi molles civiũ mores causam præbuit.* Eædem cùm corporis, tùm ingenij dotes faciũt, ut & hodie à nostris Principibus & Magnatibus omnibus mirè expetatur & è longinquis afferatur locis.

§. 5 *Naturalem Psittaci aut prudentiam aut versutiam* ex *nidi structura*, potissimum commendant Physici. Quid *enim aut ingeniosius excogitari, aut ab ave exspectari posset, quàm quod nidum suum non in biviis ramorum aut vepribus arborũ collocet, sed in pendulis ramorum fibris, ubi à serpentum & aspidum insidiis sunt tuti?* Investigant *enim admodum procerã arborem ramusculis adeo tenuibus, ut præ exilitate neq; minimum pondus ferant, tantum abest, ut grave aliquod sustineant, ad quorum cacumina pensilem surculum, & nidum*

ex

ex eo non tàm callido consilio, quam artificiosè factum suspendunt, pilæ modo rotundum, sane perquam exiguo foramine, teste Aloysio Calamusto in Nigritarum regno, quamquam etiam recorder, ipsam veritatem nidorum pendulorum in dubium vocari à *Joh. Lerio in Bras. Navig. p.* 131. utpote, qui testatur, quod etiam nidos *in arborum cavatarum antris* constructos invenerit in *Brasiliâ.*

§. 6. *Garrulitatis* amantes sunt: Antequam cicures fiunt, *inconditam quidē vocem emittūt*, aliarum tamen *avium, & animaliū sonum imitari, aut humanas è trivio acceptas, & quales sæpe reiterari* audiūt, reddere suo quodam modo annituntur: quāquam etiam aliqui, imprimis isti majores nulla opera ad pronunciandum edoceri possunt. Imo & inter ἀνθρωπογλώττους aliquod nativæ vocis discrimē est, cùm alij sonum lon-

longè molliorem & gratiorē edant, alij è cōtrario duriorē & asperiorē. Ideo etiā alij *sunt tenacioris memoriæ, alij tardioris apprehēsionis; neq; minus ac pueri nostri disciplinam magistrorum subeunt. Castigatur in ipsis teste Plinio l. X. c. 42. discendi tarditas, ut in pueris: dum enim loqui discunt, ferreo verberantur radio, seu ferrea clavicula. Non sentit aliter ictus; nam capiti eadem durities, quæ rostro: hac ferula discenti est.*

§. 7. *C. Julius Solinus Memor. Af. c. LX. & L. Apulejus l. 2. Floridorum Psittaci docilitatem* ex *victu glandium* & *discretione digitorum* diducunt. Ita enim *Apulejus: Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui vescitur & cujus in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. Nō enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium est.* Sed utriusq; oscitantiam in lecto &

per-

perperam intellecto *Plinio* coarguunt *Salmasius in Exercit. Plinianis*, & *M. Draudius Annot. Solin.* eò quod *Plinius l X c.42.* ista duo requisita de *Picarum certo genere, cui expressiorem loquacitatem tribuit*, intellecta velit, non de *Psittacis*: & *certè de Picis Plinium* loqui nemo non videt, qui ξυνὰ Φεϊαντext⁹ cōsiderat Pliniani.

§. 8. *Causam docilitatis & garrulitatis* nō videtur attigisse *Persius*, qui adeò artificiosæ hujus avis loquelæ causam indagans (ut exemplo scil. animalium brutorum, *honore & præmiis artes ali ostenderet*) non aliam quàm *necessitatem ab inediâ* inductam adfert, quo simul & *sese lucri gratia ad Poesin compulsum esse* innueret, & perditis tantum Romanorum moribus illuderet: *Quis expedivit Psittaco suum χαῖρε?* Uti hæc causa aliquid præstat; ita, præter ventrē *promptitudinem quandam & innatam*

quàm

quàm vocant, *aptitudinẽ ad eas quas audimus voces proferendas* adesse necessum est. Cuculũ enim quantumcunq; inedia domes, & assiduo instruas, ut humana formet verba, nihil unquam præstabis. Etenim *cuculus* est *non psittacus*. Hoc innuit Martialis, cum se tanquam *disertum Psittaco*, *adversarium verò* utpote illiberalis ingenij hominẽ *Coturnici* comparat. *Credis hoc Prisce, voce ut loquatur psittacus coturnicis*. Quasi diceret *præter naturæ ordinem fore si coturnix humana voce utatur, quod psittaco potius conveniret*. Destituitur enim *coturnix eo discendi ingenio, eaq; aptitudine, quæ insignis est in psittaco, debita organorum numero & structura confirmata*. Hæc enim tria sunt istius docilitatis momẽta. *Primum caput grandius; secundũ lingua humanæ similis, tertium aspera arteria*, de quibus ad Solinum Draudius p. 149. qui etiam hæc & multa alia habet.

§. 9. *Miraculum* in signe sui tēporis refert *Cælius Rhodiginus l. 3. Antiquarum Lect. c. 32.* & ex ijs *Otto Melander in Jocoseriis, atq; Sim. Majolus Coll. VI. Psittacus*, inquit, *fuit Ascanij Cardinalis Romæ centum aureis comparatus nummis, qui articulatissimè continuatis perpetuo verbis Christianæ veritatis Symbolum integrè pronunciabat Latino idiomate, perinde ac vir peritus pronunciaret nullo penitus errore in eo recitando commisso.*

§ 10 Neq; tantum *recitatorē Symboli Psittacum* dixero, sed etiam *castigatorem impudētiæ, & importunæ avaritiæ.* Nam *Conr. Gesnerus* refert de quodam, qui *Lōdini in Anglia ex arce in aquā deciderat, & subinde clamabat à bott à bott for i Wentij ponund i. e. cymbam, cymbā pro viginti libris*, quod promittebat totidē libras servatori suo. *Nauta cymba advectus liberavit avem, & pretium promissum petijt. Rex Hen-*

ricus IIX.respondit,se tantũ daturum,si avis adhuc semel illud confirmaret. Tunc igitur avis importunũ piscatorē castigatura dixit: *Gibe the Knabe à grott* h. e. *da nebuloni solidum.*

§. 11. *Liberatorem* etiam *Leonis* describit *Zonaras in vita Basilij Macedonis.* Nam *cum Imperator Leonem filium in carcerem cõjecisset, quod mortem sibi machinaretur, eruturus ei oculos, psittacus, qui servum quendam deplorantem vicem Leonis, & perpetuè clamantem, ô Leo ô Leo!* audisset, ipse quoq; sponte vocē imitatus clamavit, *ô Leo ô Leo!* dum Imperator senatoribus in cõvivio adesset Convivæ igitur ex *ea avis voce* occasione arrepta pro *Leone deprecaturiè* cõvivio surrexerunt, & oppleti lacrymis dixerunt: *Annon ista avis nos accusat, cum Dominum suum appellet? Depone Imperator iram & filium paterno vultu recipe.* Ita mitigata Patris ira, restitutus est filius.

§. 12.

§. 12. Majus quoddam opus est, quod hominibus quibusdam *fidem Deitatis* fecerint Psittaci. *Apsephas* quem alij *Psaphō* vocant, *Rex Libyæ*, cum esset perditissimus & omni scelerum obscænitate contaminatissimus, viam excogitavit, qua se non modo expurgaret infamiâ, sed etiā divinos honores post mortem consequeretur. *Psittacos* itaq; in seductum penetrale inclusit, quos cicuratos nemine conscio docuit canere, μέγας Θεὸς Ἀψεφᾶς i. e. *magnus DEUS Psaphon*; mādavitq; mo iturus, ut nulla interposita mora istud penetrale disjectis fenestris patefieret. Eo itaq; peracto, & avibus provolātibus urbē totam & agrum omnē hac voce implentibus μέγας Θεὸς ἀψεφᾶς factū est, ut *DEUS creditus & sacra illi constituta fuerint*. Simile quid legimus de *Hannone Carthaginensium Duce*, qui eti-

etiam aves (crediderim *Psittacos aut Picas*) alebat, atq; hæc verba dodebat: *HANNO DEUS est.*

§. 13. Huc spectat integer ex *Macrobio locus* qui est *l* 2. *c* 4. de *jocis Augusti Cæsaris. Sublimis Actiaca victoria revertebatur (Augustus:) occurrit ei inter gratulantes, corvum tenens, quẽ instituerat hoc dicere: AVE CÆSAR, VICTOR IMPERATOR. Miratus Cæsar officiosam avem, viginti millibus nummûm emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalite pervenerat, affirmavit Cæsari, habere illum & alium corvũ, quẽ ut afferre cogeretur, rogavit. Allatus verba, quæ didicerat, expressit: AVE VICTOR IMPERATOR ANTONI. Nihil exasperatus, satis duxit jubere illum dividere donativum cum contubernali. Salutatus similiter à PSITTACO, emi jussit eum. Idem miratus in pica, hanc quoq; redemit. Exẽplum sutorem pauperem sollicitavit, ut*

cor-

corvum instituerct ad parem salutatio-nē: qui impēdio exhaustus sæpe ad avem non respondentē dicere solebat, OPERA ET IMPENSA PERIIT. *Aliquand tamen corvus dicere cæpit dictatam sa-lutationem. Hac audita dum transi Augustus, respondit: Satis domi saluta torum talium habeo. Superfuit corv memoria, ut & illa, quibus dominū qu rentē solebat audire, subtexeret:* OPE RA ET IMPENSA PERIIT. *Ad qu Cæsar risit, emitq; avē jussit, quanti nul adhuc emerat.* Huc & puto spectar quod *Martialis* ultimo Dist. habe

Psittacus à vobis aliorū nomina discan
Hoc didici pro me dicere: Cæsar av

Si Romani *istius corvi à quo omnib matutinis horis nominatim ad rost salutabantur, funus innumeris exequ celebrarūt, eumq; à quo esset interfect morte multarunt, quid facturos esse cr dideris, si tantæ docilitatis & venusta Psittacum habuissent?* Ita ex *Plin. l. c.43. Lerius arguit p.130.* §.1

§.14 *Usum Psittacorum* diversæ gentes semper alium atq; aliū fecerūt. *Indi prisci superstitionibus adhuc dediti Psittacorū esu & usu* ideo abstinebāt, quia divinum quoddam ijs inesse rebātur. Hodiè autem nec *Europæis* nec *Americanis* in cōdecorandis suis *perizomatis* cedūt, *Brasiliani* pennas *eorū ter ac quater in anno vellūt, eorum plumis pileos, vestes, armillas cōpingunt, clavarū capulos exornāt corpusq; suum cohonestant,* teste *Joh. Lerio Navig. in Brasil. p. 129.* Nostri *Europæi* in *recreationem & jucunditatem* adhibēt, dum instar graculorū, aut picorum garrulorum voces hominum repetunt redduntq;, imo & consortio humano gaudēt. Quemadmodum *Carolus Clusius* testatur de elegantissimo aliquo *Dominæ Mariæ Ducis Croyensis,* qui *Annam ab Hillâ Comitē Megēsem* adeò dilexit, ut quocunq; per conclave exspatiaretur, illam

ſubſequeretur, nec quemquam veſtem ejus attingere conſpiceret, quin eum morſu appeteret: Ita Zelotypia laborare eſt viſus.

§. 15. Quamquam ex varijs *antiqui & novi Orbis plagis* alii ſemper atq; alij *commonſtrentur Pſittaci; Ornithologi tamen in certas diſtinxêre classes.* Sunt enim

I. *Pſittaci Maximi CYANOCROCEI, qui nullum umquam verbum aut articulatam proferunt vocem,* præterquã hanc, quæ ei apud Gallos nomen fecit, nempe Perroquet.

II. *Pſittaci albi criſtati magnitudine pares pullo gallinaceo* ſeu *columbo domeſtico majori.*

III. *Pſittaci virides criſtatis nihilo minores, alarum coſta ſuperna rubentes.*

IV. *Pſittaci Pœcilorinchi* inter mediocres magnitudine principatum habentes.

V. *Pſittaci Melanorinchi*, mediocris ma-

magnitudinis, alioquin virides, à rostri autē nigredine ita dicti.

VI. *Psittaci Leuc cephali*, qui & ipsi ob multiplicem colorum diversitatem ποίκιλοι h. e. *versicolores* adpellari possent. Sunt enim coloribus nō minus, quàm septem distinctis, quorum tamen præcipuus est viridis.

VII. *Psittaci Erythrocyani*, cujus colores itidem non minus quàm septem ita toto corpore sunt permixti, ut nulli sint elegantiores his ipsis. Talis fortassis est ille quem *Tarnasari, Indiæ urbe pulcerrimum ac septemplici colore distinctum reperiri Ludovicus Patritius* scripsit.

VIII. *Psittaci subcærulei colorem cinereum præ se ferentes*, magnitudine columbæ domesticæ.

IX. *Psittaci Erythroleuci grandiusculo* gallo magnitudine pares.

X. *Psittaci Torquati, Macrouri*, qui priſcis ſoli ferè ſunt cogniti ab Alexandri M. tempore uſq; ad Neronis ætatem, teſte Plinio.

XI. *Psittaci minores Macrouri*, tot virides.

XII. *Psittaci Erythrochlori Macrouri* mediocris magnitudinis.

XIII. *Psittaci Erythrochlori cristat* ab elegantia criſtæ admodum ſplendidi.

§. 16. Quibus addendi omnin ſunt *noviſſimi ex America in noſtrum Orbem* delati *Psittaci*, quorum me minit in ſua *Braſilia Joh. Leriꝰ p. 12* ſeq Nominat enim *unum barbar dictum Arat, plumis caudæ atq; alaru ſeſquipede porrectis*, partim *purpu inſtar rubeis, partim cæruleo color vehemẽter ſplendentibꝰ*, cui & reliq partes corporis reſpõdent, cũ in S le agit, in quo plurimùm verſat neq; illius adſpectu ſatiari pote

Al

Alterum adpellat *Caniden plumis inferioribus, quæq; collum circũagunt auri colore* micãtibus, quæ verò dorſum, alas, caudamq́, veſtiunt, excellenti cæruleo cum textili aureo infernè induta eſſe videtur, ſupernè autem holoſerico pallio eos qui intuentur, ſumma perfundit admiratione. Poſt eos etiam allegat *Ajourous maximos ſcil & pulcerrimos*, qui *ſunt luteo, rubeo, ac violaceo colore in capite diſtincti, cauda quæ eſt prælonga, lutea; reliquo corpore virides*. His ſubjungit ſequiores & viliores *Marganas*: Iſtis ſubdit *Tovis, ab Europæis Moiſſons* adpellati. His deniq; omnibus ſi adjiciãtur ea, quæ *Carol⁹ Cluſius in ſuo ad Exoticorũ libros Auctuario f. 363.* ſeq. & *M. Draudius ad Solinum, Conradus Geſn. in Hiſt. Animal.* & *Ulyſſes Aldrovãd⁹ Bonon. T. 1. L. XL.* Ornithologias habent, paululũ prolixior erit naturæ & ſpecierũ ejus ἐξέτασις. Nobis has extremas quaſi lineas ſaltem in

tanta rerum copia attexisse sufficit, qui Ornithologis & alijs Physicis experientioribus ansam commentādi objecisse videri volumus.

§ 17. Tandē *terras, in quibus Psittaci prognascūtur & ex quibus ad nos trāsferūtur*, nō opus esse arbitror, prolixè attingere, aut sollicitè inquirere. Utut enim veteribus non nisi quos *Asia misit aut Africa*, cogniti fuerint, hodie tamen ita sunt plures obvij, ut nullam regionē saltem *fervidiorē in Asia, Africa & America esse, quæ Psittacos non producat*, eosq; variâ magnitudine, & colorum varietate differentes, *opinetur Carolus Clusius in Auctuario Exoticorum f. 363.*

§. 18. *Africani priscis* admodū sunt noti, Ita ut *Plinius* scribat ex *Diario Exploratorum Imperatoriorū à Nerone Cæs. emissorū ex Insula Gagaude primū visas esse aves Psittacos. M. Draudius in Cētonibus Rer. Mem. p. 209* testatur in aliqua *Congiani regni provincia* inve-

niri

niri *varia Psittacorũ genera* alijs *coloris cinerei*, & *magnis* & *loquacissimis*, alijs *minoribus*, & *viridibꝰ*, linguæ nõ adeò promptæ existentibus. Conf. & Mart. Baũgart. in Peregr. l. 1. c. 16.

§. 19. *Syrios* quoq; *Psittacos* commẽdat *Cælıꝰ Rhod. l.* 1. *Antiq Lect c. X.* quod elegantissimis & picturatis pennis formosiores reliquis sint.

§. 20. In *novo Americanorũ & Brasilianorum Orbe* infinita eorum copia & magnitudo est. Ita enim *Lerius Hist. Nav. in Brasil. c. XI. p. m.* 128. Quod ad *plumam adtinet, vix crediderim in toto terrarũ orbe aves inveniri tã excellenti pulcritudine, in quibus contemplandis abundè non naturã, ut profani, sed creatorẽ laudandi suppetit materia. Joseph. à costa l.* 1. *de Nat. novi Orbis. c.* 20. de *insulis Cuba, Hispanica, Jamaica & reliquis cohærentibus* ait, quod *habeant Psittacos multos, qui volatꝰ pernicissimi sint, & gregatim volitent*, Conf. etiam *Bertius in descript. Novi Orbis.* p. 805.

§. 21.

§. 21. *Terra Australis* incognit integram quasi messem ostentavi *Francisco Magellano*, alijsq; ejusde repertoribus, ita, ut inde nomē so tita sit & dicta *Psittacorum Regio*, i qua non tantùm magno numer sed etiam grandiori proceritat Psittaci inveniuntur, ut qui brach um & dimidium longitudine ex cessisse scribuntur.

§. 22. Tandem ad *INDIAM* qua devolvimur, in qua *& loquaciores &* *ingeniosiores, & plumosiores* omnibu alijs gignuntur & efferuntur. Supr eos ex *Plinij l. X. c. 42.* citabamu *Solinus vero eam Avem Indicam it* reputat, ut ob *venustatem & decorem* *dicat: Sola India mittit Psittacū avem* *colore viridi, torque Puniceo*, &c. Iden ex recentioribus *Lusitanorū Gama* *Pizarri & Batavorum Lindschoti* alio rumq; navigationibus evidente patet, ut allegandis eorum verbi supersedere possim. In re enim

aper-

aperta quid opus est probationibus? quid testimonijs?

§. 23. Hinc admodum probabilis ista procedit opinatio, quod *ex Ophira nostra Indica*, Terrâ nimirũ, ut *auri, argenti, gemmarum*: ita etiam *animantium, aviumq; versicolorum & amanissimarum feracissima Salomon quoq; Pavones & Psittacos* תֻּכִּיִּים *præstantissimos nactus fuerit, ut qui omnium rerum Indicarum & bonorum Aureâ Chersoneso natorum abundabat, sola hac fielicitatis parte nõ defraudaretur.* Neq; enim Regum & Dynastarum animi potentiæ tantum & copijs, sed etiam ludis & jucundioribus studijs atq; recreationibus dediti esse solent. Uti igitur *priores Navigationis hujus Ophiriticæ merces ad opes & splendorem regiũ, ita hæ posteriores, quales sunt Simij, Pavones, & Psittaci,* ad recreationẽ & *delectationẽ Salomonis*, toti⁹q; aulæ spectabãt.

§. 24.

§. 24. Ita meam de *Mercibus Navigij Salomonæi Ophiriticis* sententiã, ὡς ἐνῆ μάλιστα ἐμοί, declaratam dedi, & rudiori Minerva elaboratam. Nullus dubitarem asserere, *plura & mercium & aromatum & animalium, & metallorum genera ex Indiis in aulam Hierosolymitanam reportata fuisse.* (Quis enim aliter sibi persuaderet?) attamen quia de ijs nihil *meminit Scriptura*, cui *ab exordio operis me adhæsurum compromisi*, ideo quoq; ea malo silentij nube involvere, quàm incertis testimonijs, aut meris conjecturis, nubilosorum & vagabũdorum ingeniorum more, decertare; Satius esse ratus non omnia ad vivum resecare, nec in re satis aperta & evidenti nimiopere anxium & scrupulosum esse. Plurima enim sunt, quæ ignoramus; quæ cognoscimus, minima, aut ferè nulla reputamus.

EPI-

EPILOGUS.

Q Uod superest rerũ, ad benevolum levenio Lectorẽ, eumq́ue, ut æquum rerũ æstimatorem, & moderatum bonæ meæ intentionis arbitrum se exhibeat, nimiopere rogatum volo. Quod officij & humanitatis genus uti omnibus bonis & cordatis viris candido semper pectore exaperui, ita nulla me dubitatio anxiũ tenet, quin idem cãdidi & eruditi viri mihi quoq́ue sint cõtestaturi. Errare quidẽ nõ decet, ubi error prȩcaveri potest. *Nã falli, errare, labi, decipi tàm dedecet, quàm delirare & mente captum esse,* judice *Cicerone.* At quid magis hominũ est, *quã errare & labi? Homo & ipse sum, & nihil humani à me alienũ puto.* Quapropter Benevolũ Lectorem ad omnia humanitatis genera mihi concilio, & rogo, ut legat, censeat, moneat, corrigat, quæ ad jubar veritatis cõsistere nõ valẽt, ijs quasi inducijs cũ eo pactis, *quod si id amico & candido pectore faciat, tantùm abfuturum, ut morosè relucter, aut indignè ferã, ut potius gratus agnoscam & beneficij loco reponam, quod alij dedecori vertũt.*

Quod ſi apud magnos & decumanæ ſapientiæ viros nihil pro fecero, juvabit tamen eorū votis ſatisfeciſſe, qui *hunc privatū & quaſi ſuccinctū laborem in ſuū, ſi nō uſum, ſaltem cōſpectū* exſpectarūt, deſiderarūt, urſerunt. Si quid boni vel utilitatis, præter omnē meā ſpē in aliquē etiā eruditione & rerum humanarum ſcientiâ abundantē virum redundaverit, ea quoq; in parte mihi gratulabor, quod exigua mea facula maximo aliorū virorū lumini divina quadā bonitate & εὐφυΐᾳ accēſo affulgeat, nebulaq; invidiæ aut rancoris non omne meum nomen obfuſcet. De cætero *DEum ter Opt. Max. cui omnia noſtra minima maximaq; acceptò ferēda* ſunt, δοξολογίᾳ cōpellare jubet pietas, requirit benignitas. Is enim eſt, ex cujus gratiâ omnia habemus bona, & cumulatiora cuncta, quàm ſperare poteramus, accipimus jugiter.

Quapropter

Gloria ſit Patri, ſit Gnato Gloria, ſancto
Gloria Spiritui, Triadi ſit gloria ſanctæ!

AMEN.



